plicem, aut erit circularis, aut rect⁹. si rectus, aut ad medium, & tũc erit graue, aut à medio, & tunc erit leue. si autẽ corpus infinitum fuerit graue, necesse est vt sua grauitas sit infinita, ſm quod prædiximus, & similiter de leui. & iam declarauimus superius, ꝙ impossibile ẽ inueniri grauitatem infinitã, aut leuitatem infinitam. D. d. & etiam non assimilatur corpori eunti circulariter. i. & impossibile est etiã vt motus istius corporis simplicis sit circularis, vt sit simile corpori rotũdo. i. suę speciei; scilicet corpori, cuius motus ẽ circa L
mediũ. impo͞le est enim corpus infinitum moueri motu circulari, idest qa motus circularis est finitę reuolutionis, motus autem corporis infiniti est infinitus. D. d qui ergo dicit motionẽ circularem esse perpetuam, &c. i. ꝙ sermo dicẽtis motum circularem eẽ infinitum est similis in potestate sermoni dicẽtis corpus mobile circulariter, vt cœlum, esse infinitũ. D. d. & iam declarauimus superius hoc eẽ impossibile. i. ꝙ corpus rotundum impo͞le est esse infinitum, cum declarauimus ꝙ corpus infinitum impo͞le est moueri, neq; M
motu recto, neq; motu circulari. aut intendit, & iam declarauim⁹ ẽt vniuersalius hoc, s. ꝙ corpus infinitum impossibile est moueri omnino aliquo modo motuum.

Cã finitatis magnitudinis ẽ forã. Idẽ 1. c d Substantia orbis, & 3. physi. 59. 60. 65 67 68. 72. Idẽ 4. ph. t.c. 38. & 49. Idem 3. Cę. 72.

At vero neq; omnino contingit infinitum moueri. aut enim ſm naturã mouebitur, aut violentia. & si violentia, est ipsi & qui ſm naturam est: quare & locus alius proprius, in quẽ ferat. hoc autem impossibile est. Vide Zim.

Et

A *Et etiam, si possibile est corpus infinitum moueri, mouebitur naturaliter, aut violente. si violente, omnino habet alterum motum naturalem: habebit ergo alterũ locum, quò eat naturaliter, sicut in quo it violente. quod est impossibile.*

61 Hæc est demſo alia à prædictis: & est propria corporib⁹ motis recte. & quasi laborat in ea ad perficiẽdũ ex diuisione motus illud, quod non fuit positũ in demſonib⁹ prędictis. demſones enim prædictæ fundatæ

B sunt super hoc, ꝙ corpus infinitum mobile in rectũ impoſſe est moueri motu naturali. si enim moueaẽ motu naturali, non mouebiẽ, nisi per inclinationẽ, quæ est in eo, s. grauitatem, & leuitatẽ. Declarat ergo illic ꝙ, si moueatur p grauitatem, aut leuitatem, necessariũ est inueniri illic grauitatẽ, aut leuitatẽ infinitã. Dein de ostẽdit hoc esse impoſſe pp hoc, ꝙ declaratũ fuit infinitum impoſſe esse moueri nãlr. quasi igitur aliqs posset dicere, forte moueẽ violente. Propter qd dixit respondendo ꝙ, si moueẽ violente, necessario hẽt mo-

C tum naturalẽ.* violẽtia enim nõ in est, nisi in respectu naturæ. &, si res nõ habuisset motũ naturalẽ, nõ intelligereẽ habere motũ violentum. D.d. habebit igiẽ alterũ locũ, &c. i. fm ꝙ vř ꝙ locus, in quo moueẽ idẽ corpus mobile violẽte, alius est à loco, in quo mouetur nãlr. Et non inuenitẽ ita in corporibus simplicibus: sed videmus ꝙ locus, in quo moueẽ terra violente, est idem cum loco, in quo moueẽ naturaliter. sed mot⁹ naturalis non differt à violẽto, nisi fm modum tm̃. motus enim in aere, si fuerit ad superius, erit violẽtus, si ad inferius naturalis. Sed tñ visum est ꝙ nõ intendebat per locũ motus, locum, in quo moueẽ, sed locum, quo mouetur. quasi igiẽ diceret, erit igiẽ alter loc⁹, quo mouetur naturalr.

*Violẽtia non inest nisi in respectu naturæ. vide supra. 14.

Locus, in quo mouetẽ terra violẽte, ẽ idẽ cũ loco, 1 quo moueẽ naturalr. si mot⁹ nãlis nõ differt à violẽto, nisi fm modũ tm. vide itra. c. 70.

D Quod autem omnino impossibile sit infinitũ à finito pati aliquid, aut finitum facere, ex his manifestũ est. Sit enim infinitũ, in quo A, finitum aũt, in quo B, tempus autem, in quo mouit aliquid, aut motum est, in quo C. si itaqȝ ab ipso B ipsum A calefactũ

E est, aut pulsum, aut aliqd aliud passum, aut etiam quoduis motum in tempore, in quo C, sit D ipso B minus, & minus in ęquali tempore minus moueat. sit autẽ id, in quo E, ab ipso D alteratũ. quod itaqȝ est D ad B, hoc erit E ad finitum aliquod.


Et dicamus quod corpus finitũ impossibile est agere in corpus infinitum, & recipere, & ea recipere actionẽ adinuicem omnino. & demonstratio huius est sic. Sit igitur

F *corpus infinitum A, & finitũ B, & sit tempus, in quo mouetur, aut mouet C. & expellatur corpus, A & recipiat aliquã formam a B, in tẽpore C, & sit D minus quàm B, & moueatur hoc minus per aliquam magnitudinem minorem in tẽpore æquali primo, & sit E, quod mouetur ex D, dicamus quod proportio D ad B est, sicut proportio E ad aliud minus A, puta F.*

G K

Figura, ostendens infinitum à finito pati non posse.

C Tempus.



A Infinitum passum. | B Finitum agens.

E Finitum, alteratum ab ipso D. | D Finitum agens, ipso B minus.

F Finitum passum, oībus alijs minus.

*Oē corp' aut ē agēs aut patiēs aut vtroq; pticipās. Idē infra. t.c.68.

†Corpora cœlestia agūt, & n patiunť: inferiora āt agūt, & patiūť ad inuicē. vide cām 1. de Gene. tex. cō. 41.

H Hæc est demrō vl'is oībus corpo-
63 ribus rectis, & rotundis, & simplicibus, & compositis. *oē enim corpus, aut est agēs, aut patiens, aut vtroq; participās. Et, cū ita sit, potuit declarare corpus infinitū nō esse. nā cum posuimus ꝙ oē corp' aut est actiuū, aut passiuum, aut actiuū, & passiuū simul: &, cū posuit ꝙ corp' infinitū impoſs'e est agere, aut pati: concludiť enim in secunda figura ꝙ nullū corporum est infinitum. Sed, quia propositio, dicens ꝙ oē corpus aut est actiuū, aut passiuum, est manifesta

I p se.† corpora enim cęlestia videnť agere in ea, q̃ sunt sub eis, ista aūt videnť agere, & pati adinuicē: & altera ꝓpō non est manifesta, s. dicēs ꝙ infinitū impoſs'e est agere, aut pati. hæc autē propositio dissoluitur in duas: Quarum vna est, ꝙ infinitum impoſs'e est pati: Alia est, ꝙ infinitū impossibile est agere in rem finitā. vnde incœpit declarare propositionem, dicentē ꝙ corpus infinitū impossibile est pati à finito, & accepit eadem exēpla vtriusq; quæstionis, deinde diuisit demrōnem, & dixit:

L Sit ergo corpus infinitum A, &c. i. si aliquis finxerit corpus infinitū reperiri patiens, aut agens, corpus infinitum sit A: & ponamus aliud corpus finitum, & sit B: & ponam' tps, in quo egit A in B, aut patiť A à B, & sit tempus C. Deinde incœpit demonstrationē alterius istorū duorꝫ, & est vt A infinitū patiatur à B finito in tpe C, s. s'm totū, & dicit: & expellať A, & recipiat aliquā formam à B. i. impoſs'e est vt corpus infinitū patiať à finito. ꝙ, si possibile sit, ponaťꝙ A infinitū patiatur s'm totū à B finito in tpe C posito. Et, cum po- M
suisset ꝓpōnem, quam intendit destruere, coniungit illi ꝓpōnem possibilem, & dicit: & sit D min' q̃ B. i. & coniungamus huic ꝓpōni possibile hoc, s. vt aliud corpus sit finitū, & min' corpore finito, quod est B, hoc aūt corpus sit D. i. ꝙ ista positio sit possibilis, & non contingit ex ea per se aliquod impoſs'. D. d. & moueať hoc minus p aliquā magnitudinē minorē ī tpe æquali prīo, &c. idest, & ponamus ꝙ corpus agēs, qđ ponimus minus corpe agēte, quod est

A est B, s. D, patiatur ab eo aliud corp' sm totum in tpe, in quo ex B finito patiatur A infinitum, s. in tpe C, & sit E hoc corpus, quod patitur à minori agente, s. D. & oē hoc est possibile. Et, cum posuit hoc possibile, posuit ꝙ sequitur ex eo, & dixit ꝙ proportio D ad B est ꝑportio F ad minus, s F, idest dico ꝙ necessarium est ꝙ proportio minoris agentis, s. D, ad maius agens, s. B, sit sicut proportio patientis ex D, minoris s. E, ad corpus alterum patiens, minus corpore A infinito. &, cū posuit ꝙ hæc proportio est necessario ita, incœ-
B pit declarare hoc, & dixit:

Sit itaq; quod æquale quidē est, in æquali tpe ęquale alterās: quod aūt minus est in ęquali minus: quod aūt maius, maius: tantum aūt, quantū proportionale erit id quidem, quod maius est ad minus. Non igitur infinitum ab vllo finito mouebitur in vllo tpe. minus enim aliud in ęquali tpe à minori mouebit ad quod id, quod proportionale est, finitum erit. infinitū enim ad finitū in nulla proportione est.


C *Et dicamus, quòd corpora æqualia in magnitudine mouentur, & transmutantur æqualiter in tempore Vno: & propter hoc corpus minus mouetur in minori motu in illo tempore: & corpus maius mouetur motu maiori in illo tempore: mouetur.n. secundum suam magnitudinem magis, quàm motu minoris tēporis. Manifestū est igitur ex his, quòd corpus infinitum impossibile est mouere aliud corporum finitorū* D *omnino, neque in aliquo tēpore. erit enim aliud corpus paruū, quod mouebit aliud corpus minus se, secundum modum suæ paruitatis in illo tempore. ergo erit hoc iterum corpus finitum. nam nullam habet corpus finitum, & infinitum proportionem, neque propinquitatem, neq; comparationem.*

Idest, quia videm' ꝙ agētia ęqualia in patientibus ęqualibus agūt in 64
eis in oībus partibus in tpe ęquali: E
& videm' maius agens agere in patientia æqualia ī eodem tpe magis, q̃ agens minus, & agens minus, minus: & silr patiens maius patitur ab agentibus æqualibus minus, & minus magis: & tunc contingit ex hoc ꝙ, cum ab agentibus diuersis patiantur diuersa patientia, quod proportio agentiū ad agentia sit, sicut proportio patientium ad patientia, agere actiōes ęquales, & in tpe æquali. Qūo autem ex his fundamentis positis declaratur qđ intendit declarare, apparet sic. Cum.n. posuimus ꝙ agentia æqualia agant in patientia F
ęqualia eadem actione in eodē tpe, apparet ex hoc ꝙ agentia æqualia, quorum proportio adinuicem est, sicut proportio patientium adinuicem, agunt actiones ęquales in temporibus ęqualib'. agētia enim ęqualia, & patiētia æqualia sunt hmōi, s. ꝙ proportio agentiū adinuicē est, sicut proportio patientium adinuicem. sed tñ ista sunt in æquali ꝑportione, alia aūt ī alijs proportionib'. Et, cum hoc apparet in vno modo modorū proportionaliū, apparebit

G in alijs proportionibus. Et, cum hęc propositio est verificata, s. dicens ꝙ actiones omnium agentium, quorũ proportio adinuicem est, sicut proportio patientium in inuicem in patientia respondentia eis, s. actio præcedentis agẽtis in præcedens patiẽs, & cõsequentis agentis in cõsequẽs patiens sunt actiones proportionales in temporibus æqualibus. Et, cũ inquam ita sit, manifestũ est ꝙ quęrenda est eius cõuersa, & est ꝙ agentia, & patientia in tpibus ęqualibus sunt proportionalia. K

Dicam' ergo qm̃ ita est. v.g. ponamus duo agentia, quorum alterum sit A, alterum autem B, & duo patientia, quorum alterum sit C, & alterum D, & ponamus ꝙ totũ C patiatur ab A, & D à B in eodem tpe, & sit tempus G: dico ergo ꝙ proportio agentis ad agens est sicut proportio patientis ad patiens, s. ꝙ proportio A ad B est, sicut proportio C ad D; & econuerso.

G Tempus.

H  L

A Agens H — C Patiens.

B Agens. — D Patiens.

Et demõ eius est sic. quia, si proportio A ad B non fuerit, sicut ꝓportio C ad D, sit ergo maior, aut minor. Si igiť proportio A ad B sit maior proportione C ad D, secem' ex A aliquid cuius ꝓportio ad B sit, sicut proportio C ad D. sit ergo proportio
I A H ad B, sicut ꝓportio C ad D: erit ergo passio C ad A H, & D ad B ĩ eodem tpe. sit ergo illud tempus G. sed iam posuimus ꝙ in eodem tpe patiť C ab A, ſm totũ A, cuius H erit pars: ergo in eodem tpe patitur idem patiens eadem passione à duobus agẽtibus, quorũ vnum est maius, alterũ aũt minus. quod est impoſſe. Et ꝓp hoc dicit prius Aristo. ꝙ maius agit actionẽ maiorem in eodem tpe, q̃ minus, s. in idẽ patiẽs. & Arist. quasi fuit cõtentus in hac demõne põne ꝓpõnum, ex quibus sequitur hoc.

Omne ergo hoc vť quasi omissum ab eo, quia sequiť ex eis, quę posuit: sed nõ omisit hoc in sermone, ĩmo omisit permutationẽ proportionis, & impoſſe cõtingens. cũ enim pmutauerimus proportionẽ, cõtingit ꝙ proportio primi agentis ad patiens primum sit sicut proportio agentis M
secundi ad patiens secundũ, s. ꝙ proportio C ad A H, quod est pars infiniti, sit sicut proportio B, quod est agens secundum, ad D, quod est patiens secundum. Et, cum ita sit, contingет vt in eodem tpe, & ab eadem re, & eadem passione patiantur duo corpora, quorum alterum est finitum, scilicet A H, & alterum infinitum, scilicet totum A, quod est impossibile. Et, cum appareat ex his propositionibus ꝙ corpus infinitũ non agit in corpus finitum, dixit:


Manifestum

A Manifeſtum eſt igitur ex his, ꝙ corpus infinitum impoſſibile eſt mouere aliud corporum finitorũ omnino, neq; in alio tempore i. & manifeſta eſt ex his quę diximus de proportione, quæſtio ſecunda, quam in tendimus: & eſt ꝙ ĩpoſſibile eſt corpus infinitum agere in corpus finitum in aliquo tempore. qm̃, quãdo duo agentia diuerſa agunt in idem patiens eadem actione, cõtinget vt ſit in temporibus diuerſis, & vt ſit proportio agentis ad agens, ſicut ꝓportio temporis ad tempus. Si ergo poſuimus alterum agẽtium finitũ,
B & alterum infinitum, continget vt infinitum agat in nullo tẽpore. quapropter nullam proportionem habebunt in actione cum nullam habeant in quantitate. Et, cum poſuimus ipſum moueri in tempore, ſ. infinitum mouere finitum, poſſibile eſt reperiri aliud corpus finitũ, qđ in illo eodem tempore aget actionẽ infiniti ſecundum modum prædictum: & ſic igitur inueniemus duo agentia, quorum alterum eſt finitũ & alterum infinitum, quæ agent in eadem actione, & in eodem tempore. Et hoc intẽdebat, cum dixit: erit
C enim alterum corp⁹ paruum, quod mouet alterum minus in tempore illo, & erit hoc etiam finitũ. i. quoniam, cum poſuimus corpus infinitum mouere aliquod corpus finitũ in aliquo tempore, poſſibile eſt inuenire alterum corpus finitum, ſcilicet minus q̃ infinitum, mouere corpus minus, q̃ quod mouet infinitũ in illo eodem tempore. Cum ergo duplicamus agens, ſ. mouẽs finitũ, & ſimiliter patiens finitũ paruum, poſſibile eſt peruenire ad corpus finitum, quod mouebitur in illo eodem tempore, corpus ſ. motum ab D infinito, propter illam proportionem, quam diximus de agentibus, & patientibus. igitur in eodem tempore agent eadem actione, & in idẽ corpus duo agẽtia eiuſdem ſpeciei, quorum alterum eſt finitum, alterum infinitum. Deinde d. nullam habẽt corpus finitum, & infinitum proportionem, neque vicinitatem, neque comparationem: idest & hoc impoſſibile non contingit, niſi conceſſi fuerimus proportionem habendam. cum enim conceſſerimus corpus infinitum agere in tempore, cõcedemus habere proportionem ad E finitum: ſed in rei veritate nullam habent proportionem, ſicut dixit: quapropter continget neceſſario vt actio eius ſit in nullo tempore.

At vero neq; infinitum vllo in tempore mouebit finitum. Sit enim in quo A infinitum, B vero finitum, tempus, in quo C. igitur D in C minus ipſo B mouebit. ſit F, quod itaq; eſt B, & F totum ad F, ipſum E eandem rationem ſit habens ad D. mouebit igitur E ipſum B F in C. finitum igitur, & infinitũ in æquali F tempore alterabunt. ſed impoſſibile eſt. in minori enim quod maius ẽ ſupponebatur, ſed ſumptum tempus idẽ ſemper faciet: quare nõ erit tempus vllum, in quo mouebit. At vero in infinito quidem non eſt mouiſſe, neq; motum eſſe: finem enim non habet: actio autem, & paſsio habent.


Figura

G *Figura, demonstrans finitum ab infinito nullo tempore moueri posse, deseruiens textui fideli.* K



H *Et etiam corpus infinitum non mouet corpus finitum in aliquo tẽpore. Sit ergo potentia infinita in linea A, & sit corpus finitum in linea B Z, & sit tempus, in quo sit motus, in linea C. D igitur mouebit in C minus, quàm motus B Z. erit ergo proportio totius B Z ad Z, sicut proportio motus D ad A H. &, si ita sit, cõtinget quòd corpus finitum, & infinitum moueãt idem, & in eodem tempore. quod est impoßibile. iam enim diximus quòd corpus maius mouet idem in minori tempore quàm minus. & hoc erit in omni tẽpore, in quo erit actio, quam agunt per corpus finitum, corpus infinitum, & corpus finitum. Et etiam impoßibile est ut moueat aliquid in tempore infinito: quoniam non habet finem: motus autem est actio, quæ non recipit affectiones.* L

I *Figura, declarans idem, quod supra, Auerrois textui, & commento deseruiens* M



Cum

A Cum retulit q ex propositioni-
65 bus positis põt declarari secunda q̃stio, s. q impossibile est vt corpus infinitum trãsmutet corpus finitum, incœpit declarare hoc per lineas, dicendo: Sit ergo potentia infinita in linea A. i. sit corpus infinitum in potentia, & magnitudine: cum illud, quod est infinitum in magnitudine, est infinitum in potentia, s. corpus agens in linea A. D. d. & sit corpus finitum in linea B Z, &c. i. & sit corpus finitum, patiens ab infinito linea, cui' vna pars est B, & reliqua pars est Z, & sit tempus, in quo patitur totum B Z finitum ab A infinito, linea C. D. d. D igit' mouebit in C minus motu B, & Z. i. & ponam' aliud corpus, s. D, quod agat in corpus B Z finitum, in quo egit A infinitum in eodem tempore, s. C. necessario igitur erit actio D ĩ ipsum minor actione A, cum D sit finitum, A autem infinitũ, s. D, quod agit in alteram partem B Z, non in vtrunq;. v.g. aut in partem B, aut in partem Z. & hoc intendebat, cum dixit: igitur mouebit in C minus, q̃ motus B Z. i. q D agens finitum agit in tẽpore C in patiens B Z actione in par
C tem minorem oĩum partium B Z, s. q agit in hoc tẽpore in aliqua parte B Z, & non in toto. D. d. Erit igit' proportio totius B Z ad Z, sicut proportio D ad H A. i. erit ꝓportio maioris patientis, quod est B Z, aggregata ad minus patiens, quod est B, sicut proportio minoris agẽtis, quod est D, ad partem agentẽ corporis infiniti, & sit A H. Et intendit q, cum permutauerimus proportionẽ, erit proportio agẽtis, quod est D, ad patiens minus, quod est B, s. q est pars B Z, sicut proportio maioris agẽtis, quod est pars infinitũ, s. A H, ad maius patiens, quod est B Z, congregata. &, cũm ita sit, cõtinget necessario vt B Z patiat' ex A H finito in tempore C, in quo patiebat' ex toto A infinito. patiens igitur totum B Z patit' in tempore C à duobus agentibus, quorum vnum est finitum, s. A H, & alterum infinitũ, s. A, cuius H A est pars. quod est impossibile. Et hoc intendebat, cum dixit: & si ita sit, cõtinget q corp' infinitum, & finitum moueant idem in eodem tẽpore, qđ est impossibile, eodem motu, & in eodem tẽpore: & proportio, quæ cecidit in literis, à quo transtulimus istud, est conuersa. posuit enim proportionem maioris patientis ad minus sicut proportionẽ minoris agẽtis ad maius: & hoc nõ põt esse: immo oportet ponere proportionem minoris patientis ad maius patiens sicut proportionẽ minoris agentis ad maius agens: patiẽs. n.* magis ẽ ignotũ, quod vult inuenire per proportionẽ. D. d. iam. n. dixim' q corpus maius mouet idem in tempore minori, q̃ minus. i. hoc fuit impossibile: quia iam diximus q manifestũ est per se, q corpus mai' facit actionem, quam facit corpus minus, ĩ tẽpore minori, q̃ faciat corpus min', nedum faciant eãdem actionem in eodem tempore agens finitum, & agens infinitũ. D. d. & hoc erit in oĩ tempore, ĩ quo erit actio, quã agũt per corp' finitũ, corpus infinitum, & corpus finitum. i. & cõtingit fm hoc vt hoc inueniat' in omni tempore, in quo agunt per corpus finitum corpus infinitum, & finitũ, s. vt tempus sit æquale. D. d. Et etiam impossibile est mouere aliquã rem in tempore infinito, quoniam non habet

Margin notes: D; Illã, qđ ẽ infinitũ ĩ magnitudine, ẽ ĩfinitũ ĩ potentia. vide cõm. 3. com. 33.; B; E; * al. maius.; F

G habet finem. ideſt, &, ſi quis poſuerit ꝙ infinitum mouet in tempore infinito, hoc etiam erit impoſſibile. quod enim mouet in tempore infinito, mouet ad nullum finem: & qđ mouet ad nullum finem, ocioſe mouet. hoc enim non contingit, niſi in his, quæ ſunt præter motum ſituałem, & localibus etiam in motis recte. iam enim declaratum eſt ꝙ primum mouens tempore infinito mouetur. Nam vtilitas huius motionis eſt cõtinuatio, & perpetuitas eſſendi: quapropter neceſſe eſt vt ſit infinitum. Sed tamen declaratum

Nota q̃ ſit vtilitas motionis primi motoris. vide conſſ̃e. 2. de gñat. t. c. 56. & 12 me. t. c. 33 & 8. ph. t. com. 53.

H eſt ꝙ impoſſibile eſt vt tale mouens ſit corpus, quoniam, ſi corpus eſſet, moueret in nullo tempore, * vt declaratum eſt in vltimo Octaui Phy. intendebat enim ꝙ impoſſibile eſt ponere corpus infinitum, vt moueret aliquod finitum in tempore infinito, ideſt agere in idem numero tempore infinito. quoniam, ſi generandum eſt, nõ complebitur ſua generatio: &, ſi afficiendum eſt, nõ cõplebitur ſua qualitas: &, ſi ſit mouẽdum, nõ peruenitur ad finem, quẽ intendebat: & hoc ſequitur ĩ corpore cœleſti, ſicut & in alijs, ſcilicet, ꝙ

* 8. ph. t. c. 78. 79.

I eſt impoſſibile vt corpus cœleſte moueat aliquod ens. ex his, q̃ ſunt ſub eo, tempore infinito, verbi gratia aliquod decem prædicamentorum. D. d. motus autem eſt actio, q̃ non recipit affectiones.


Neque infinitum igitur ab infinito contingit aliquid pati. Sit enim A infinitum, & B, tempus autem, in quo paſſum eſt B ab A, in quo C D. Pars igitur infiniti, in quo E, quia totũ B paſſum eſt non in tempore æquali idem. ſupponatur enim in minori tempore moueri quod minus eſt. ſit E motum ab A in tempore D. quod itaq; eſt D ad C D, hoc eſt ipſum E ad aliquid ipſius B finitum. hoc igitur neceſſe eſt ab A motum eẽ in tempore C D. ab eodem enim ſupponatur in maiori, & minori tempore maius, & minus pati quæcunque proportionaliter tempori diuiſa ſunt. K

L

Dicamus igitur, quòd corpus infinitum impoſſibile eſt mouere aliquod corpus infinitũ, neq; agere in ipſum aliquod. Sit ergo corpus infinitum agens linea A, & corpus patiens infinitum linea B, & ſit tempus, in quo agit corpus agens C D. & moueatur ab A corpus finitũ: & ſit H, erit igitur A agẽs in totum B, & H. ſed hoc impoſſibile eſt in eodem tempore: agit. n. in minori tempore ĩ minus corpus. M *A igitur mouet H in D tantum. & proportio D ad C, ita eſt, ſicut proportio H ad aliquam partẽ B, quæ eſt finita. tunc igitur mouebit A iſtam literam, ſ. quandam partem B in tempore C D, & ſimiliter agit A ĩ corpus maius, & minus: non quia actio eius eſt in parte maiori, aut minori. & hæc eſt figura.*

Figura

A *Figura, declarans infinitum ab infinito non pati.* D



69 Cum declarauit q corpus finitũ
B impossibile est vt agat ĩ infinitum, neq; econuerso, vult declarare q nequeinfinitum in infinitũ, & ponit corpus agens infinitum A, & patiẽs infinitum B, & tempus, in quo completur actio C D, quod diuisum est in duas partes, s. C & D & hoc manifestum est ex sermone eius. Et, cum hoc posuit, sicut diximus, & sicut est manifestum ex suis verbis, dixit: & moueatur ab A corpus finitum, & sit H i. & ponamus corpus finitum, quod est patiens ab agẽte posito infinito s. A, & sit hoc corpus H. D. d. erit igiť corpus A, agens in totũ B,
C &c. i. necessariũ est ergo ab hac positione vt à corpore agẽte infinito, s. A patianť fm totum duo patiẽtia, quorum vnum est infinitum, s. B, & secundũ finitum, s. H. & posuit hoc corpus partem infiniti, s. posuit corpus H partẽ B. v g. per partem B H. & impossibile est vt hæc duo corpora patianť ab eo in eodem tempore fm totum. Principiũ. n. est q ab eodem agente patiť minus patiens in minori tẽpore, nedum si alterũ patientium fuerit finitũ, & alterũ infinitũ. A igiť mouebit H in D tẽũ. i. sequiť ergo vt corpus agens infinitũ, E
s. A moueat corp' H finitũ, quod est pars B patientis infiniti, in tempore quod est pars temporis C D, in quo mouet infinitum totũ. ponamus ergo istam partem D. Et, cum posuit istã partem, dicit: & proportio D ad C est, sicut proportio H ad quãdam partem B, q̃ est finita. i. sequiť hoc fm hoc q proportio tẽporis, quod est pars temporis totius, s. D ad totũ tempus, s. C D sit, sicut proportio patientis finiti, s. H, quod posuim' partem B infiniti ad illam partem B finitã, cuius corpus H est pars. i. ꝓportio H ad ipsam est, sicut proportio
temporis D ad tempus totũ D C. Et F
ista proportio apparet eò, q concessimus q ab eodem agente patiãtur patientia æqualia in tempore ęquali & minus in minori. Et, cum ita sit, erit proportio agentis ad patiẽs, sicut proportio temporis ad tẽpus. q m̃, si ista fuerint proportionabilia ęqua proportione, continget necessario vt sit eadem in alijs proportionibus. & iam diximus de hac ꝓportione. D. d. tunc igitur A mouebit hanc literam, s. quandam partẽ B in tempore C D. i. necessarium est igiť vt

G vt agens infinitum, s. A moueat partem B finitã, cuius proportio ad partẽ minorem B, s. H, est sicut proportio totius temporis C D ad partẽ sui D, in quo A infinitum mouet B infinitum. D.d. & sĩr agit in corp' maius, & min', &c. i. & cõtingit ex hoc vt ab eodẽ agẽte patiant maius corpus, & minus in eodẽ tpe, nõ in tpibus diuersis, quod est impossibile.

In nullo igitur tempore finito possibile est infinitũ ab infinito motũ esse, in infinito ergo. sed infinitũ quidem tempus nõ habet finem: quod autem motũ
H est, habet.

Manifestum est igitur quòd impossibile est vt corpus infinitũ moueat corpus infinitum in tempore finito. &, si hoc est impossibile, possibile est igitur vt sit in tempore infinito. & iam diximus quòd tẽpus infinitum non habet finẽ: corpus autem mobile habet finem.

67 Iam manifestum est ꝙ corpus infinitum impossibile est agere in corpus infinitũ in tempore finito. sed,
I quia aliquis põt dicere ꝙ, si ageret, erit in infinito tempore, dixit: &, si hoc est impossibile, possibile est igitur vt sit in tempore infinito. i. &, si aliquis dixerit ꝙ, si hoc, est impossibile in tempore finito, forte est possibile in tempore infinito. Et hoc, ꝙ dixit, habet sufficientiam. qm̃, cum posuerit patiens infinitũ, continget necessario vt eius passio sit infinita. &, si posuerit patiens infinitum, & passionem finitam, est quasi positio contradicens sibi. Et dicendum est ab aliquo ꝙ ponẽs hoc petit principium. existimandum. n. est ꝙ nulla dña est, siue ponaꝫ patiens finitũ, K quòd est contradicens quęsito, siue ponaꝫ passio eius finita. Et, cum ita sit, dicit respondẽdo, & iã diximus, ꝙ tempus infinitum, &c. i, & iam diximus in Physicis ꝙ tempus, quod est infinitum, non habet finẽ. &, cũ posuimus hoc infinitum pati in tẽpore infinito, tunc eius actio nõ haberet finẽ, ad quem perueniret. erit ergo aliquod, quod semper gñabiꝫ, & nunq̃ complebiꝫ. & declaratum est contrarium in Sexto Physic.

Si igiꝫ oẽ corpus sensibile habet virtutem actiuam, aut passiuam, aut ambas, impossibile est corpus infinitum sensibile esse. L

Et etiam omne corpus sensibile habet potentiam actiuam, & passiuam insimul. &, cum ita sit, impossibile est corpus sensibile esse infinitum.

Cũ declarauit ꝙ impõẽ est vt in corporib' infinitis sit neq; agere, neque pati, ponit secundã propõnem, 68 vt concludaꝫ ꝙ nullũ corpus est infinitũ. & hęc qdẽ propositio ẽ ꝙ oẽ corpus nãle est actiuũ, aut passiuũ, aut ambo. hoc aũt vꝫ sensui corpus M enim cœleste vꝫ agere in ea, q̃ sunt Idẽ t. 63. apud nos: alia ãt, q̃ sunt sub eo, vñr agere, & pati insimul. Et cõponitur sic in secunda figura. Oẽ corp' aut est actiuũ, aut passiuũ: & nullũ corpus infinitũ ẽ actiuũ, aut passiuũ: ergo nullũ corp' ẽ ĩfinitũ. Et intendit p sẽsibile sẽsibile tactu. & tacuit corpus cęleste, qm̃ oẽs Antiq credebãt ipm eẽ nõ patiẽs: ĩmo oẽs dixerũt ipsum eẽ aut ignẽ, aut cõpositũ, ĩ quo dñatur ignis, & maxime de stellis.

At

A At vero & quæcunque quidẽ corpora in loco sunt, omnia sensibilia. non est igitur vllum corpus infinitum extra cęlum. At vero neque vsq; ad aliqd. nullũ igitur omnino corpus extra cœlum est. si enim intelligibile sit, erit in loco: extra. n. & itra, locũ significãt. quare erit sensibile, sẽsibile autẽ nullũ est non in loco.

Et etiam omne corpus, quod est in loco, est sensibile. &, cum ita sit, nullum corpus infinitum est extra B *cœlum: quoniam nullus locus est illic, neq; corpus finitum. Manifestũ est igitur quòd nullum corpus extra cœlum est omnino. forte. n. si aliquis dixerit possibile est quòd extra cœlũ sit aliud corpus spirituale, necesse est ei dicere quòd illud corpus est in loco: extra enim, & intra notãt locum. quapropter erit sensibile etiam: & non est corpus sensibile, nisi in loco.*

69 Cum posuit ꝙ oẽ corpus aut est actiuũ, aut passiuũ, & hęc proposi- C tio ẽ accepta à sensu, põt aliquis dicere ꝙ corpus infinitũ poẽ est esse extra mundũ, & ꝙ sit neq; agens, neque patiens. & pp hoc vř mihi ꝙ induciи hunc sermonem post illã demonstrationem. & fundauit ipsum super duas propositiones: Quarum altera est, ꝙ oẽ corpus, quod est in loco, est sensibile: Secunda est ꝙ corpus, quod est extra mundũ, est in loco: ergo corpus, quod est extra mũdum, est sensibile. deinde posuit ꝙ omne corpus sensibile est non infinitum, quia est actiuum, aut passinum: ergo non est extra mundum D corpus infinitum. & ſm hoc explanauit hũc locũ Themistius. Ipse autem Arist. vř ſm hanc conclusionẽ non propalasse, nisi duas propositiones: quarum altera est ꝙ omne corpus, quod est in loco, est sensibile: & est maior propositio in syllogismo, quẽ dixit Themistius. & nõ manifestauit secundam, dicentẽ ꝙ omne corpus, quod est extra mundũ, in loco est: neq; propositionẽ, dicẽtem ꝙ oẽ corpus sensibile est finitũ. sed videmus ipsum, postq̃ dixit propositionẽ, dicentem ꝙ oẽ corpus, quod est in loco, est sensibile, ꝙ dixit: &, E cum ita sit, nullũ igiť corpus infinitum est extra mundũ. & est conclusio ista. D d aliam propositionem, quam posuit causam istius propositionis, & dixit: qm̃ nullus locus est illic. Et illa ꝓpositio nõ habet cõitatem in aliquo cum prima, q̃ dixit, ꝙ omne corpus, quod est in loco, est sensibile: nisi intelligať cõuersa ei⁹, s. ꝙ oẽ corp us sensibile est in loco. qm̃, qñ adiũgebať huic, quod extra mundum nõ est locus, concluditur ꝙ non est extra mundũ corpus sensibile. &, cũ huic coniungeť ꝙ, si extra mundũ est corpus, ipsum est sen F sibile: & oẽ corpus est in loco: concludeť ꝙ, si extra mundũ est corp⁹; est in loco. Deinde destrueť ꝙ illic non est aliquis locus, & concludit ꝙ nullum corpus est illic. & hoc apparet esse, quod intendebat. Et dat signum, ꝙ intendebat* conuersionẽ istius pro positionis, dicẽtis ꝙ oẽ corpus, quod est in loco, est sensibile: quia post hoc dixit: forte enim si aliquis dixerit possibile ẽ ꝙ extra mũdum sit corpus aliud spirituale. i. si igiť concessum fuerit hoc nobis, f ꝙ

Themistius.

* a. l. conuersa.

G ꝙ extra mundū non sit corpus sensibile, quia omne sensibile est ĩ loco, & dicet aliquis forte illic est corpus spirituale, nō sensibile, pp quod nō contingit vt sit in loco, respondem⁹ ei ꝙ necesse est dicere ꝙ illud corp⁹ est in loco: qm̄ extra, & intra notāt locū, vt declaratum est in Physicis: &, cū est in loco, est sensibile: & ideo posuit primo hanc propositionem. D.d. & non est corpus sensibile, nisi in loco: & ipse declarauit post propositionem, dicentem ꝙ extra mundum non est locus.

H Rationabilius autem est aggredi & sic. Neque enim circulo possibile est moueri infinitum, similare existens. medium enim infiniti non est: quod vero circulo, circa medium mouetur. At vero neq; super recta possibile est ferri infinitum. oportebit. n. alterum esse tantum locum infinitum, in quem feretur ſm naturam, & alium tantum, in quem præter naturam.

I *Et etiam volumus perscrutari ad verificandum hoc, quod diximus, & dicemus in hoc sermonem rationabilem, quòd corpus infinitū impoßibile ē moueri circulariter: quoniam non habet omnino mediū: & etiam, quia corpus rotundū mouetur circa medium. Et etiam impoßibile est moueri hoc corpus infinitum motu æquali. quoniā, si moueretur motu æquali, indigeret loco infinito, & sine fine, & indigeret loco ad suum motum accidentalem secundum substantiam loci, sui motus naturalis.* K

Hæc est alia demonstratio à prædictis, & est Logica, s. quia est ex veris propositionibus, sed non ꝓprijs, immo generalibus. Et cōpendium sermonis sui est, quia, si hoc corpus est infinitū, aut est circulare, aut rectū: & qualecunq; sit, impossibile ē moueri. Si. n. fuerit rotundum īfinitū, non habet mediū, circa quod mouetur, aut, quia oē habēs mediū habet extrema, aut quia circa medium reuoluit corpus rotundum, & quod reuoluit circa finitum, est finitum. & hæc est causa magis propria, q̃ prima. Et, si fuerit rectū, & infinitum, necesse est vt locus, ĩ quo mouet, sit maior eo: erit ergo infinitum maius infinito. Et hoc intendebat, cum dixit: indigeret loco infinito, & sine fine. & etiam non tm̄ indigeret vno loco, sed etiam duobus ĩfinitis, s. loco, in quo mouet naturaliter, & loco, in quo mouetur violēte, & vtroq; ĩnfinito. Et hoc intendebat, cum dixit: ſm substātiam loci, sui motus naturalis. i. eiusdem modi infinitatis. erūt ergo duo loca infinita. quod est impossibile. Et non intendebat ꝙ locus motus naturalis corporis est ali⁹ a loco sui motus accidentalis. qm̄ locus, ĩ quo lapis mouetur naturaliter, vel aqua, vel aer, est idem cum eo, in quo mouet violente. immo intēdit ꝙ locus, ad quē lapis mouet naturaliter, est alius ab eo, in quē mouet violente. hoc est manifestum de motibus simpliciū corporum: sicut est manifestum ꝙ loc⁹, ĩ quo corp⁹, qd recte mouet, qe scit nālr, ē alius à loco, ĩ quo mouetur. & iam declarauimus hoc ante. 70

Quid sit rō logica vide & ē ei simile. 4 ph. 87. & 8. ph. 70.

L

M Documētum. Idē est loc⁹ in quo mouetur aliqd nālr, & violēte, sed nō idē ē loc⁹, ad quem mouet aliqd nālr, & ad quē mouetur violēter. idē supra c. 62. vide 3. cę. t. c. 19.

Amplius

A Amplius, siue natura habeat motum eundi in rectũ, siue violentia moueatur, vtroq; modo oportebit infinitam esse mouentem potentiam. etenim infinita īfiniti est, & infiniti infinita vis: quare erit & mouẽs infinitum. Ratio autẽ est in ĳs, quæ de motu, ꝙ nihil finitorũ virtutẽ hẽt infinitam, neq; infinitorũ quicquam virtutẽ habet finitam. Si igit̃ id, quod ſm naturam, & p̃ter naturam contingit moueri, erunt duo infinita, & quod mouet sic, & quod mouetur.

B *Et etiam, si motus corporis infiniti fuerit æqualis, aut erit naturalis, aut accidentalis, & erit potentia mouens ipsum istis duobus motibus infinita. infinita enim potentia corporis infiniti est, & corpus potentiæ infinitæ est infinitum, & omnino mouens infinitum. Et iam diximus in libro de motibus quòd impossibile est quòd in aliquo corpore infinito sit potentia finita, ne*

C *que in finito infinita. Si ergo corpus infinitum potest moueri naturaliter, & accidentaliter, erunt res infinitæ secundum duas potentias.*

71 Compẽdium huius sermonis est ꝙ, si corpus rectarum dimẽsionum est infinitum, habebit duos motus, s. naturalem, & accidẽtalem. & contingit vt duæ potẽtiæ mouentes ſm illos duos motus sint infinitæ. mouens. n. corpus infinitum oportet esse potentiam infinitam. declaratum est enim ꝙ potentię corporum infinitorum sunt etiam infinitæ: & etiã econuerso ꝙ potentiæ corporales infinitę sunt corporũ infinitorum. Et, cum ita sit, continget ꝙ corpora infinita sint duo, s. corpus habẽs potentiam infinitam, mouentẽ naturaliter, & corpus habens potentiam infinitam, mouentem accidentalr̃. Et hoc intẽdebat, cum dixit: erunt res infinitę ſm duas potentias, s. ſm duas naturas, naturam, q̃ mouet naturaliter, & naturam, mouentẽ aliã extrinsecˀ violẽte. necesse enim est ꝙ mouens violente sit aliud à mouente naturaliter: & ꝙ deferens alterã potentiarũ sit aliud à deferente aliam. Et manifestum est ꝙ hæc demonstratio est alia à demonstrationibus prędictis, quãuis vtatur in ea vna propositionũ declaratarum in Physicis, s. ꝙ corpus infinitum īpossibile est habere potẽtiam finitam. Et intendit per librum de motu, librum de Physicis. & iam declarauimus hoc in hoc tractatu, s. ꝙ impossibile est reperire potẽtiam finitam in corpore infinito.

Potentiæ corporũ

D Infinitorũ sunt infinitę. idẽ 3. c. 65.

Quære lib. Phy. dict. motu, vide de su. cô. 38.

E

F Amplius, quid est id, quod infinitũ mouet? Si. n. ipsũ seipsum moueat, animatũ erit. hoc autẽ quõ possibile, infinitum esse animal? Si aũt aliud quid ẽ mouẽs, duo erunt infinita, & mouens, & quod moueť, differentia ſm formam, & potentiam.

Et etiam quod mouet corpus infinitum, aut est animatũ, aut non. Et, si est animatum, quomodo erit animal infinitum? Et, si mouens est aliud non aĩatum, erunt duo infinita, mouens s. & motum, sed differunt in forma propter potentiã.

G
72 Ideſt ꝙ corpus, quod mouet corpus infinitum, aut eſt aīatū, aut nō. &, quia neceſſe eſt vt ſit infinitum, cum eius potentia ſit infinita, oportet, ſi fuerit animatum, vt ſit aīal infinitum. quod eſt impoſſe. &, ſi fuerit inanimatum, erunt duo corpora, vtrunq; infinitum, mouens, & motum. & hæc differunt ſm naturam. Et hoc intēdebat, cum dixit: ſed differunt in forma. Et innuebat p hoc aliud impoſſibile, & eſt ꝙ, ſi natura alicuius formæ fuerit innata eſſe in corpore infinito, neceſſe eſt ergo vt

H natura iſti⁹ formæ ſit eadē * formæ enim diuerſarū naturarum innatæ ſunt habere materias diuerſę quantitatis: cum diuerſitas formarum ſit cauſa diuerſitatis quantitatū, & magnitudinum recipientiū formas. Et eſt manifeſtum ꝙ, ſi fuerit, erit mobile per ſe. Si igitur fuerit rectū, contingeret vt ſit aut animatū, aut inanimatum: &, ſi erit aīatum, erit animal infinitum: &, ſi fuerit inanimatum, & fuerit rectum, contingent ei diſpoſitiōes pręditę. & ideo tacuit complere iſtas diuiſiones.

* Formæ diuerſarū naturarū innatę ſunt hēre materias diuerſę q̄titatis: cu diuerſitas formarū ſit cā diuerſitatis q̄titatū, et magnitudinū recipientiū foṙas. idē. 1. c. d̄ ſubſtantia orbis. et 3. cę. 6. et 72 et 4. phy. 16.

I Si autem vniuerſum non ſit cōtinuum, ſed, quemadmodum dicit Democritus, & Leucippus, diſterminata ſunt vacuo, neceſſarium eſt oīum vnū eſſe motū. diſterminata enim ſunt figuris. naturam autem eſſe dicunt ipſorum vnā, quemadmodū ſi aurū eſſet vnumquodq;, ſegregatum. Horum autē, quemadmodum dicimus, neceſſarium eſt eundē eſſe motū. quo enim vna gleba, & tota terra fertur, atque totus ignis, & ſcintilla in eundem locū. quare neq; leue ſimpliciter K vllum erit corporū, ſi omnia habent grauitatem. ſi autem leuitatem, graue nullum erit.

Democritus. Leucipp⁹.

Idē ē motus toti⁹, et partis.

Et etiam, ſi corpus totius nō fuerit continuum, & fuerit diſcretū, ſeparatarum partium, vt Democritus, & Leucippus dicebant, neceſſario erūt motus oīum partium totius conſimiles. diſcretio enim, et ſeparatio earum eſt per figuras earum, natura autem eſt eadem: ſicut aurum eſt ſeparatum in partibus diuerſarum figurarū, & omnes partes ſunt aureæ. Si ergo natura omnium partium eſt eadē, erunt motus etiam oēs earū idem neceſſario: ſicut diximus ſuperius quòd quo mouetur gleba, & tota terra: & quo mouetur ſcintilla, & totus ignis. manifeſtum eſt igitur etiam quòd, ſi hæc corpora omnia fuerint diſcreta grauia, nihil erit in eis leue. &, ſi omnia fuerint leuia, nihil erit in eis graue. L

M
73 Cum declarauit, ꝙ corpus infinitum impoſſe eſt eē: qm̄, ſi fuerit, aut erit ſimplex, aut compoſitum: & declarauit ꝙ, ſi compoſitum fuerit, neceſſe erit in eo ſimplex infinitum in magnitudine, aut vnū, aut plura, ſi fuerit cōpoſitum ex ſimplicibus finitis in ſpecie ſi autem finita fuerint ī magnitudine, erunt neceſſario infinita in ſpecie. &, ſi non, nullus modus eſſet, propter quē compoſitum eſſet infinitum. Et, quia aliquis poſſet dicere ꝙ poſſe eſt compoſitū eſſe infinitū ex corporibus finitis ī magnitudine

A gnitudine, & finitis in specie, ita, ꝙ sint infinita in indiuiduo, vt partes indiuiduales, quas fecit Democrit⁹: ille.n. posuit eas esse eiusdem naturę, & īfinitas ſm indiuiduū: immo etiā ponit eas discretas non contingentes se. Et ideo nunc incępit contradicere huic sermoni, vt compleatᷣ sermo de destructione infiniti, & dicit: Et ēt, si corpus totius, &c. i. si aliquis dixerit ꝙ corpus totius est infinitum, non quia est continuū, sed quia partes eius sunt infinitę ſm indiuiduum separatæ in loco, vt ponit Democritus, & Leucippus, necessa-

B rio erunt motus istarum oīum partium consiſes. i. aut ad superius, aut ad inferius. Et, cū hoc nō sequitur, nisi ad sermonē eorum, notificauit hoc, dicendo: discretio. n. & separatio earum est per figuras, natura autem earū est eadē, i. contingit vt motus earum sit idem in specie. qm̄ facientes hęc corpora ponunt ea eiusdē naturæ in spē, & non differūt indiuidua eorū, nisi ſm figurā, vt frusta auri diuersarū figurarū: oīa.n. sunt eiusdem naturæ. s. aureę. D. d.

Ab eadē nā nō prouēit, nisi vnus motus. idē t. c. 7. & 8

Si ergo natura oīum partium est eadē, &c. i. vt declarauit in primo hui⁹ tractatus: quia ab eadē natura non

C prouenit, nisi vnus motus. ideoque quo moueťvna gleba, & tota terra, si esset imaginata extra suū locum. Et, cum declarauit ꝙ necessariū est ꝙ mot⁹ corporū istorū sit idem in specie, dicit: manifestū est igiť, &c. i. manifestum est ꝙ, si motus istorum corporum fuerint ijdem, necessario erunt alterius duarum naturarū, s. aut oīa erūt grauia, aut leuia. si grauia, impoſſe est leue corpus esse: si leuia, īpoſſe ē corpus graue. Et hoc, qđ d. nō sequiť positionē ꝙ ista corpa sint īfinita, sicut sequiťpositionē ꝙ sint c'tīnta totius, pp qđ existimatᷣ ꝙ nō proprie sequiť. & hoc sequiťex positione eorū ꝙ sunt infinita: qa, cū fuerint infinita, nihil reperiťextra ea. & pp hoc dixit Themistius ī hoc loco, ꝙ nō sequiťex hoc sermone conclusio, quā intēdebat concludere, sed sequiťꝙ natura partiū indiuisibilium non est vna.

D Præterea, si grauitatem hēt, aut leuitatem, erit aut vltimum quid vniuersi, aut medium. hoc autem est impossibile, cum infinitum sit. oīno autem, vbi non

E est medium, aut vltimum, neq; hoc quidem est sursum, hoc autem deorsum, nullusq; lationis locus erit corporibus. hoc autē nō existente, motus non erit. necesse enim est moueri aut ſm naturam, aut præter naturam. hęc autem determinata sunt locis, et proprijs, & alienis.

Et etiam, si corpus infinitū aut est graue, aut leue, est ergo aut in oriZonte totius, aut in eius medio. quod est impossibile, quoniam est corpus infinitū. & oē corpus, carēs F *medio, caret oriZonte: ideo neque quidam eius erit superius, & quidam inferius. &, cum ita sit, nullus locus erit motus corporum. &, cum non habent locum, non habent motum omnino. corpora enim mouentur, aut naturaliter, aut accidentaliter necessario, & sunt in suis locis terminata, & in alijs locis etiam.*

G 74 Manifestatio istius sermonis est ꝙ vult declarare ꝙ, si corpus infinitum fuerit tangibile, aut est graue, aut leue. si graue, est in medio: & illud, qđ est in medio, est extra aliud corpus: & qđ est extra aliud corpus terminatum est: & omne terminatum est finitū. si aūt erit leue, erit in orizonte totius: & quod est in orizonte totius, est terminatum ab orizonte continente ipsum: & quod est hmōi, est finitum. &, cum ita sit, nullum infinitum corpus est tangibile. quasi ergo dicit, oē corpus graue,
H aut leue est cōtentum ab extrinseco: corpus autem infinitū non est cōtentum ab extrinseco. D. d. & oē corpus, carens medio, caret orizonte omnino. & manifestatio huius ē, quia alia declaratio est. s. quia nō sequitur à positione corporis tangibilis esse infinitum vt sit infinitū propter locum: immo & per positionē eius, quod est corpus eē infinitum, negatur esse locus oīno. locus autē est aut medium, aut orizō. Et, cum posuimus corpus esse infinitum ſm tres dimensiones, necessario est infinitum ſm oēs dimensiones. &, cum fuerit infinitum ſm tres dimensio-
I nes, non habebit medium. &, cū nō habuerit medium, non habebit orizontem: ergo non habebit orizontem. &, cum nō habuerit medium, neq; orizontem, non erit locus. &, cum non fuerit locus, non erit motus neq; naturalis, neq; accidētalis. cum ergo posuim⁹ corpus infinitū, non erit motus omnino.

Præterea, si vbi præter naturam aliquid manet, aut fert̄, necesse est cuiusdam alterius esse hunc locū ſm naturam (hoc autem credibile est ex inductione) necesse sanè est non omnia grauitatem habere, aut leuitatem. K sed hæc quidem, hæc vero non. Quòd igitur infinitum non sit corp⁹ ipsius vniuersi ex his manifestum est.

Et dicamus quòd, si aliquod istorum corporum separatorū fuerit fixum, aut vadens ad aliquē locum accidentaliter, hoc accidēs erit naturale alteri corpori. & verificatio illius est, quoniam iste sermo cōuertitur. dicamus igitur, quòd omnia corpora non sunt leuia tantum, L *& grauia, sed quædam grauia, & quædam leuia. Manifestum est igitur ex propositionibus, & syllogismis, quos diximus, quòd corpus totius habet finem, et quod impossibile est esse infinitum.*

Videtur ꝙ sermo iste est ad affirmandū 75 quasdā propositiones, quas diximus ante. accepit. n. ante ꝙ oīs motus aut est à medio, aut ad medium: & aliquis pōt concedere hoc in motibus naturalibus, & negare ī accidentalibus, & concedere, s. ꝙ su- M perius, s. & inferius sint loca motus naturalis, & nō accidentalis: qm̄, negando superius, & inferius, negatur motus naturalis, & accidentalis. Propter quod dixit: Et dicamus, ꝙ, si aliquod corpus, &c. i. & ꝙ verificatio, ꝙ loca motuum accidētalium sunt eadem cum locis motuum naturalium, est, quia, cū posuimus aliquod corpus quiescens in loco accidentaliter, aut ēt motū accidentalr̄, necessario iste motus, aut quies accidētales sunt alij corpori in loco illo natura-

A turales.loca ergo motuũ accidentalium sunt loca motuũ naturalium, & econuerso.s.ꝙ, si posuim⁹ corpus aliquod quiescens, aut motũ in aliquo loco naturaliter, necesse est vt quies, aut motus ĩ illo loco sint alij corpori innaturales. Et, cum verificata fuerit nobis ista conuersio, verificabitur ꝙ loca motuũ naturaliũ eadem sint cum locis motuũ innaturalium. cum.n.verificatum fuerit nobis ꝙ vbicunque fuerit inuentus motus accidentalis, inueniẽ natura lis, & econuerso, verificabitur ꝙ loca motuũm naturaliũ, & accidenta B lium sunt eadẽ. Ideoq; vr̃ mihi eõ, ꝙ dixit & verificatio illius est, qm̃ iste sermo conuertiẽ. dicamus igiẽ, ꝙ oĩa corpora, &c.i.ꝙ hoc est contrarium ei, quod sequitur à positione eius, quod est corpus esse infinitũ: & est vt omnia corpora sint eiusdem speciei, aut.n.sunt diuersæ speciei, aut nõ sunt loca diuersa. quasi ergo voluit per hoc dicere ꝙ ponẽs hoc non potest ponere corpus simplex esse infinitum: negat.n. multitudinẽ locorũ, & multitudinẽ corporũ. Et cum declarauit hanc quæstionem ꝓprie, & generaliter, dixit C suam primam intentionẽ, propter quam declarauit hoc, & est ꝙ corpus istius mundi esse congregatum ex sensibilibus corporibus impossibile est vt sit infinitum in magnitudine, & dixit: Manifestum est igitur ex propositionib⁹, & syllogismis factis ex illis propositionibus, ꝙ mũdus est finitus in magnitudine, & ꝙ impossibile est eẽ infinitũ in magnitudine.

SVMMA OCTAVA.

Mundum vnum numero esse.

Propositiones enumerantur, quibus hæc quæstio absoluitur. Cap. I.

D CVr autem neque plures esse cœlos possibile est dicamus. hoc em̃ diximus consyderandum esse, siquis non putat vl̃r ostensum eẽ de corporibus ꝙ impossibile est extra mundũ hunc esse quoduis ipsorũ, sed solum de indefinite positis dictam eẽ rationem. Oĩa.n. & manent, & mouentur violentia, & ſm naturã. E & ſm naturam quidem, in quo manent non violentia, & feruntur, & in quem feruntur, & manent: in quo aũt violentia, & ferunẽ violentia: & in quem violentia feruntur, violentia & manent. Amplius, si violentia hæc latio fit, contraria ſm naturam.

Modo igitur volumus perscrutari vtrum cœli sunt plures, ut promisimus. Omnia.n.corpora aut mouentur, aut stant. si mouentur, aut F *naturaliter, aut violente. si stant similiter, aut naturaliter, aut violente. & etiam ad locum: in quo corpus stat non violente, mouetur non violente: & in loco, in quo mouetur non violente, stat non violente. & etiã, si iste motus fuerit violentus, cõtrariũ eius erit naturale.* 76

Cum declarauit mundum esse finitum in magnitudine incœpit perscrutari vtrum sit vnus, aut plures. & hoc intendebat per cœlos. Cœ-

 lum

Glum.n.dicitur Græce tribus modis. dr.n.de toto mundo, & dr de parte eius,q̃ circulariter mouet, & etiam dr de orbe stellarũ fixarum. Et manifestũ est ꝙ recto ordine fuit hæc perscrutatio post alteram. qm̃ non desiderat aïa scire hoc,nisi post sciẽtiam ipsius,q̃ est ipsum esse finitũ in magnitudine, quamuis sit quæstio nobilior prima,& difficilior. & ipse proponit ꝓpositiones propter hoc. Quarum vna est,ꝙ corpora naturalia aut sunt mota, aut quiescẽtia. & hæc propositio manifesta est per se.

Cœlũ Græce dr tribus modis. idẽ t. 55.& inf. 96.

H Secunda autem est, ꝙ omne, quod mouetur ex eis, aut mouetur violẽtẽ,aut naturaliter.& hęc etiam manifesta est p se. Silr de quiescẽtibus, s.ꝙ aut naturaliter qescũt, aut violente.hęc etiam manifesta est per se. D.addidit aliam propositionẽ, & dixit:& etiam ad locum,in quo corp' stat, &c.i. & manifestum est etiã ꝙ ad locũ, in quo corpus quiescit naturaliter non violente, mouet illud corpus, qñ extra ipsum fuerit,naturaliter & non violente. & est ẽt manifesta p se qm̃,cum status terrę naturaliter est in medio, necesse est vt motus ei' sit naturaliter ad mediũ.

I & silr de igne. Et cõuersio istius ꝓpositionis manifesta est per se etiã: & est, ꝙ oẽ, quod mouet ad aliquẽ locum naturaliter,quiescit in eo naturaliter. D.adduxit alteram ꝓpositionẽ,& dixit:& ẽt,si iste motus fuerit violentus, contrariũ eius erit naturale.i. & etiam manifestum est p se ꝙ, cum aliquis fuerit motus violentus alicuius corporũ simpliciũ, erit motus contrarius illi motui naturalis illi corpori.v.g. quia cũ motus ad superius est nõ naturalis terræ, erit motus ad inferius ei nãlis.

Demonstrationem assignat, ostendentem vnum esse mundum. *Cap.* 2. L

AD mediũ ãt, quod hic ẽ, si violentia feratur terra illinc,hinc feretur illuc secundũ naturã. &, si manet hic, motus,qui illinc fit,non violentia fit, & feretur huc ꝭm naturam.vnus enim est motus secundum naturam.

Et etiam,si terra,quæ est extra istum mundum, mouetur ad medium istius mundi violẽte, mouebitur a medio istius mundi ad illud medium naturaliter: &,si motus eius a medio istius mũdi ad medium illius mundi fuerit violẽtus, erit motus eius à medio illius mundi ad medium istius naturalis. L

Cum posuit ꝙ oẽ corpus naturale,aut est motum, aut quiescẽs,& ꝙ oẽ motum aut naturaliter mouet, aut violente, &,cum posuit ꝙ oẽ corpus,quod violente, mouet, mouet naturaliter ꝭm contrariũ istius motus, vult declarare ĩpoĩe, cõsequens positionem duorum mũdorũ, aut pluriũ,& est ꝙ, si posuerimus duos mundos esse,& posuerimus ꝙ terra secũdi mundi moueri posset ad medium istius mundi, sicut mouet in illo mundo ad suum mediũ, necesse est vt mot' eius a medio illius ad medium istius sit aut naturalis, aut violentus:cum posuerim' iã ꝙ nullus mot' fugit istos duos motus. Si ergo motus eius à medio illius mũdi ad medium isti' fuerit violentus, quia igit impoĩe est moueri à medio illi' ad mediũ istius, anteq̃ moueatur ad circumferẽtiã mundi, in 77 M

quo

A quo est: & notũ est ꝙ motus eius ad circũferẽtiã est violẽtus: necesse est vt motus eius in hoc mundo ad mediũ sit violentus. idem est.n. cũ motu à medio illius mundi motus eius ad circũferẽtiam eius. & iã diximus ꝙ iste motus est violentus, necessario ergo erit mot⁹ eius ad medium violentus &, cum ita sit, contingit vt alia terra mouebit̃ ad medium violente. quod est impossibile. Quod etsi concesserimus ꝙ motus eius ab isto medio ad aliud medium ẽ violẽtus, erit motus eius ab illo medio ad illud medium naturalis. motus B enim à medio contrarius est illi, qui est ad mediũ. & iã diximus ꝙ, si aliqs motus fuerit violẽtus alicui corpori, necesse est vt cõtrariũ illi⁹ motus sit naturale illi corpori: cõtingit ergo ꝙ aliqua terra moueat̃ à medio naturaliter. [Et sic, si posuerim⁹ ꝙ motus eius à medio istius mundi ad mediũ illius sit violẽtus, erit motus ei⁹ à medio illi⁹ mũdi ad mediũ isti⁹ naturalis. ergo hoc ĩpoſſe cõtingit, si posuerim⁹ mũdos esse plures.] Et, qa hoc nõ cõtingit, nisi post verificationẽ ꝙ natura elẽtorũ, existentiũ ĩ alio mũdo, ẽ eadẽ naturæ istoꝝ C elẽtorũ ẽm speciẽ, & ꝙ loca mundorum etiã sunt eadem secundum speciem, incępit verificare hoc.

Hæc verba his signis [ ] cõprehẽsa, ĩ aliqbus cod. non repetiuntur.

Præterea necesse est oẽs mundos ex eisdem esse corporib⁹, similiter autem existentes ẽm naturam. At vero & corporũ vnũquodq; necessarium est eandem habere potentiam, vt dico ignẽ, & terram, & quæ inter hæc media sunt. Si enim æquiuoca hæc & non ẽm eandem ĩpẽm dicuntur ea, quę illic, & quę apud nos sunt, & ipsum vniuersum æquiuoce dicetur mundus. Palã est igitur ꝙ hoc quidẽ à medio ferri natum est, hoc autẽ ad mediũ ipsorũ, si oĩs ignis eiusdẽ speciei cũ igne est, & aliorũ vnũquodque, quemadmodum &, quæ in hoc sunt, partes ignis. Quòd autẽ necesse sit sic se habere ex ĩjs, quæ circa motus dictę sunt, suppositionibus manifestũ. nam & motus finiti sũt: & vnũqđq; elẽtorũ dr̃ ẽm vnũquẽq; motuum. D

ἰδέαν Formam.

Et etiam, si cœli, & mundi fuerint plures, sunt ex partibus consimilibus in natura necessario. Et potentia cuiuslibet corporis eorum assimilatur adinuicẽ, s. ignis, terræ, & eorum, quæ sunt inter ea. potentia enim illius ignis assimilatur potentiæ istius, & potentia terræ illius assimilatur potentiæ istius. Si ergo corpora mundorũ plurium non fuerint huiusmodi, erunt partes corporũ illorum mũdorũ similes partibus istius mundi, totius nomine tãtum, non forma. Si igitur ita sit, erit etiam totum simile. s. mundus illi similis nõie, non in forma. Et, si corpora mundorum sunt similia ad inuicẽ, sicut diximus superius quòd ille ignis assimilatur isti, & similiter de alijs corporibus, manifestum est quod quædam eorum moueantur ad medium, & quædam à medio. Et iam declarauimus hoc, cum posuimus motus corporum, & E F

G *determinauimus ipsos, & diximus quòd necessariò motus omniũ corporum sunt finiti.*

78 Cum posuit ꝙ, si posuerit duos mundos, continget vt corpora naturalia moueãtur naturaliter duobus motibus contrariis insimul: qm̃, si terra, inquantũ terra, mouet ab illo mundo ad mediũ istius mundi, cõtinget vt moueatá medio, & ad idẽ medium: à medio quidem illi' mũdi, quia mouet ab illo mũdo ad medium illius: ad mediũ aũt, quod est ĩ illo mundo, quia moueta medio, quod est hic, ad illud mediũ. Et qa H hoc non sequit, nisi cum posuerim' ꝙ natura elementorũ mundi positi eadem est cũ natura elẽtorũ istius mundi, incœpit demonstrare hoc. Et intendebat p cęlos corpora rotũ- a.l. recta. da, & per mũdos corpora * residua. &, cum dixit sunt ex partibus consimilibus in natura, intendit ex partibus conuenientibus in spẽ. Et hæc propositio non fuit manifesta p se, sed acquirit demfatione. cum.n. fuerit demfatum ꝙ impossibile est inuenire corpus naturale simplex, nisi moueatur ad mediũ, vel à medio, I vel circa medium, manifestũ est ꝙ medium non est, nisi p corpus sphæricum, & corpora sphęrica nõ sunt nisi p corpora, existentia in medio. Et, cum ita sit, manifestũ est ꝙ, si ponat alius mundus esse ex corporib' simplicibus, necessario est ex motibus à medio, & ad medium, & circa medium. Et quia inopinabile ẽ existimare ꝙ sit alius mundus nõ conueniens isti, nisi tm̃ in noĩe, sicut est inopinabile existimare ꝙ sit alius hõ non conueniens isti hoĩ, nisi in noĩe tm̃: qm̃, qui tale ponit, non ponit aliquid terminatum, neq; definitum: quapp sequit ꝙ, si aliquis posuerit alium mundũ, vt ponat ipm vniuoce cum hoc. &, quia hoc ẽ manifestius, & probabilius, accepit hoc Arist. ĩ hoc loco qm̃ illud, quod diximus, collocatum est in potentia ĩ prædictis, & ipse ĩnuet ipsum post. K Et dixit: Si ergo corpora mundorũ plurium, &c. i. si indiuidua mundorum plurium non fuerint, sicut indiuiduum istius mundi, erunt partes indiuiduorum illorũ mundorũ conuenientes cum indiuiduo istius mundi in noĩe tm̃. D.d. Si igit ita sit, erit ẽt totũ, &c. i. &, cũ partes mũ- L dorũ, q̃ sũt extra mũdũ istũ nõ cõueniũt cũ ptib' istius mũdi nisi ĩ noĩe tm̃, cõtinget, ꝙ indiuidua illorũ mũdorũ nõ cõicant cũ indiuiduo isti' mundi, nisi in noĩe tm̃, in formis autem differunt. quod est inopinabile, & quasi impossibile. Et, cum posuit ꝙ, si alius mũdus sit, necesse est vt sit vniuocus cum isto, dixit: Et, si corpora mũdorum sunt similia adinuicem, &c. i. &, cum posuerim' ꝙ partes mundorũ necesse est vt sint eiusdẽ speciei, manifestũ est ꝙ partium mundi positi extra mundum istum quædã moueta medio, quæ- M dam aũt ad mediũ, & quædam circa medium. erit ergo illic corpus cęleste, & elementa quatuor. D.d. Etiam declarauimus hoc, cum posuimus, &c. i. & hoc apparet ex eis, quę declarauimus prius de numero partium istius mundi, & numero motuum, cum declarauimus ꝙ isti motᵘ recti sũt finiti, & ad loca terminata, & ex locis terminatis. Et, cũ ita sit, & ẽ necessariũ, si ali' mund' sit, vt sit cõueniẽs isti mũdo, necesse ẽ vt ptes ei', & partes isti' sint eædẽ in specie.

A Et manifestũ est ꝙ esse istius mundi ex istis partibus est necessarium, & impossibile est aliter. Et debem' scire ꝙ qui fuerit assuet' verbis loquentium difficile, aut oĩno non poterit concedere istam ꝓpõnem, & sibi similes. isti enim opinãtur ꝙ omnia sunt possibilia, & necessarium nihil est. & primus Philosophus debet destruere verba omniũ Sophistarũ, quorum sapientia est negare prima principia, & destruere sapientiam.

Primus Philosophus dbet destruere verba omniũ Sophistarũ, quorũ sapiẽtia est negar̃ prima principia, & destruere sapiẽtiã. cõ sile 1. Ph. 8. & 3. cõ. c. 4.

Quare, si & motus iidẽ sunt, & elemẽta necesse est esse vbiq; eadem. Natæ sunt igitur ferri & B ad hoc quidẽ medium terræ partes, quæ in alio mundo sunt, & ad hoc quidẽ extremũ, qui ibi est, ignis. sed impossibile est. Si enim hoc accidat, necesse est ferri sursum quidem terram in proprio mundo, ignẽ autem ad medium. similiter aũt & eam, quæ hic est, terrã à medio ferri secundum naturam, dum ad mediũ, quod illic est, fertur, propterea ꝙ mũdi sic positi sunt adinuicẽ.

C *Si igitur vnumquodq; elementorũ dicatur habere aliquẽ motũ, dicamus quòd, si motus corporum omnium mundorum fuerint iidem, erunt elementa omniũ mundorum eadem necessario. Et, si ita sit, erit terra illius mundi mobilis ad medium istius mundi, & ignis illius mundi ad superius istius mũdi mobilis. et hoc est impossibile. quoniã, si motus ignis, & terræ, qui sunt in illo mundo, sunt, sicut narrauimus, tunc mouebitur terra ad superius necessario, quia mouetur desiderans ad suum mundum, & ignis mouebitur ad medium. & similiter erit motus istius terræ ab isto medio ad illud mediũ motu naturali: media enim, & extrema mũdorum similia sunt adinuicem.* D

Cum declarauit ꝙ necesse est vt 79
partes mundi positi sint simil's partib' huius mundi, reuertitur, & declarat hoc esse necessariũ ex prædictis: & est modus declaratiõis, quem superius inuenimus. Et dixit: Si igitur E vnumquodq; elementorũ, &c. i. &, si necessariũ est ꝙ quodlibet elemẽtum sic positũ in illo mundo debet habere vnũ motum istius mundi, s. à medio, aut ad mediũ, aut circa medium, dicamusq;, si motus corporũ omnium mundorũ, &c. Et hoc, qđ dixit, manifestum est, s. ꝙ, si motus plurium corporũ plurium mundorũ fuerint iidem in specie, s. ꝙ in quolibet mũdo sunt tres motus, à medio, aut ad mediũ, aut circa mediũ, necessariũ est ꝙ partes omnium mundorum sint eędem in specie. D. reuertebatur dicere impossibile, quod sequit' F ex hoc, & iã vtebatur ipso prius, anteq̃ posuisset ꝓpões, ex quibus sequitur, & dixit: Et, si ita sit, erit terra illius mundi, &c. & hoc, quod dixit, necessarium est, s. vt, si nã terræ illi' mundi positæ eadẽ fuerit cum natura istius terræ, necessariũ est vt moueatur ad mediũ, quò mouetur ista terra. & silr, de igne. s. ꝙ si fuerit cum isto idem in specie, necessarium est vt moueat' ad orizonẽ istius mũdi.

Et nõ põt aliquis dicere ꝙ natura ignis, qui est in illo mundo, sit moueri

G ueri ad superius illius mundi, & qui est in isto mũdo, moueri ad orizontem istius mũdi: & silr de terra, quæ est illic, & terra, quę est hic. continget. n. ex hoc ꝙ natura ignis in illis mundis esset natura terrę istius mũdi. qm̃, quod mouetur ad orizontẽ illius mundi, & qđ moueť ad medium istius mundi, moueťad idẽ: & silr quod moueť ad medium illius mundi, necessario moueť à medio istius mundi. contingit ergo ꝙ motus istorũ elemẽtorũ sit accidẽtalis, aut ꝙ eadem natura moueaťmotibus contrarijs. Et, cum declarauit ꝙ necessariũ est ꝙ elementũ graue illius mũdi moueaťad mediũ istius mundi, & silr ꝙ ignis illius mundi moueatur ad orizontẽ istius mũdi, & dixit & hoc est impossibile, &c. i. &, si necessariũ est ꝙ terra illius mũdi moueaťad medium istius mũdi, quia eadem est natura hu9, & illius terræ, contingit vt terra moueať in illo mundo ad superius necessario. non enim potest venire ab illo mũdo ad istum, anteq̃ moueatur ĩ illo mundo ad suũ orizontem. D. d qa mouetur desiderans ad suum mundum. i. cũ fuerit naturæ istius terrę, & terra, quę est hic moueť desiderio ad medium istius mundi, contingit silr vt illa terra moueatur ad mediũ istius mundi. Et dixit ad suum mũdum. quia põt aliquis dicere ꝙ suus mundus non est nisi mũdus, in quo est. quia, cum posuerimus ipsum de natura istius terræ, erit suus mũdus istę mundus necessario, s. mund9 terræ, quæ est hic, & est iste mũdus necessario. Et ex hoc apparet ꝙ est impossibile vt elementa habeant nisi vnum mundum. qm̃, si plures mundi essent, nõ esset superius naturale, neq; inferiùs, sed in solà cõparatiõe. K Et, si ita esset, tunc non diuersaretur natura elementorum pp diuersitatem motus: immo esset de motibus naturalibus, sicut de motib9 animalium, s. quia animal moueť ad loca opposita. D. d. & similiter erit motus istius terræ, &c. i. cõtinget ꝙ terra istius mũdi mouebitur à suo medio ad mediũ illius mundi. mediorum enim mũdi naturæ necessario dicuntur eædem in mouendo terrã ad ea, cum fuerit extra ea. cum igiť fuerit ista terra in medio istius mũdi, erit extra medium illius mundi. &, cum fuerit extra medium, quodcunq; medium fuerit, continget vt moueatur ad ipsum. & similiter cõtinget ꝙ terra, quæ est in medio illius mundi, cum sit extra istud medium, vt ad ipsum moueatur.

Aut enim non ponendum est eandem esse naturam simpliciũ corporum in pluribus cęlis, aut dicentes sic medium vnũ, & extremũ facere necesse est. hoc autem, cum sit absurdum, impossibile est mundos vno plures esse.

Si igitur mũdi nõ fuerint huiusmodi, non erunt naturæ corporum simpliciũ, quæ sunt in cœlis, & in pluribus mundis, eædem. Si igitur fuerint huiusmodi, erit natura corporis eadem, & concedunt dicẽtes mundos esse plures hoc necessario, si posuerint medium, & orizontem esse vnum, s. quòd mediũ omnium mũdorũ, & orizon omniũ mũdorũ sint eadẽ. &, cũ ita sit, impossibile est quòd mundi sint plures vno. M

Vult

80 A Vult in isto capitulo coniungere ꝓpões demõsonis cum cõclusione, vt sint præsentes corã cõsiderãte, s. vt sint apud ĩtellectũ, sicut sensum, & incępit dicere: Si igit͛ mundi non fuerint hmõi, &c. i. manifestum est, si oẽs mundi positi non fuerint ſm modũ, quem narrauimus, ꝙ in illis oib' sũt mobilia à medio, & ad medium, & circa mediũ, continget ꝙ natura partiũ mundoꝝ nõ sit eadẽ.

D. d. Si igit͛ fuerit huiusmodi, &c. idest si necessariũ fuerit in eis vt sint mobilia istis motibus, est necessariũ ꝙ natura corpoꝝ, ex quibus plures B mundi constituuntur, sit eadẽ nã.

D. d. & concedunt dicentes plures mundos esse hoc necessario. i. & cõtinget dicentes plures mũdos eẽ cõcedere hoc necessario, s. ꝙ corpora, ex quibus partes mundi cõponant͛, sunt eiusdem naturæ. D. d. si posuerint medium, & orizontẽ esse vnũ, idest & cõtinget eis, cum posuerint corpora simplicia, ex quibus mundi constituuntur, esse eadem, concedere ꝙ orizon sit vn', & mediũ vnũ, s. ſm ꝙ mihi videtur, quia quò totũ mouetur, & quiescit, illuc mouẽtur partes, & quiescũt. & hoc sequitur, quia contingit eis, cum non posuerint vnum orizontem, & vnum me C dium, & posuerint naturam elemẽtorum in pluribus mundis esse vnã, vt elementa moueantur contra suã naturam. Et dixit: & concedunt dicentes, &c. i. & concedunt mundum esse vnum, & hoc, quia contingit cõcessioni eius, quod est mũdum esse eiusdem naturæ, s. aliam concessionem, s. ꝙ orizon sit vnus, & mediũ vnum. Propter quod dixit: si posuerint medium, & orizontẽ esse vnũ, idest si concesserint ꝙ sequitur à positione partiũ mũdorum esse eiusdẽ D naturæ, vt orizon, & medium sint vnum. & dixit hoc, ꝙ qui concesserint has duas ꝓpões, necessario cõcedent mundum vnum esse. Et pp hoc dixit post: &, cum ita sit, impossibile est vt mũdi sint plures. i. & cũ medium sit vnũ, & orizon sit vnus, impo**ẽ** est vt mũdi sint plures. Hic aũt induxit tres propositiones, quibus nullus potest cõtradicere. Quarum prima est ꝙ partes mũdorum necessario sunt eiusdem naturæ. Et secunda est ꝙ orizon, & mediũ partium, quæ sunt eiusdẽ naturæ, sunt vnum numero. Et tertia est ꝙ, cum E medium fuerit vnũ numero, & sit͛ orizon, mundus erit vnus numero. & oẽs istæ demonstratæ sunt hic.

Quo totũ mouet͛, & qescit, illuc mouẽtur ptes, & qescũt. idẽ ĩ t. cõ. 19. 58. et 73. et 3. Physi. 52. idẽ hic infra. 64. et 97.

Dubitationes soluit, quibus existimari potest plures esse mundos. Cap. 3.

Existimare aũt aliã esse naturã simplicium corporũ, si distent minus, aut plus à proprijs locis, irrationabile ẽ. quid enim refert tãta dicere longitudine distare, an tanta? different enim ſm rationẽ eo magis, F quo plus: forma aũt eadem est.

Si ergo aliquis dixerit quòd natura corporum simpliciũ, quæ sunt in pluribus mundis, est diuersa secundum eorũ remotionẽ à locis eorum secundũ magis, & minus, dicemus quòd hic sermo est extra normam. corpus enim, cũ remoueatur à suo loco, parũ, vel multum, nõ diuersatur in sua forma omnino, sed solũmodo ĩ quãtitate remotionis: in forma aũt non, siue appropinquet

suo

G *suo loco, siue remoueatur. sed, si appropinquauerit, aut remoueatur, omnino mouebuntur: & motus eorum sunt manifesti, & hoc non indiget disputatione.*

81 Cum posuit ꝙ causa diuersitatis motuum corporum mobiliũ, s. motus eorum à locis oppositis, est diuersitas naturarum, & posuit ꝙ, si inueniretur in eis ex locis oppositis plusquam vnũ, cõtingeret ꝙ eadẽ natura moueretur duobus motibus oppositis, quapropter contingeret ꝙ nã simplex non diuersa esset diuersa, nõ di-
H uersa pp positionẽ, diuersa pp hoc, ꝙ mouetur ad contraria, s. à medio & ad medium, sm ꝙ dictum fuit ꝙ cõtinget, si media fuerint plura vno.

Et, cũ hoc fecit, induxit quæstionem, contradicentẽ huic propõni dicenti ꝙ ab his naturis simplicib9 non prouenit nisi vnus motus tm̃, & dixit: Si ergo aliquis dixerit, &c. idest si aliquis dixerit ꝙ nõ contingit ꝙ terra illius mundi moueať ad mediũ istius, neq; econuerso, quãuis habeat eãdem naturã in duob9 mundis. sil'r de alijs simplicibus: corpus enim idem ex eis non æqualiter
I est propinquum in duobus locis cõsimilibus, quæ sunt in duobus mundis. & quãuis igitur sit vnum, tamẽ semper moueť ad propinquiorem duorũ locorum consimilium. v g. terra istius mundi propinquior est suo medio, ꝙ̃ medio alterius, quapropter moueť ad istud mediũ, non ad illud. &. si esset in illo mũdo, moueretur ad suum medium: moueretur igiť duobus motibus cõtrarijs, quãuis sit eiusdẽ naturæ pp propinquitatẽ, & remotionẽ ab altero duorũ locorũ consimilium in specie oppositorum sm vbi. v. g. ꝙ motus à medio illius ad mediũ illius, quamuis sit opposit9 motui à medio illius ad mediũ istius: & corpus simplex, sm ꝙ est simplex, impossibile ẽ moueri duob9 oppositis motibus: tñ est possibile hoc sm appropinquationẽ, & remotionẽ. appropinquatio enim & remotio aliquid addũt supra simplicia. Cõtinget ergo simplici vt sit compositũ ex sua natura, & ex eo, quod ei contingit ex appropinquatione, & remotione; & vt compositũ habeat duos mot9 oppositos in duabus horis. Et Arist. dicit, respondendo ꝙ ille sermo ẽ extra normam. i. L K
*quia diuersitas motuum corporũ non est, nisi pp diuersitatem formarum substantialiũ, non pp diuersitatem in relatione, aut quãtitate, neq; in alio prædicamento. diuersitas autem sm appropinquationẽ, & remotionẽ non est in substantia. †Et debes scire, ꝙ appropĩquatio, & remotio non operanť, nisi in motibus rerum, quarũ mouẽs est extrinsecum sm appropinquationẽ, & remotionem à mouente, quapropter est verificare hoc in loco ꝙ motus elemẽtorũ nõ ẽ ab extrinseco: qđ quãuis manifestũ sit per se, tñ ipse induxit sermones cõtradicẽtes sermonibus Antiquorum de motu, & quiete elemẽtorum, & maxime de terra. Antiqui M
enim ponunt causam in quiete terræ, & in motu eius attractionẽ, quæ est apud vniuersam terrã, & locum vniuersæ terræ. Et manifestũ est, ꝙ non moueť terra ad vniuersam terram, vbicũq; fuerit. qm̃, si pars eius moueret ad vniuersam terrã, cõtingeret vt esset, sicut mot9 ferri ad magnetẽ, &, si ita esset, esset possibile vt terra moueret natura ad superius.

*Diuersitas motuum corporũ ẽ pp diuersitatẽ formarũ subaliũ. Et idẽ supra cõ. 5.

† Appropinquatio & remotio nõ operanť, nisi in motib9, quorum mouẽs ẽ extrĩsecũ. qđ quõ sit verũ. vide infra. cõ. 89.

Et

A *Et vlt videtur ſi motus terræ non fuerit ſecundùm attractionem, aut pp naturam loci, aut pp naturā corporis, quod eſt in loco, neque ſm expulſionem pp motum cœleſtem, manifeſtū ꝙ hoc, quod dixit Ariſt. in hac demſone, eſt verum.† Et ſcire hoc, ſ. ꝙ terra, & elementa nō mouentur neq; attractione, neq; expulſione, ē propinquum principijs naturalibus. & hoc erit, qñ ſciuerim° cauſas attractionis in alijs corpibus attractiuis, & videm° ipſum fugere res, in quibus exiſtimať, ꝙ aliquid trahat elementa. Et ſiſt manifeſtū eſt etiam, ꝙ neq; ſm impulſionem. impoſe eſt enim inuenire corp° naturale, cuius motus non ſit natura- B lis: & vlt manifeſtum eſt, ꝙ motus eorum eſt per ſe. Et ideo dixit, ſed, ſi appropinquauerit locis eorum, aut remoueātur, oīno mouebuntur, & motus eorum ſunt manifeſti, & nō īdiget diſputatione. ideſt, quod nō indigemus diſputatione ad hoc, ꝙ motus eorum ſit per ſe, & naturalis.

*Mot° terrę ñ ē ſm attractionē, neque ſm expulſionem.
†Mot° elemētorū ñ eſt ab extrinſeco.
Idē.2.Ph. cō.1.& 3. & 4. Phy. 71.& 8. Phy. 32.4 Cœli. 22. 24. 25.& 5.Phy.18 Idē hic ī. 89. & 3. Cęli. 28.
Impoſe ē inuenire corp° nāle cui° mot° ñ ſit nālis Idē ī t. c. 57. & 3. Cęli.t.cō. 18.& 19. & 26.

At vero neceſſe eſt aliquē eſſe motū ipſorum. Quòd enim mouentur manifeſtū eſt. Verū igiť vt omnibus moueri, & cōtrarijs C dicemus. Sed quod non natū eſt omnino moueri, impoſſibile eſt hoc vi moueri. Si igitur eſt aliqs motus ipſorum ſm naturam, neceſſe eſt eorū, quæ eiuſdem ſunt ſpeciei, & ſingulorum ad vnum numero locum exiſtere motū, vt ad hoc aliquod medium, & ad hoc aliquod extremum.

Volumus modo perſcrutari, vtrū motus corporum non ſit violentus, aut motus eorum ſint violēti etiā. Dicamus ergo quòd corpus, quod D *impoßibile eſt moueri omnino, impoßibile eſt moueri violente. Si ergo motus corporum mundorum ſit naturalis, erunt motus partiū conſimilium formarū neceſſario ad eundem locū, ſ. aut ad aliquod mediū, aut ad aliquod extremum.*

Quia fundamentū huius demōſtrationis eſt ſuper hoc, ꝙ elementa habēt motus naturales, incępit perſcrutari, vtrum motus omnium corporum eſt violentus, aut omne cor- E pus habet motum naturalem. D.d. Dicamus ergo ꝙ corpus, &c. ī. corpus, quod impoſe eſt moueri oīno naturaliter, impoſe eſt moueri violente. Et dixit hoc, qa quod violente mouetur, moueť contra ſuam naturam: quod ergo caret motu naturali, caret violēto. D.d. Si ergo motus corporum mundorum, &c. i. &, cum poſuimus, ꝙ motus corporum ſimpliciū ſit naturalis eis, continget ꝙ corpora ſimplicia cōuenientia in ſpecie, quę ſunt in pluribus mūdis, moueantur ad eadem loca, ſ. ꝙ grauia eorum moueantur ad media, leuia autem ad fines. & hoc intendit. F &, cum ita ſit, contingit impoſe prędictum, ſ. ꝙ idem corpus mouebiť duobus motibus contrarijs, à medio ſcilicet, & ad medium.

Qđ caret motu nāli, caret violēto idē 3.Cę. t. c. 18.& 19. & cō. 25.

82

Si autem ad ſpecie eadem, plura autem, quia & ſingula plura quidē ſunt, ſpecie autem vnumquodꝙ indifferens eſt, nō huic quidem partium, huic aūt non, tale erit: ſed ſimiliter omnibus. ſimiliter enim omnes ſecūdum ſpeciem indifferentes ſunt adinuicem,

G uicem, numero autem altera est quacunque à quæcunque.

Si ergo aliquis dixerit quòd corpora, quæ sunt in mundis, scilicet terra, & alia elementa sunt eadē in forma, in numero autem plura, quoniam non aßimilantur adinuicem, neque vniuersum vniuerso, sed aßimilantur adinuicem, s. quòd partes istius mūdi sunt similes partibus illius, & similiter partes cæterorum mundorū. quapropter non

H *diuersantur in forma, sed in numero tantum. ignis enim istius mundi est alius ab igne illius mūdi in numero. &, cum corpora mundorum differunt in numero, differunt etiā ī locis: quoniā partes corporis istius sunt similes partibus corporis illius mundi, & eadem in forma. v.g. quoniam partes istius terræ aßimilantur terræ alterius mundi.*

83 Hęc est quęstio secunda, q mundi sūt plures: potest enim aliquis dicere q, sicut videmus in homine, q

I est vnum in specie plura indiuidua ita est de mundo, & suis ptibus: sed, cū posuerimus, (sicut dicitis) q partes mundorum sint similes adinuicem, necesse est q mundi, & partes eorum sint idem in specie: & similiter de locis. & cum ita sit, necesse est vt mundi sint plures indiuiduo. & cum posuit hanc quæstionem, incępit dissoluere eam.

Dico autē hoc, qm̄ si partes, quæ hic sunt, & q̄ in altero mundo, adinuicem silr se habent, & sumpta hic nihil differenter se habet ad aliquā earum partiū, K quæ in aliquo alio mundo sunt, & quæ in hoc ipso, sed silr. differunt enim nihil specie abinuicē.

Si igitur diuersitas corporum in numero esset causa diuersitatis locorum, oporteret vt partes istius terræ diuersæ in numero, & grauitate: quòd quodlibet corpus corporum eius haberet medium, quò vadit. quod est impoßibile.

Et respōdet huic q̄stioni. si causa multiplicationis locorū, s. eē plura media in numero, & plures orizontes essent plura elementa in numero: v.g. essent enim plures ignes in numero, s. q ignis istius mūdi sit alius ab igne cęterorū mundorū in numero: & silr in alijs elementis, cōtingeret vt medium in numero diuersaretur in eodem numero pp diuersitatem partium elementorū in numero. v.g. si causa in essēdo duo media in numero in duobus mūdis esset, quia terra istius mundi est alia à terra alterius mundi in numero, oporteret vt quælibet pars terræ in eodem mundo haberet propriū medium. essent ergo media sm numerum indiuiduorum partium terræ. quod est impossibile. videtur enim q locus cuiuslibet partium horum elementorū sit idem numero: immo idem est numero locus toti', & partis. Impossibile est ergo, q eē plura elementa numero sit causa in essendo plura loca numero, s. puta loca, quæ sunt medium, & orizon. 84 L M

Idem numero est locus totius, et partis. Idem 3.c.8 o.et quæ ibi.

Quare necessarium est aut dimouere has suppositiones, aut medium vnū esse, & extremū. hoc autem existente, necesse est & cœlū

A & cœlum vnum solum esse, & non plures, his eisdem argumentis, & eisdem necessitatibus.

Si ergo contradicens non poterit contradicere istis sermonibus, & rationibus, necessario est medium vnum, & vnus oriZon. si ergo medium fuerit vnũ, & oriZon vnus, & cœlum etiam erit vnũ etiã per istos sermones, & necessitates.

85 Vult affirmare ĩ hoc sermone, & quiescere in hoc. qm̃ dignum est ꝙ, cum nullus poterit contradicere sermonibus affirmantibus mediũ esse

B vnum numero, & silr̃ orizontem, concedere cœlum esse vnum. & ille locus ẽ probabilis, s. verificare rem, cum non inueniatur ei contradicẽs fm̃ suam consuetudinem, qui semp inducit sermones ꝓbabiles ante demonstratiuos. Arist. enim vtitur eis duobus modis, aliquando præinducens eos ante demonstrationem, & ad exercitandum, & dubitãdum, & aliquando post, vt faciat cõuenire.

Sermonibus ꝓbabilib' duplicitet vtitArist.

Quasdam quibus concludebatur Vnitas mundi, propositiones explanat.

Cap. 4.

C

QVòd aũt sit aliquid, quò nata est terra ferri, & ignis, palã est & ex aliĵs. omnino.n.quod mouet̃, ex quo dam in quiddam mutat̃. & hęc, ex quo, & in quod, specie differunt. omnis.n. mutatio finita ẽ: vt quod sanatur ex morbo in sanitatem, & quod augmentatur ex paruitate in magnitudinem. & quod fertur igit̃: etenim hoc fit alicunde aliquò. oportet igit̃ D specie differre, ex quo, & in qđ natum est ferri (quemadmodũ id, quod sanatur) non quò contigerit, neque quò vult mouens. et ignis ergo, & terra non in infinitum feruntur, sed ad opposita: opponuntur autem secundũ locum sursum, & deorsum: quare ista sunt termini lationis.

Et etiam terra mouetur ad aliquem locum, & ignis etiam vadit ad aliquẽ locum, & hoc manifestũ est. omne.n.mobile alteratur ab ali E *quo in aliquid, alterationes aũt diuersantur secundum formam, forma enim, ex qua corpus mouetur ad aliã, diuersatur, & omnis alteratio habet finem. v.g. sanabile.n. alteratur ex infirmitate ad sanitatem, & similiter augmentabile alteratur ex paruitate ad magnitudinem, & similiter mobile localiter alteratur ex quibusdã locis diuersis in forma ad quædam, & nõ vadit nisi ad locũ, qui est finis, non ad alterum. v.g. quia corpus sana*- B *bile mouetur neq; per transmutationem, neq; vbicunq; voluerit mouens. sed vbi est finis motus, scilicet sanitas. &, cum ita sit, contingit quòd motus terræ, & ignis non sint in infinitũ, sed ad finẽ, scilicet ad loca diuersa illis locis, ex quibus mouentur. locus enim superior est diuersus ab inferioris & ista duo loca sunt oriZontes motuum.*

Cum

86 Cum accepit in demſone ꝙ mũ-
G dus eſt vnus,ꝙ motus ſimplices habent loca propria: hoc aũt fundatũ eſt ſuper hoc,ꝙ mot⁹ ſimplices ſunt finiti: īcœpit affirmare hoc,& dixit: Et etiam terra mouetur,&c.i.& etiã vna ꝓpõnũ receptarum in hac demonſtratione ē ꝙ terra,& ignis mouent̃ ad loca terminata, & ſimiliter aqua,& aer, & nullũ horum mouet̃ in infinitũ,neq; ad quemcũq; locũ. Deinde incœpit declarare hoc,& dixit:omne enim mobile alteratur ab aliquo in aliquid.& intendit per alteratur trãſmutari ab aliquo termi-
H nato in aliquod terminatum,i.à cõtrario in cõtrarium. & hoc declaratum eſt in Phyſicis in motib⁹ rectis.

D.d.alterationes aũt diuerſantur ſm formam.ideſt &hoc eſt cauſa diuerſitatis modorum tranſmutationum,ſ.ꝙ quędam eorũ ſunt in vbi, quædam in quãtũ,quędã in quale. forma enim, ad quã peruenit tranſmutatio,diuerſat̃ in vnaquaq; trãſmutatione.& hoc voluit notificare, qm̃ non quodcunq; tranſmutat̃ in quodcunque. D.d.forma enim,ex qua mouentur corpora ad aliã formam,diuerſat̃.& hoc eſt cauſa alte-
I rationum,quæ ſunt finitæ.Et,cũ declarauit ratione ꝙ tranſmutationes ſunt finitę,ſm ꝙ ſunt ex contrarijs, & in cõtraria, īcœpit declarare hoc per inductionem,ſ.declarare eſſe cõtrarias,aut eẽ finitas,& dixit: omnis alteratio habet finẽ. Et intendit per alterationẽ tranſmutationem in tribus motibus:qm̃ vnuſquiſq; iſtorũ motuum habet finẽ terminatum, & eſt ex contrario in cõtrarium : v.g. ꝙ trãſmutatio in qualitate eſt ex ſanitate in infirmitatẽ, & in quãtitate ex paruo ad magnũ,aut econuerſo.

Et, quia inuenire contrarietatem in K
motu locali eſt magis occultum , q̃ in alteratione,dedit exẽplum in motu alterationis, vt videat conſiderãs ꝙ ita debet eſſe in motu locali,& dixit: & ſiſt mobile localiter. ideſt & ſiſt eſt de mobili naturaliter in loco ex corporibus ſimplicibus : qm̃ tranſmutantur ex loco cõtrario ad locum cõtrarium, ideſt ex ſuperiori ad inferius, aut econuerſo. D.d.& non vadit, niſi ad locũ,qui eſt finis. ideſt & manifeſtum eſt ꝙ mobile in loco nõ mouet̃, niſi ad locum diuerſum à loco , ex quo mouet̃, ſicut eſt de alteratione: & vl̃r neceſſe eſt in L
omni tranſmutatione vt à quo eſt, ſit diuerſum ab eo, ad quod eſt,niſi tranſmutatio ſit ocioſa. D.d.mouetur neq; per tranſmutationem, &c. ideſt,ſm ꝙ mihi videtur, niſi in verbis ceciderit error, quod manifeſtũ eſt ex ſanatione, & ſibi ſimilibus ꝙ non tranſmutant̃ ad quãcunq; trãſmutationem trãſmutans voluerit, vt in habentibus animã,ſed ad finẽ naturalem.& iam declarauit ꝙ motus locales recti ſunt finiti ĩ plurib⁹ locis. Et, cum verificauit propoſitionẽ, dicentem ꝙ omnis tranſmutatio eſt finita,dedit concluſionem, M
& dixit: &,ſi ita,erit motus ignis,& terræ non in infinitum. & ita cõponitur ſyll's.Ignis, & terra,& alia ſimplicia ſunt tranſmutabilia:& omne tranſmutabile tranſmutatur ex cõtrario ĩ contrariũ:ergo ignis, & terra tranſmutantur ex cõtrario in cõtrarium. ſed omnia tranſmutabilia ex contrario in contrarium ſunt finitæ tranſmutationis:ergo ignis, & terra , & alia ſunt finitæ tranſmutationis:ergo habẽt loca naturalia,ad quę tranſmutantur ſm naturam,& ex

Inuenire contrarietatẽ ĩ motu locali eſt magis occultũ, q̃ in alteratione. idẽ.5.Ph. 9. & 8. Phyſi.16. & 61.& 6 Phy.92.

A ex quibus trāſmutantur: & oportet vt ſint contraria. Et, cum ita ſit & apparet vt oēs partes vniuſcuiuſq; corporis eorū moueñt ad eandē partē, manifeſtum eſt ꝙ locus omniū indiuiduorū terræ eſt vnus numero, & ſimiliter de alijs elemētis. Et hoc intendebat, cum dixit: & iſta duo loca ſunt orizontes motuum. ideſt ꝙ ſuperius, & inferius ſunt illa duo loca, quę apparēt eſſe finita. duo enim elementa leuia mouentur ad ſuperius, alterum quidem ſimpliciter, alterum autem in reſpectu: & ſimiliter grauia ad inferius, aut ſimpli-
B citer, aut in reſpectu.

Quandoquidē & qui circulo habet quodāmodo oppoſita ea, quæ ſm diametrum, vniuerſo autem non eſt contrarium quicquā. quare & his aliquo modo motus ad oppoſita fit, & finita. Neceſſe eſt igitur eſſe aliquē finem, & non in infinitum ferri.

Et etiam ſecundum aliquē modum eſt in motu circulari cōtrarietas per diuerſitatem, ſ. motus, exiſtentis in diametro circuli: motus
C *autem totius circuli non habet contrariū omnino. manifeſtum igitur eſt quòd motus partium reuolutionis ſunt ad loca diuerſa finita. Verificatum eſt modo ſermonibus neceſſarijs quòd motus omniū corporum habent finem, & quòd nō vadunt ad infinitum.*

17 Cum poſuit ꝙ oīs motus neceſſario, ſm ꝙ eſt motus, eſt ex contrario in contrariū, & hoc vſr in oī motu, & iam declaratū fuit in motu circulari ꝙ non habet contrarietatē, neq; D eſt ex aliquo ad aliquod, & hoc facit quęſtionē, incœpit diſſoluere ipſam in demonſtrando ꝙ in motu circulari eſt cōtrarietas ſm aliquē modū, ſm aūt alterum non, ſ. ꝙ in partib. eius inuenit̃ contrarietas ſm aliquē modū, & ſm alium nō. cum. n. mouebit̃ eadē pars eius ex aliquo extremo diametrorū circuli ad extremū circuli, erit contrarietas: cū aūt mouebit̃ aliqua pars ab aliquo puncto, quouſq; reuertit̃ ad idē punctū, nō erit cōtrarietas. Et hoc intēdebat, cū dixit: Et ēt ſm aliquē modum ē in motu circulari cōtrarietas ſm di- E uerſitatem i. ꝙ in motibus partium reuolutionis erit contrarietas. i. ex quo, & ad quod, inquantū pars incœpit ex extremo diametri, & peruenit ad extremū ſecūdū quapp ſtella in vno extremo dr̃ aſcēdens, & in altero occidens: & aſcēdens dr̃ cōtrarium occidenti. D. d. motus autem totius circuli non habet contrariū. ideſt motus aūt partium, quarū motus eſt reuolutio cōpleta, non habet contrarium oīno: qm̄ ex puncto, ex quo incœpit, ad pūctū, ex quo incœpit, peruenit. D. d. manifeſtū igitur eſt ꝙ mot⁹ partium reuolutionis ēt F ſunt ad loca diuerſa: ideſt manifeſtū eſt modo ꝙ motus partium circuli ſunt ad loca diuerſa ab eis, ex quib⁹ ſunt, cū non compleuerint reuolutionē, ſed fuerint ab extremo diametri vſque ad extremum oppoſitum. * & hæc contrarietas non inuenit̃ in circularibus, niſi propter diametrū; diameter. n. eſt linea recta, † & contrarietas non inuenitur, niſi in duobus extremis longitudinis rectæ, vt in Quinto Phyſi. declaratum eſt, & in principio huius libri.

*Cōtrarietas nō inuenit̃ in circularibus, niſi pp diametrum.

† Contrarietas nō inuenit̃, niſi in duobus extremis lineę rectæ Idē 5. Phy. 24 & hic cō. 28.

G Coniectura aũt est non in infinitum ferri, & terrã quidẽ, quanto propinquior fuerit medio, velocius ferri, ignẽ autẽ quãto ei, quod est sursum. si autem infinitum esset, infinita vtique esset & velocitas. si vero velocitas, & grauitas, & leuitas: vt enim qđ inferius magis tẽdit velocitate, q̃ alterũ, grauitate vtiq; est velox, sic, si infinitum esset huius incrementũ, & velocitatis incrementum infinitum vtiq; esset.

H *Et signum quod mouens nõ mouetur in infinitum, est terra. terra enim quantumcunq; appropinquauerit medio, citius mouetur: similiter ignis, quanto magis ad superius, tanto citius mouetur. si igitur motus esset in infinitum, velocitas esset in infinitum. si igitur velocitas esset secundum hoc, grauitas, et leuitas secũdum hoc essent, s. in infinitum. & sicut eorum, quæ ad inferius mouentur, quædam mouentur citius secundum diuersitatẽ in grauitate, ita esset, si additio grauitatis esset in infinitum, esset additio velocitatis in infinitum.*

I

88 Hoc est signũ aliud à prædictis, ꝙ motus elementorum sunt finiti, quamuis vtatur in hoc quibusdam ꝓpõnibus prædictis. ponit ergo primo, ꝙ manifestũ est per se ꝙ motus terræ, & ignis, & aliorũ elementorũ videnť, cum appropinquauerint locis proprijs, citius moueri. &, cũ ita sit, necesse est vt mediũ sit finitum sicut superius. Quomodo aũt sequiť hoc ex prædictis patet, & notum est per se. qm̃, si motus eorũ esset in infinitum, contingeret vt velocitas eorũ esset in infinitum: qm̃ superius, & inferius ponuntur infinita. & si velocitas esset infinita, grauitas, & leuitas essent infinita. quod est impoſe, ſm ꝙ declarauimus. Cũ igitur dicit: si igitur motus eorũ esset in infinitũ, velocitas esset infinita: intendit &, cũ posuimus ꝙ quanto magis intrauerit illã partem, ad quã mouet, tanto magis mouetur citius. &, cum posuimus ꝙ illa pars, in quã mouetur, est infinita, continget ergo ꝙ velocitas transeat in infinitũ. &, si inueniatur velocitas infinita, inuenietur grauitas, aut leuitas infinita. & hoc intendebat, cũ dixit: si ergo velocitas est ſm hoc, graue, & leue erũt ſm hoc, s. in infinitũ. Sed põt aliquis dicere ꝙ hoc sequiť à positione ꝙ graue, & leue mouetur in infinitum, s. grauitatem esse infinitam: quamuis non ponatur ꝙ quanto magis appropinquauerit loco, tãto citius mouebiť. quid ergo prodest propõnis istius positio? Dicamus ergo ꝙ ipse voluit notificare ꝙ, cũ declaratum est ꝙ, si motus æqualis ponatur infinitus, continget vt virtus mouens sit infinita, necesse est & dignius cũ ponatur motus transiens in velocitate in infinitũ, vt fit à potẽtia infinita. & ideo dixit: si igitur velocitas esset ſm hoc, & grauitas, & leuitas essent ſm hoc, scilicet in infinitum. D.d. & sicut eorũ, quę ad inferius mouẽtur, &c. i. & monstrauit ſm hunc sermonem causam, pp quam, si velocitas fuerit infinita, ꝙ grauitas, & leuitas sint infinitæ. & est, quia, si causa diuersitatis rerum in velocitate est diuersitas eorũ in declinatione, idest

K L M

Obiectio

Solutio

A idest in grauitate, & leuitate, sequit ꝙ quanto magis fuerit graue, aut leue, tanto magis erit velox. & manifestum est ꝙ hoc conuertit. s. ꝙ quantò magis fuerit velox, tanto magis erit graue, & leue. &, cũ ita sit, & fuerit velocitas infinita, necessario erit grauitas, & leuitas infinita.

At vero neq; ab alio hoc quidem ipsorum sursum fertur, hoc aũt deorsum, neq; vi (quẽadmodum quidã aiunt) p extrusionẽ. tardius enim moueretur maior ignis sursũ, & maior terra deorsum: nunc aũt cõtra semper maior ignis velocius fert, & maior B terra in suũ locũ. Neq; velocius vtiq; propè finẽ ferrentur, si vi, & extrusione mouerent. omnia enĩ ab eo, quod vim attulit, longius existentia, tardius ferunt: & vnde vi, illuc ferunt non vi.

Et etiam corpus vadens ad superius, & corpus vadens ad inferius nõ vadunt ex alio mouẽte violente, sicut inquiunt quidam homines quòd elementa mouẽtur per cõ- C *strictionem. &, si ita esset, motus ignis magni esset tardus ad superius, et motus terræ magnæ ad inferius. sed videmus contrariũ. ignis enĩ magnus citius mouetur ad suũ locum. Et etiam, si motus elementorum esset cum constrictione, non esset motus terræ, & ignis, cũ appropinquauerint suis locis, uelocior. omne enim quod à suo expellẽte remouetur, tarde mouetur. & dicemus quòd ad locum, ex quo elemen* D *ta mouentur violente, mouentur naturaliter.*

Quia vna ꝓpõnum, ex quibus cõponitur demrõ, est ꝙ corpora simplicia mouent per se naturaliter, s. à principijs intrinsecis ĩ eis, nõ ab extrinsecis, potest aliquis dicere, ꝙ nõ mouent ad superius, & ad inferius; nisi ex causis extrinsecis violentis, vt Plures Antiquorũ credebant de terra, ꝙ violente stat in medio, & violente mouet ad medium pp motũ circularẽ, incœpit cõtradicere huic, dicens ꝙ nunquã dignum est vt sit quæstio de motu p se, cum manifestum est ꝙ ista mouentur p se, s. corpora simplicia. & posuit primam rationem super hoc. s. ꝙ, si terra mouetur ad inferius violẽte, & à mouẽte extrinseco, oporteret ꝙ terra maior moueret tardius: & nos videmus ꝙ quanto magis terra magnificat, tanto citius mouet ad inferius. & hoc sequitur qñ mouẽs violente ponitur idem, s. cum idem mouens, qñ mouerit duo corpora, quorũ alterum est maius, alterum aũt minus, quod maius est, mouetur motu tardiori. Et dicentes hanc sententiam concedunt quòd constringens elementa est idem. quoniam, si ponatur ꝙ sit motus totius, erit idem. &, si ponat ꝙ quædam constringunt quędam, tñ causa eorum est motus totius. E F

89 Vna ꝓpõnũ, ex qb' componit demro, ẽ, ꝙ corpa simplicia nãr mouent p se à prĩcipijs ĩtrinsecis. Idẽ s. 81. & quę ibi

Deinde dedit secũdam rationem, & dixit: Et etiam, si motus elemẽtorum, &c. & iste sermo componitur in prima figura, & secũda. in prima quidem sic, Motum violente, quãto magis appropinquauerit suo fini, tanto minus est velox: & quanto est minus velox, tanto magis tardatur

G in suo motu: ergo tãto tardius mouet, quanto propinquior suo fini. Deinde accipitur hæc conclusio, & componitur in secunda figura sic. Omnia elementa quanto magis appropinquauerint suo fini, tanto magis velociter mouebunt: & mobilia violenter non velocificantur, cũ appropinquauerint suo fini: ergo elementa non mouent violente. Ipse aũt inducit ipsum in modum hypothetici: sed cõtinuatio declaratur ex hoc, quod dixim⁹: & ipse dedit cãm pp quam motus violentus, quanto magis appropinquauerit suo fini,
H tãto tardius mouetur, quę est remotio à mouente extrinseco. D. d. & dicemus ꝙ ad locũ, ex quo elementa mouentur violente, mouẽtur naturaliter. i. ꝙ talibus rebus nõ indigemus, quia talia non indigent declarari ratione quoniam manifestũ est per se ꝙ ad omnẽ locum, ad quẽ elementum mouetur violente, mouetur eius contrarium naturaliter. verbi gratia, quia terra mouetur ad superius violente, ignis mouetur ad superius naturaliter.

I *Ex prima Philosophia demonstrationem assignat, cap. 5.*

Quare ex his speculantibus est accipere fidẽ de ijs, quæ diximus, sufficienter. Præterea aũt & per eas, quæ ex prima Philosophia sunt rationes, ostendetur vtiq;, & ex eo, qui circulariter fit, motu, quem necessarium est sempiternum similiter hic esse, & in alijs mundis. Manifestum aũt etiam sic fiet consyderantibus ꝙ necesse est vnum esse cœlum.

Oportet ergo aspiciẽtem in istis rebus, & quærentem eas cõcedere hoc, quod diximus ex istis opinionibus, & propositionibus concessione non dubia: & quòd sit sufficiens, et contentus sermonibus Physicis primis, quos scripsimus. quoniã scripsimus tam illic, et diximus quòd motus circularis vnus est, sine principio, & sine fine, siue sit in hoc mundo, siue in alijs mundis. Et deinde inuenimus ex isto motu quòd cœlũ est vnũ, & mũdus est vnus necessario, & non plures, vt alij inquiũt. K L

Cũ declarauit ꝙ mund⁹ est vnus ex propositionibus nãlibus, & hoc etiam apparet ex propositionib⁹ diuinis, incępit declarare quomodo apparet hoc ex duabus sciẽtijs, & ꝙ oportet ꝑpter hoc credere hoc quęsitum, & dixit: Oportet ergo aspiciẽtem, &c. idest, & dixit hoc, quia plures hoĩes non possunt credere principia prima propter cremẽtum eorũ in opinionibus falsis, ex quibus * infingunt in eis propositiones probabiles, contrarię primis propositionib⁹ manifestis per se. sicut opinantur p se in lege nostra ꝙ Deus posset creare mundos infinitos, nisi esset diminutus. quasi ergo d. oportet ergo inspicientem in istis propositionibus positis credere eas, & scire quæ sunt necessariæ in hac sciã, & non dubitet in eis pp propositiones probabiles contrarias eis, aut ꝑpter existimationem, ꝙ principia istius artis debẽt eẽ in fide, sicut principia Geometrię. ista enim duo faciũt dubitationẽ in ꝓpõnibus naturalib⁹. 90 Idẽ supra com. 22. *a. l. infigũtur. M Contra leges. Principia nãlia nõ dñt eẽ in fide, sicut principia mathematica. Idem 3. Met. tex. c. 16.

Et,

A Et, cum dixit quod hoc apparet ex rebus dictis in sciētia Diuina, incępit dicere hoc, & dixit: qm̄ scripsimus iam illic, & diximus quod motus circularis, &c. idest iam declarauimus in sermonibus positis, quasi fundamēta in sciētia Diuina, quod motus circularis debet esse vnus sine principio, & sine fine, & alij motus reducūtur ad istum motum, s. ad motū circularem, siue ponamus istos motus accidentales in isto mūdo, siue in altero mundo, s. quod necessarium est vt reducantur in vnoquoq; mundorum ad talem motū. Et hoc, quod dicit,

12. Meta. t c. 29. versus finē.

B declaratum est in Octauo Phy. qm̄ hoc nō declaratur, in scientia Diuina, sed ponit. & sm̄ hoc debem' intelligere hoc, quod diximus, s. iam scripsimus in scīa Diuina, & declarauimus in scīa nāli, s. quod motus naturalis debet esse in hoc mundo sine principio, & sine fine, & silr̄ in quocunq; mundo. Et, cum dixit hoc, dixit: Et deinde inuenimus ex isto motu quod cœlū est vnū, & mūdus est vnus necessario. i. &, cū verificatum est nobis hoc fundamentū positum in scīa Diuinali, & declarauit quod motus localis circularis debet esse vn', &

C æternus, & quod mouēs, & faciēs motum nō debet esse in materia, &, cū declaratū est illic quod oē, quod nō est in materia, impolē est vt inueniat ex eo plusq̄ vnum ens numero, s. quod impolē est vt inueniant ex eo duo, & declaratū est illic quod ab vno mouēte nō inueniat, nisi vnum motum. &, cū ita sit, necesse ē vt cœlū sit vnū numero: ergo necesse est vt mund' sit vnus numero & hoc intendebat, cū dixit: deinde inuenimus ex isto motu, quod cœlū est vnū. i. quod inuenimus ex vno motu quod est mouēs

Oē, qd̄ nō est in mā impolē ē vt ex eo sue niat plus q̄ vnum. Idem. 12. Meta. t. c. 43.

D vnū, & quod vnū mouēs non facit, nisi vnū motū. *Et pōt aliquis dicere, cū declaratū est quod mouens non mouet cęlū, nisi desiderio existēte in cœlo pp intellectū eius, quid prohibebit ergo quod nō sint plures cęli? & vnumquodq; eo☞ desiderat hoc primum mouens eiusdē modi intellectus, sicut in nobis vnus intellectus mouet plura imaginata. v. g. cibū esse vtile mouet oē famelicum ad cibū. & forte sic erit de cœlis. Dicamus ergo quod declaratū est iam quod imaginatū est illic idem imaginatū ex oībus modis &, cū ita sit, imaginatio est eadē,

* Vtrum plres mot' primi psit eē ab vno motore primo.

Solutio.

E sicut imaginatum est idem: &, cum imaginatio sit eadem, nō inuenięt, nisi in eodem imaginato. in hominibus autē imaginatio non est imaginato eadem ex oībus modis: quapropter possibile est imaginari idē imaginatum pluribus imaginationibus, & à pluribus imaginātibus. secūdum hoc igitur debemus intelligere imaginationes corporum cęlestium. & iam declarauimus in eo, quod scripsimus in ea scientia.

In intelligentijs ab ltractis imaginatū est idē oibus modis: secus I hoībus. idem. 12. Me. 36. 51 & 1. ca. de Sub̄a orbis. idem 3. de Aīa t. c. 27.

Demonstrationem Tertiā, virtute, primæ propinquam affert. *Cap. 6.*

F TRibus enim existentibus corporeis elementis, tria erūt et loca elementorū. Vnus quidē subsistentis corporis, qui circa mediū est. Alter autem eius, quod circulariter fert, qui quidē est extremus. Tertius qui inter hęc medius ē, qui medij est corporis. necesse est enim in hoc esse id, quod superfertur. si enim nō in hoc, extra erit. sed impolē est extra: hoc enim sine grauitate, hoc aūt habēs grauitatē

Vide cōmē. Zim.

G tatẽ, magis aũt deorsum est cuiusuis corporis grauitatẽ habentis locus, si qui in medio est, ipsius grauis est. At vero neq; prẽter naturã: aliꝗ̃ eñ erit ẽm naturam, aliud aũt nõ est. necesse est igiť vt in medio sit. huius autem ipsius quę sint drĩę posterius dicemus. De corporeis igiť elemẽtis, & quæ sint, & quot, & quis vniuscuiusq; locus, insuper autẽ omnino quot ẽm multitudinem sint ipsa loca manifestum est nobis ex dictis.

H Quòd aũt non solũ vnus est, sed & impossibile esse plures, insuper aũt ꝙ sempiternus, cum incorruptibilis sit, & ingenerabilis, dicamus, primũ dubitatione facta de ipso.

Modo autem dicamus quòd elementa particularia sunt tria, ergo & loca eorum sunt tria. Quorum vnus est locus corporis descendentis ad inferius, quod est in medio. Et locus secundus est corporis rotundi, et est vltimũ. Et locus tertius est me-

I *dius inter ista duo loca, & est corpus leue, existens in isto loco necessario. quoniam, si non fuerit in isto loco, erit ĩ alio loco extra prædicta, quod ẽ impossibile. Si ergo locus medius fuerit accidentalis corpori leui, erit naturalis alij corpori: sed nullum corpus est præter ista tria corpora. &, cùm ita sit, erit locus istius corporis medius locorum necessario. & nos dicemus post diuersitatem istius corporis. Iam ergo declarauimus qualitatem elementorum particularium, & etiã quantitatem locorum, & numerum, et perfecte, & sufficienter. Volumus dicere modo quòd mũdus est vnus, et non est possibile quòd sint multi mundi, & ostendam iterum quòd sempiternus est, & non est factus ex aliqua re, & non cadit sub corruptione. sed volumus, antequam declaremus hoc, quærere, & perscrutari de hoc.* K

Intendit p elemẽta particularia, corpora simplicia, quæ non sunt ex corpibus prioribus eis, & sunt tria, graue, leue, & neutrum &, cũ manifestum est ꝙ corpora simplicia sunt tria, necesse est vt loca sint tria. Et hoc nõ contingit ei, nisi qui concesserit ꝙ omne corp⁹ est in loco essentialiter. & Alexander noluit hoc: & etiã Arist. d. ꝙ cœlum nõ est in loco essentialiter. quõ ergo dicit ꝙ loca sunt tria? Dicamus ergo ꝙ, cũ dixit in Physicis ꝙ cœlum nõ est in loco, fundauit illud super hoc, ꝙ nihil ẽ extra cœlũ. & hoc fuit acceptũ illic pro cõstanti, & in hoc loco declaratum est. Qui ergo ponit ꝙ mundus est plusꝗ̃ vnus, necesse ẽ ei dicere ꝙ cęlum est in loco. &, cum declaratũ fuit ꝙ mundus sit vnus, declarabiť ꝙ extra ipsum nullũ corpus est. &, cum huic coniũgatur, quod declarabatur in Physicis, i. ꝙ corp⁹, quod non est in loco, est, extra quod non est aliquid, declarabiť quòd cœlum non est in loco. Videtur igitur ꝙ dixerit hoc, quod sequiť dicẽtes mundos esse plures, s. ꝙ cœlũ est in loco, & ꝙ ex istis trib⁹ locis nõ inueniãť plura

L Obiectio. Solutio. M

A plura numero. Et, si ex his inueniantur plura numero, cõtinget ꝙ pars, & totũ nõ mouent ad eundem locũ numero elementorũ motorũ recte. Igit hęc tria loca sunt eadẽ numero, qm̃, qñ duorum vtrunq; fuerit vnũ numero, s. locus grauis, aut leuis, cõtingit ꝙ locus tertius sit idem vnũ numero, & est locus corporis neutrius. &, cum mundus nõ inueniat, nisi in his tribus locis, & sunt eadem numero, ergo mundus existens in eis erit idem numero. D.d. Quoꝶ vnus est locus corporis descẽdẽtis ad inferius, quod est in medio, i. locus terræ, & aquæ. Et qñ hæc duo B elementa numerant in graui, & ille locus in rei veritate est vltim⁹ aeris, deinde d. Et locus secũdus, &c. i. longitudo, in qua imaginatur corpus esse cœleste. & põt etiam intelligere per locum tertium hic, illud, qd est vltimum corpus corporũ cœlestiũ. qa omnia, quę sunt extra illud, sũt essentialiter in loco. D.d. & est vltimum locorum, potest ĩtelligi locorum imaginatorum, vel locorũ partium cœli præter vltimam partem, v.g. præter sphærã stellarũ fixarum. D.d. Et loc⁹ tertius, &c. idest locus C duorum corporũ leuium. s. ignis, & aeris, quæ sunt media inter grauia, & neutra. D.d. qm̃, si nõ fuerit in isto loco, &c. i. necessarium est vt corp⁹ leue sit in medio inter duo extrema, s. inter corpus graue, & neutrum. nõ enim est quartus locus: &, cũ dixit ꝙ hoc est impos̃e, & potest aliquis dicere forte iste locus est ei accidẽtalis, & dixit: Si ergo loc⁹ medius fuerit accidẽtalis corpori leui, erit naturalis alij corpori: sed nullũ corp⁹ est præter ista, i. impos̃e est vt iste loc⁹ medius sit accidẽtalis huic corpori. qm̃, si ei fuerit accidentalis, D cõtinget vt alij sit naturalis: sed nõ est corp⁹ quartũ, cui sit ille locus naturalis. locus enim naturalis nõ habet, nisi vnũ corpus naturale, & ecõuerso. & ideo, si esset ei accidentalis, contingeret vt haberet alium locũ naturalem: & tunc contingeret ꝙ loca essent quatuor. quod est impos̃e.

D.d. & nos dicemus post diuersitatem istius corporis, s. corpis leuis. i: quia diuidit in corpus calidum, & siccũ, & sic est ignis: & in corpus calidum, & humidũ, & sic est aer. & dixit hoc de leui tm̃: qm̃ diuisio grauis in duo manifesta est p se: diuisio E aũt leuis in duo cõprehensa est per rationẽ. Quapropter Alexan. dicit ꝙ corpus, quod est illic, nõ dr̃ ignis cũ hoc, nisi ęquiuoce. & iã perscrutati sum⁹ de hoc in determinationibus Meteororũ, & in vijs, & in determinationib⁹ generationis, & corruptionis. D.d. Iam ergo declaraui m⁹, &c. i. & hoc, quod hic accepim⁹ p fundamẽto in declaratione istius quęstionis de cognitione qualitatũ elementorũ, & in numeris eoꝶ, & locorũ iam declaratũ est à nobis pri⁹. & voluit rememorari per hæc, oĩa, F quę declarauit de partib⁹ mũdi vsq; ad hunc locũ. & ideo debem⁹ intelligere ex sermone eius in quantitate eoꝶ, i. esse finita in magnitudine. & pp hoc dixit: volumus ẽt modo rememorari, & dicere. &, cũ diximus hęc oĩa, volumus modo cõplere sermonẽ, ꝙ mundus sit vnus p declarationẽ inducentẽ maiorẽ dubitationem. deinde soluemus eã. deinde declarabimus mundum esse vnum, & æternum, qui semper fuit, & semper erit. Et hoc intẽdit, cum dixit: & declarabimus ipsum esse æternũ, perpetuum,

Ignis sm Alex. ęqui uoce dr̃ ᵭ superiori, & iferiori. ꝑ hoc vide in 2 de Gña. & corruptione, c. 21. & 14. Cœ. cõ. 32. & in prima parte Cãticæ. c. 15

G tuum, & non generatū, neq; cadentem sub corruptione. & ipse pscruta bit de hoc, qm̄ quidam Antiquorū opinanť ꝙ aliquid pōt generari, deinde pōt remanere perpetuū, aut aliquid esse æternū, quod semper fuit, & potest corrumpi tamen post.

Dubitationem commemorat, qua dubitari potest plures esse cœlos, eamq; soluit. Cap. 7.

Videbitur.n vtiq; sic considerātibus impossibile vnū, & solum eē ipsum. In oībus enim, & quę natura, & H quę ab arte facta sunt, & cōstāt, aliud est ipsa p seipsam forma, & mista cū materia. vt sphæræ alia forma, & aurea, & ęnea sphęra. & rursus circuli alia forma, & æneus, & ligneus circulus. nā quod quid erat esse sphæræ, aut circulo dicētes, non dicemus in rōne aurū, aut æs, tāquā nō existant hæc de substantia. si vero ęneā, aut aureā dicemus: ēt si nō possum⁹ intelligere, aut sumere aliud aliqd p̄ter singulare. qn̄q; I enim nihil phibet hoc accidere, vt si solus vnus sumať circulus: nihilo enim minus aliud erit eē circulo, & huic circulo. et illud quidē forma, hoc autē forma in materia, & eorū, quæ singularia sunt. Qm̄ igiť cœlū est sensibile, singularium vtiq; erit: sensibile enim oē in materia existit. si aūt singulariū, aliud erit esse huic cęlo, & cœlo simplr. Alterū igitur est hoc cœlū, & cœlum simplr: & hoc quidē vt spēs, & forma, illud aūt vt cum materia mistū.

Quorum aūt est forma q̄dam, K & species, eorum aut sunt, aut esse possunt plura singularia. Siue enim sint species, quemadmodum dicunt quidam, necesse est hoc accidere. siue etiā separatarum nihil talium sit, non minus in oībus.n. sic videmus, quorūcunq; substantia in materia est, plura, & infinita esse ea, quę eiusdem sunt speciei. quare aut sunt plures cęli, aut contingit plures esse. Ex his igitur suspicabitur vtiq; aliquis & esse, & contingere plures esse cœlos. L

Potest enim aliquis quærere, et dicere quòd impoßibile est mūdum esse vnum. Omnia enim quæ sunt ex natura, aut arte, dispositio in eis formæ solius est alia à sua dispositione cum materia. v. g. orbis. forma enim orbis secundum suam dispositionem est alia, cum fuerit cum cupro, & auro. & forma circulationis est alia à cuprea, vel aurea. cū enim diximus rotunditatē, non col M *locatur in ea cuprum, aut aurum, quoniā non est substantiæ auri, neq; cupri. si ergo diximus rotūditatem auream, aut cupream, tunc inducemus formā cum materia insimul. si autem diximus tantum rotunditatem, non manifestabitur omnino materia: orbeitatē enim poßibile est esse in diuersis materijs. cū igitur dixerimus orbeitatē, aut rotunditatē non intelligemus, nisi formā tantum.*

A *tantum. & ,cum dixerimus rotundum,intelligemus formam cũ materia. & sic debet esse in quolibet. Et,cum ita sit, & cœlum sit sensibile:ergo est pars partium mundi: & omne sensibile est sensibile per materiam. si ergo cœlum est vnũ particularium: cum ergo diximus cœlum simpliciter,est aliud, quàm cum diximus hoc cœlum. Cœlum ergo simpliciter est forma sola: hoc autem cœlum est forma cum materia.* B *Omne enim habens formam & figuram,aut est plura, aut possibile esse plurà. Et iste sermo sequitur sermonem de exemplari mundi:sicut dicunt quidam quòd mundus habet exemplar æternũ apud creatorem. & etiam testificatur iste sermo, cum mũdus non habuit exemplar. v.g. quia nos videmus quòd omne,quod est forma in materia,habet plures partes consimiles infinitas: manifestũ est igitur* C *ex hoc sermone quòd cœli aut sunt plures, aut possibile est esse plures. Ex his igitur opinionibus, & propositionibus potest aliquis existimare, & dicere quòd cœli sunt multi aut possibile est vt sint multi.*

92 Hæc est fortissima quæstionum opinantis mundos plures esse. & pp difficultatem quæstionis huius dubitauit Gal. Et fundamentũ huius sermonis est sup propositiones. quarum vna est, q oẽ corpus naturale componit ex materia, & forma: & cœlum naturale est:ergo est ex materia & forma. & cum huic coniungat q de eis, q sunt ex materia, & forma,aut plura vno indiuiduo inuenimus,aut est hoc posse: forma.n. innata est pdicari de pluribus, & inueniri in pluribus materijs, aut nume ro,aut specie. &,cũ ita sit, cõtingit, inquantum mundus cõponitur ex materia & forma,vt inueniant plura vno indiuiduo, aut hoc sit possibile. is n.ẽ intellectus cuiuslibet formæ. & ideo dr in diffinitiõe vniuersalis q sit natum dici de plurib⁹: forma.n.est subiectũ vniuersalitatis. Et dixit:Oĩa.n.quę sunt ex natura, E aut arte.i.oĩa, quę sunt aut ex natura,aut ex arte, habent formã,& materiã. D.d. & dispositio formę,&c. i. & diximus q oẽ naturale,aut artificiale cõponit ex materia,& forma. &,cum ita sit, videmus q in omni subiecto est aliquid, cui⁹ dispositio abstracta apud intellectum,est alia à sua dispositione extra intellectũ,s. in esse,v g.rotũdum.cum.n.nos acceperimus ipsum intellectũ abstractum à materia dr rotunditas: cum materia aũt,v.g.in auro,aut cupro, dr rotundum. Et hoc intendebat, cum dixit,v.g.orbis, &c.i.forma,s. F rotunditas intellecta per se.i.ſm q forma est alteri⁹ dispositionis, q cũ sit in cupro,aut in auro.D.& forma rotunditatis est alia à rotundo, & à cupro.i.cũ declaratum est q forma rotunditatis est alia à rotundo, & à cupro,manifestum est quòd hoc indiuiduũ componitur ex duob⁹,materia,s.& forma. D.d. cum.n.diximus rotunditatem, &c.i. & signum eius est,quia,cum nos diffiniem⁹ rotunditatem, non recipiemus aliquã materiã oĩno. natura.n.rotũditatis

non

G non est substantiæ aureæ, neq; alicuius materiæ, sed manifestū ē ꝙ substātia formæ alia est ab essentia materiæ. D.d. si ergo diximus rotūditatem aureā, &c. i. ex hoc declaratū est ꝙ, cum nos diximus rotunditatē aureā, notabimus p hunc sermonē formam, & materiā. &, si rotunditatem, nō demonstramus nisi formā. formā. n. orbeitatis posse est inueniri in diuersis materijs: & sic est de omnibus, s. q̄ componūtur ex materia, & forma. D. d. Et, cum ita sit: & cœlum est sensibile: ergo est pars partiū mundi: & oē sensibile, non ē sensibile, nisi p materiam. i. & cū manifestum sit ꝙ oē sensibile cōponitur ex materia, & forma: impos. n. est sensibile esse p formā, quia est intelligibile fm formā, & sēsibile fm materiam. & silr est de oībus partibus mundi. &, quia cęlū est sensibile, & vna partiū mundi, necessario componitur ex materia, & forma. D. incœpit dicere modū, ex quo apparet in partibus mundi, & cęlo, ne aliqs dicat ꝙ in hac inductione non fuerint inducta oīa particularia, & d. si ergo cęlum est vnum particulariū, &c. i. si igit est vnū indiuiduorum sensibilium, necessariū est vt cōponatꝰ ex materia, & forma. cœlitas. n. est aliud q̄ dicere hoc cęlum. cęlitas enim dr̄ de pluribus indiuiduis. & sicut hoc inuenit in plurib. partib. huius cœli, ita non est longe quin inueniant plura vno indiuiduorū totius cœli. &, cum dixit: Cœlū ergo simplr est sola forma, intendit ꝙ illud, quod intelligit de cęlo, inqnātum cœlū, est sola forma, p sensum autem comprehendit forma cū materia. Et, cum affirmauit ꝙ cœlum componitur ex materia, & forma, dixit: Omne enim habēs formā, & K figuram, &c. i. & omniū habētium formam, aut in actu forma dicitur de plurib' numero, aut hoc erit possibile: quāuis illa pluralitas non fuerit in actu. & contradictio est ꝙ forte hoc est possibile fm formam, impossibile fm materiam: cum. possibile sit ꝙ tota materia sit inclusa in hac forma fm Arist. vt dicit post in dissolutione huius quæstionis. Si ergo demonstratum est ꝙ impossibile est mundos esse plures, necessarium est opinari ꝙ materia eius inclusa est in forma. D.d Et iste sermo sequit sermonē, &c. i. & testatur L huic sermoni, s. mundos esse plures, qui ponit in creatore mundi exemplar, fm ꝙ fecit mundum. dicens. n. exemplar esse, contingit ei necessario dicere vt mundus habeat plura indiuidua. Et, quia, quod contingit ab aliquo sermone, est sequens ipsum, dixit: Et iste sermo sequit sermonem, &c. & innuit Platonē. cum enim, d. exemplar ęternū esse, fm ꝙ creator fecit mundū, & ꝙ mundus est nou', cōtinget ei necessario possibile esse creare plures mundos. D. d. & etiam testificat iste sermo, cum M mundus nō habuit exemplar. i. iste sermo sequit hoc, quod diximus de compositione mundi ex materia, & forma, s. vt aut sint plures, aut hoc sit saltem possibile, quamuis non dicamus exemplaria Platonis. & dixit hoc, ne aliquis dicat ei, quare inducis rationem ex eo, quod nō opinaris, cum multotiens detraxeris exēplaria esse? D. d. v. g. quia nos videmus ꝙ omne, quod est forma ī materia, &c. i. bene potest quilibet concedere inductione ꝙ in omni habēte formam in materia, in essentia inueniun-

H (left margin, beside "sibile, nisi p materiam") · I (left margin, beside "sensibilium")

Manifestū est ꝙ substa formæ alia ē à substantia materiæ. idem 8. c. 8. & 2 ph. 12.

A neniantur plura indiuidua, aut infinita. D.d. manifestum est igit per hunc sermonē φ cœli aut sunt plures. i. φ iste sermo non prestat oīno esse plures, sed iñ datur alterū duorum, aut plures esse actu, aut potentia. & sufficit in hoc sermone: quia est inductio, in qua non inducunt omnes spēs actu, habentes illud iudicium. Ex istis ergo opinionibus, & propositionibus pōt aliqs existimare. i. intendit, fm φ mihi videtur per opiniones, opinionē Platonis de exemplaribus. & per propositiones, hanc inductionem, quam affirmauit, & rationem, per quam induxit causam esse prędicati in subiecto. cū enim declaratum fuerit hoc prædicatum inesse subiecto īductione, &

Ibi vł dicere φ nō qlibe. inductio assumat oīa singularia: 3 oppositū duxit ī in hoc me. c. Vide cō. 2im.

B sustentatum fuerit hoc per cām, esse prędicati in subiecto, erit magis sufficiens. Hæc autem causa est, quę dicitur, quia causa essendi plura indiuidua ex his compositis est, quia res quæ componitur ex materia, & forma, non est innata habere hāc materiam solam, ideo iste sermo ē valde sufficiens. Et virtus imaginatiua valde iuuat in hoc: quia possumus imaginari extra mundum vacuitatem, continentem ipsum, & φ in illa vacuitate possibile est alium mūdum esse, sicut est dispositio in omnibus indiuiduis, quę sunt hic: qm̄ quodlibet eorum existit in vacuo, & extra ipm inuenit aliud indiuiduū. aer. n. non cōprehendit visu: & hoc inducit plures dicere esse vacuū. Et, cū imaginatio assimilat intellectui, existimabant Loquentes nostræ legis vacuum eē intellectum primū: & est necessariū hoc, dicenti φ mūdus fuit, postq̄ non fuit, i. vacuum scilicet dicere esse.

C

D Considerandum autē est rursus quid horū dr̄ bene, & quid non bene. Aliam igitur esse formæ rationem eam, quæ sine materia est, & eā, q̄ ī materia est, & bene dicitur. sitq; hoc verū. sed nihilominus nulla necessitas est propter hoc plures esse mūdos: neq; contingit esse plures, si iste ex tota est materia, quemadmodum & est.

E *Oportet igitur nos, cum sollicitudo nostra est circa hanc intentionē, quærere de his opinionibus, donec sciamus quid eorum est rectū, & quid non. Dicamus modo, quia bene dixit dicens quòd aliquod secūdum formam suā tantū est aliud quam secundū suā formā, & materiam. & iste est sermo rectus sine contradictione: sed tamen cœli non sunt plures propter hoc: neque possibile est vt sint multi propter hūc sermonem. cœlum enim factū est ex tota materia.*

F 93 Vult declarare quid ē in hoc sermone prædicto de veritate, & quid de falsitate, & incepit dicere φ ille, cuius sollicitudo est perscrutari de hoc, debet perscrutari de hac qōne, & dubitatione, & d. Oportet igitur nos, cū sollicitudo nr̄a est, &c. intendit per intentionē hoc, quod declarauit φ mundus est vnus. & intēdit p opiniones, propositiones positas ī hoc sermone. Et, qa iste sermo continet in se vł duas propositiones. Quarū altera est φ omne sensibile

com-

G componit ex materia, & forma, cũ tñ forma aliud ẽ ab habẽte formã, s. quod coniungit ex materia, & forma. Altera aũt est quòd in eo, quod componit ex materia, & forma, inueniuntur plura vno ĩdiuiduo, aut hoc est poſſe, incœpit dicere ꝙ prima propositio sit vera, & dixit: Dicam' modo, &c. i. dicam' modo ꝙ faciẽs qõnem bene dixit in hoc, quod dixit ꝙ forma cuiuslibet ẽ aliud à cõposito ex materia, & forma. vñ declaratum fuit ipsum esse compositũ ex materia, & forma. &, quãuis ista propositio sit vera, tñ cõclusio, quã concludit qõnem faciens, nõ est vera, quia altera propositio est falsa & dixit: sed tñ cęli nõ sunt plures, &c. i. quamuis hæc propositio sit vera, tñ conclusio non sequit. secũda n. est falsa: & ẽ, ꝙ ex oĩ facto ex materia, & forma inueniunt plura indiuidua, aut est poſſe. hoc. n nõ est verum, nisi ĩn eo, ꝙ factũ est ex quadã parte materiæ ei conuenientis. qd autem fit ex tota materia, impossibile est reperire duo indiuidua in actu. & hoc, quod dixit intellectum est per se.

Forma est aliud ab habente formam. idẽ me. 21. 26. 27. 60

H

I Sic autem magis forte erit, quod dicitur, manifestum. Si. n. simitas curuitas est in naso, aut carne, & caro est materia simitatis, si ex omnibus carnibus vna fiat caro, & existat ĩ hac simitas, nihil vtiq; aliud aut esset simũ, aut contingeret fieri. simĩr autem &, si carnes, & ossa materia sunt in hoĩe, si ex omni carne, & ossibus non potentibus dissolui hõ fieret, non vtiq; cõtingeret aliũ esse hoĩem. simĩr autem & in aliĩs. omnino enim quorumcũq; substantia est in subiecta quadã materia, horum nihil contingit fieri, non existẽte aliqua materia. K

Et nos inducemus exemplũ, vt sermo noster sit magis declinans, & propinquior manifestationi. Dicamus ergo quòd si simitas est profunditas in naso, aut in carne, ergo simitas ẽ forma in carne. si igitur formetur ex tota carne vna caro, in qua sit simitas, nullum aliud membrum erit membrorum corporis simum, nisi illa caro tantum, & impossibile est esse in alio loco omnino. & similiter, si materia hominis fuerit caro, & os, tunc homo debet esse totaliter ex carne, & ossibus. si ergo impossibile fuerit vt caro, & ossa non dissoluantur, neque diminuantur, impossibile est etiã alium hominem esse omnino. & similiter de omnibus aliĩs. et vniuersaliter ex omni substantia, composita ex materia, impossibile est inueniri ex ea sibi similis, nisi fuerit alia materia similis materiæ, ex qua componebatur. L M

94 Cum narrauit ꝙ impoſſe est inueniri ex eo, quod factũ est ex tota sua materia, aliud indiuiduũ existẽs cũ eo ĩ actu, voſt declarare p exemplũ, vt concessio sit manifestior, & dixit: Et nos inducem' exemplũ, &c. i. vt sermo noster sit magis declinans ad declarationẽ. D. d. si simitas est profunditas in naso, aut in carne, ergo simitas est Forma in carne. ĩ. v. g. qa definitio simitatis est pfunditas in naso

A naso: nasus autē est carnis: ergo materia simitatis est caro. D.d. si igitur formetur ex tota carne, &c. i. si igr posuim⁹ ꝙ iam formetur ex tota carne nasi simi vnus nasus simus, impossibile est alium hoīem esse, cuius nasus sit simus. simitas. n. nō existit, nisi in carne propria, sed totam illam carnem posuimus in illū nasum simum. Et, cum dixit, nullum membrorum corporis erit simum, intendit, vt mihi vr̄, ꝙ nullus nasus corporū hoīum erit simus, alius q̄ iste nasus, in quo conclusa est illa caro, recipiens simitatem. Et, cū dicit im

B possibile est eē in alio loco oīno, potest intelligi ꝙ simitatem impossibile est esse in aliqua materia, nisi in propria: & potest ītelligi ꝙ simitas non erit in alio membro, nisi in naso cum igitur simitas non pōt esse, nisi in naso: & cū posuimus ꝙ tota caro simi sit conclusa in vno naso: non inuenietur nasus simus, nisi vn⁹ tm̄. Et, cum dedit exemplū de naso simo, dedit etiam de hoīe, & demonstrauit ēt conuersionem huius sermonis: & est ꝙ in illo, ex quo non inuenitur, nisi vnū indiuiduum tm̄, est id, in quo mā est conclusa neces

C sario: sicut est necessarium ꝙ ex illo in quo est materia conclusa, non inuenitur, nisi vnum indiuiduum Et dixit: & sir̄, si materia hoīs fuerit caro, & os, &c. i. & sir̄, si materia hoīs fuerit caro, & os, & posuimus ꝙ nullum ens est, nisi vnus hō tm̄: necesse est vt ille hō sit ex tota carne, & ossibus. sicut necesse ē, si aliquis homo fuerit creatus ex oībus ossibus, & carne ꝙ sit vnicus. D.d. si ergo impoſe fuerit vt caro, & os dissoluantur, &c. i. & si posuimus ꝙ iste homo, quem posuimus esse creatū ex tota materia hoīs impossibile est corrumpi, & D dissolui in ea, ex quibus componebatur, impoſe est fieri alium hominē oīno. & totum hoc manifestum ē.

D.d. & sir̄ contingit in generatione aliarum rerū. i. ꝙ, cum posuimus aliquam materiam conclusam ī aliquo ente, impossibile erit ex eo esse plusq̄ vnum indiuiduū: &, cum fuerit non conclusa, in eo poſe est inuenire plusq̄ vnum, ſm ꝙ possibilis ē in illa materia partitio. Et ideo, cū fuerit necessarium indiuidua eē infinita generabilia, & corruptibilia, materiæ aūt impoſe est vt sint infinita in actu, necesse ē vt sit hoc ſm successionē. i. ꝙ in vna materia suc E cedant plura indiuidua, immo infinita. Et ideo, quia materiæ diuisibiles sunt in actu in pres finitas, & est possibile vt succedāt in qualibet materia indiuidua īfinita, necessarium est vt sit dispositio indiuiduorū generatorum, & corruptorum in qualibet specie, s īueniri ex quolibet generato plura indiuidua finita ī actu, infinita ſm successionem eorum. Et, quia illud non complebitur in istis indiuiduis, nisi īueniantur esse partes alterius indiuidui, quod est tot⁹ mun F dus, contingit in hoc indiuiduo vt sit vnum numero. qm̄, si fuerit plus vno, erit pars alterius mundi: & iste alter mundus, si esset plus vno, esset pars alterius: & sic procederetur in infinitum, aut inueniretur vnicus mūdus numero ingenerabilis, & incorruptibilis: quapropter contingit vt mundus sit ingenerabilis, & incorruptibilis, & ꝙ eius materia sit conclusa in eo. Et pp hoc dixit post: & vr̄ ex oī substantia cōposita ex materia, impoſe est vt sit alia sibi similis, nisi fuerit alia materia similis illi,

G li, ex qua componebat.i.& vlt dixi musq; oē indiuiduum compositū ex materia,& forma, cum non fuerit extra ipsum materia, sicut materia, ex qua componebatur illud indiuiduum, impossibile est vt cū eo inueniatur aliud indiuiduum sibi simile.&,si ipse fuerit igenerabilis, & incorruptibilis, impośe est inueniri ex eo aliud īdiuiduum simpliciter, s.neq; in alia hora.

Cœlum autem est quidē eorum, quæ singularia sunt, & eorum, quæ ex materia. sed, si non ex pte ipsius constat, sed ex vni-

H uersa, esse quidem ipsius cęli, & huius cœli aliud est: non tñ aut erit aliud, aut vtiq; cōtinget fieri plures. propterea q̧ hoc materiam comprehēdit vniuersam. Hoc igitur ipsum restat ostēdere q̧ ex vniuerso naturali, & sensibili constat corpore.

Reuertamur igitur, & dicamus quòd cœlum est vnum compositū ex sua materia, sicut alia corpora composita. & si non fuerit cōpositū ex medietate suæ materiæ, sed ex tota, erit tunc vnū, non plures. & secundum hoc, cum dicitur cœlum absolute, est aliud, quàm cum dicitur hoc cœlum. impossibile est igitur secundum hunc sermonem, vt sint plures cœli, neque sint plures omnino. hoc enim cœlum continet totam materiam, ex qua fit. Remanet ergo nobis vltimo declarare de cœlo quòd sua essentia sit composita ex toto corpore naturali sensibili.

K 95 Cùm declarauit q̧ impośe est inueniri duo indiuidua insimul ex oī composito ex tota sua materia propria, vult declarare q̧ mundus ē cōpositus ex tota sua materia, & ipse vult anteponere q̧ mundus est cōpositus, sicut alia corpora composita. Et dixit: Reuertamur ergo, & dicamus q̧ cœlū est cōpositū ex sua materia, sicut & alia corpora. Et intelligit p cœlum totum mūdum .i. manifestum est q̧ totus mūdus est compositus ex forma, & materia, sicut alia corpora cōposita. & vr̄, si intellexerit per cęlum in hoc sermone

L totum mundum, q̧ sit illud, *quod est ī eo quasi forma, corpus neutrū, & qđ est in eo quasi materia, corpora grauia, & leuia. corpus.n. neutrū non hēt materiam, ex qua componitur. qm̄ si haberet, haberet cōtrarium, & esset gn̄abile, & corruptibile: & in principio istius tractatus pbauit q̧ corpus neutrum caret subiecto, & contrarietate. Sed hēt quæstionē vtrū res intellecta ex hoc corpore est hoc sensatum, aut aliud. si erit hoc sensatum, tunc erit res intellecta eadem cum sensata: si aliud, cōtinget vt sit composita ex materia,

M & forma: ergo hēt potentiam vt corrumpat. Dicamus ergo q̧ ista natura neutra est, & non existens per se in actu, sed est materia formæ corporis cęlestis, q̄ est in actu. Si igitur ista materia non fuerit composita, non habebit formā ita, vt sit intellecta, sed est vna numero indiuiduata per se, & est intellecta in respectu ad aliud: sicut est de cōmuni materia, s. q̧ non operatur per se corpus cęleste, nisi inquantum est subiectū formæ* operantis intellectus: sicut intelligitur materia, inquantū est subiecta

* Cęlū respectu vniuersi ē q̄si forma, & elnta quasi mā. idē ī.com.24 Cęlū non hēt mām, idē ī.c 20 & quę ibi

*a.l. operationis.

A iecta formæ, tñ prima materia est in potentia, & ista est in actu: & iō in hac nulla potentia est, qua denudari possit à sua forma, & non hēt nisi potentiam ad vbi. Debem⁹ ergo intelligere de corpore cęlesti ipsum esse neutrum ad hanc naturam, q̄ est subiectum intellectus, non q̄ est aliquid habens formam, & materiam: qm̄, si ita esset, graue, aut leue esset. D. d. & si non fuerit cōpositū ex medietate suæ materię, &c i. si igit̄ mūdus non fuerit compositus ex quadam parte suæ materiæ, impossibile est inuenire alium mundū. & dixit medium proprie, quia, si ponatur ipsū generatum ex plusq̄ medio, impossibile est inueniri aliū mūdum: qm̄ materię plurimorū indiuiduorum terminatæ sunt quantitatis, s. q̄ necesse est vt sit quantitas materiæ Socratis æqualis naturaliter quantitati materię Platonis. & si fuerit excessus inter eas, erit terminatus: qm̄, sicut non ex qualibet qualitate materiæ fit quodlibet ens, sic est de quantitate. D. d. & fm hoc, cum cęlū dr̄ absolute, est aliud, q̄ cum dr̄ hoc cęlum. modo reuertit̄ ad hoc, ex quo declarauit q̄ cęlum cōponit̄ ex aliquo quasi materia, & ex aliquo quasi forma. &, cum dixit Arist. quòd, si mundus fuerit compositus ex tota materia, necesse est vt sit vnicus, voluit declarare hoc ēt ī mundo, vt declaret̄ ex hoc ipsum esse vnū. D. Remanet ergo nobis vltimo declarare de cęlo, &c. i, cum declaratum est q̄ cœlum, i. mundus compositus est ex materia, & forma, & declaratum est ēt q̄ illud, quod cōpositum est ex tota sua materia, ē vnicū: remanet nobis declarare q̄ mundus est compositus ex tota sua materia. Et differt

B

C

Mā prima ē in potētia, cęlum aūt ē mā in actu & nullā hēt potentiā, nisi ad vbi. idē 2. c. de subā orbis, & 8 m. c 12. & 1. ph. 63.

Materiæ plurimorū indiuiduorum sunt terminatę q̄titatis, & excessus ī ter eas est terminatus. idē 2 de aīa, t. cō. 41. & hic inf. t. c. 116. & 6 phy. 32 & q̄ ibi.

D hæc demōratio à demonstratione p̄dicta in hoc, s. q̄ ista demōratio est p̄pter quid, prima aūt, q̄a, aut demonstratio ducens ad inconueniens. demonstrationes aūt ducentes ad impossibile sunt generis signorum. sed declaratio eius, quod est cām eē acceptam pro medio termino in hac demonstratione, accipit̄ ex demōatione prædicta. Demonstratio igit̄ prædicta, aut prædictæ probant mūdum esse vnicum, & cū hoc causam, ppquam mundus est vnicus, & scire cām dat nobis scientiam hui⁹ rei cum sua causa, quod est perfectissimum modorum fidei, quapp dissoluitur quæstio, accidens in hoc. E

Ostenditur causa, quare Mundus sit vnus, & non plures. Cap. 8.

DIcamus autem primum quid. dicim⁹ esse cęlum, & quotupliciter, vt magis nobis manifestum fiat quod quæritur. Vno igitur modo cęlum dicimus substantiam extremę vniuersi circumlationis, aut corpus naturale, quod in extrema est circumlatione vniuersi. consueuimus enim maxime extremum, & sursum vocare cœlum, in quo & diuinū oē collocatum esse dicimus. Rursus aūt alio modo corpus continuū extremæ circumlationi ipsius vniuersi, in quo Luna, & Sol, & quędam astrorum sunt. etenim hæc in cęlo esse dicim⁹. Præterea aliter dicimus cœlum contentum corpus ab extrema circumlatione, totū enim, & vniuersum consueuimus dicere cęlum, F

Sed

G *Sed antequàm hoc faciamus, nolumus hic perscrutari prius quid intendimus, cum dicimus cœlum, & quot modis dicitur cœlum, vt sit illud, quod quærimus de hoc magis manifestum. Dicamus ergo quòd cœlum dicitur vno modo, vltimum motus totius, & corpus naturale, quod est in vltimo motus totius. assueti sumus igitur appellare orizontem mundi, & suum superius cœlum, & dicimus quòd illic*
H *habitant spiritualia. Dicamus etiã secundum alium modum cœlũ corpus continuum cum orizonte motus totius mundi, vbi sunt Sol, & Luna, & quædam stellæ. consuetudinem igitur habemus dicere quòd Sol, & Luna sunt fixi in cœlo. Et etiam cœlum dicitur alio modo illud corpus contentum ex vltimo motus totius. & assueti etiam sumus appellare perfectum, et totum*
I *cœlum.*

96 Cum voluit declarare ꝙ nihil est extra cœlum, & ꝙ materia cœli est cõclusa in eo, vult ante narrare ſm quot modos dr̃ cœlum apud eos, vt sermo eius sit magis manifestus. Dicit ergo cœlum dr̃ vno modo, &c. & intendit p totum, corpus neutrũ, qd mouet ſm motum motu diurno: hoc.n. corpus est finis motus corporum naturalium motorũ mobiliũ recte. Et hoc intendebat, cum dixit: vltimum motus totius, & corpus naturale, quod est in vltimo motus totius. i. & ipsum est corpus naturale, in quo finitur motus corporũ mo- K
torum mobilium ad superius, aut intendit & ipsum esse corpus naturale, cuius motus est vltimus mot⁹ totius. motus enim cœli totius est vltimus oĩum illorum mobiliũ, q̃ sunt apud nos, tñ vere est prim⁹ motuum. D.d. assueti sumus igit̃ dicere orizontem mundi, & suũ superi⁹ cœlum. dixit ꝙ hoc nomen cœlũ dicebatur apud eos de eo, quod est supremũ in toto mundo. & forte hoc erit magis famosum: ideoq; dedit causam, & dixit: dicimus ꝙ illic habitãt oĩa spiritualia. i. & signũ, ꝙ cęlum dr̃ Gręce de corpore vltimo, qđ L
circulariter mouetur, est, quia cõsuetudo Græcorum est dicere ꝙ in cęlo habitant spiritualia. D.d. & cœlũ Idẽ 3 tex.
alio modo, &c. i. orbis stellarũ mo- c.22.& 8.
bilium, & fixarum: quoniã hoc cor phy. c.84
pus est continuum cum fine motus omniũ partium mundi, quæ circulariter mouent̃, & propter hoc dixit continuũ cum orizonte totius mũdi, vbi Sol, & Luna, &c. i. quod est cõtinuũ cũ fine motus eorũ, q̃ sunt sub eo ex corporibus cœlestibus, in quibus sunt Sol, & Planetæ. D.d. cõsuetum igit̃ habemus dicere ꝙ Sol, & Luna, &c. hæc est significatio, ꝙ M
hoc nomen cœlum dr̃ de orbe vltimo, continente totũ: qm̃ stellæ sunt in eo fixę vere, & quasi hoc nomen cœlum nõ dicebat̃ apud eos, nisi de corpore, ĩ quo stellę sunt fixę. D.d. Et etiam cęlum dr̃ alio modo, &c. i. & dr̃ cęlum de toto mundo. & ideo descripsit ipsum ꝙ est corpus contentum ex motu totius, i. ꝙ continetur sub vltimo motuum. & hoc dicitur apud nos mundus, non cœlũ. & hoc intendebat in hoc loco declarare esse vnicum: quia extra ipsum nihil est

A est ex sua materia: & q̄ de hac dicitur simpliciter, & absolute totũ, & complementum, vt in principio dictum est; & nomen cæli dicitur etiã apud eos simpliciter, & complementum, dedit rationem q̄ hoc nomen cælum dicitur de toto mundo.

Tripliciter igitur cum dicatur cœlum, totum ab extrema contentum circumlatione necesse est ex omni constare naturali, & sensibili corpore: ꝓpterea q̄ neque vllum est extra cœlum corpus, neque contingit esse. Si

B enim est extra extremam circulationem corpus naturale, necesse est ipsum, aut simplicium esse corporum, aut compositorum, & aut secundum naturam, aut præter naturam sese habere. Simplicium igitur nullum vtique erit. quod enim circulariter fertur ostensum est q̄ nõ potest permutare suum ipsius locum. At vero neque id, quod à medio, esse potest, neque quod sub stat, secundum enim naturam non vtique erunt. alia enim ipsorum sunt propria loca. Præter

C autem naturam si sunt, aliĩ cuidam erit secundum naturam, qui extra est, locus. cum enim, qui huic præter naturam est, necessarium est aliĩ esse secundum naturam. sed non est aliud corpus præter hæc. Non ergo est possibile vllum simplicium corporum extra cœlum esse. si autem non simplicium, neque mistorum: necesse est enim & simplicia esse, misto existente.

Cum igitur cœlum tribus modis dicatur. dicamus quòd totũ continens ex vltimo motus totius est compositum ex toto corpore naturali, sensibili necessario: extra. n. cœlum nullum corpus est, neque est possibile vt sit oĩno. Volumus modo perscrutari de hoc etiam, vtrũ extra cœlum est corpus, aut ẽ possibile vt illic sit corpus. Et dicamus quòd, si extra cœlũ sit corpus, aut est ex corporibus simplicibus, aut D

ex compositis, aut erit illic naturaliter, aut accidentaliter. Et dicamus quòd extra cœlũ nullum corporum simplicium est omnino. iam enim declarauimus, & diximus superius quòd impossibile est corpus rotundum mutare locũ suum. Et dicamus etiam quòd impossibile est vt illud corpus sit corporum, quæ mouentur à medio, neq; ad medium. quoniam, si esset aliquod istorum corporum, tunc ille locus non esset naturalis ei. loca igitur isto- E

rum corporũ simplicium sunt alia ab illo loco, & sunt cognita, & manifesta. si ergo ille locus, qui ẽ extra cœlum, fuerit accidentalis illi corpori, erit naturalis alteri corpori necessario. diximus enim multotiens quòd, cum aliquis locus fuerit accidentalis alicui corpori, necessario erit naturalis alij. sed non videmus aliud corpus ab istis corporibus simplicibus. s. a corpore ro-

G *tundo, & à corpore, quod vadit ad medium, & a medio. Et, cum ita sit, impoßibile est vt aliquod corpus corporum simplicium sit extra cœlum. &, cum hoc est impoßibile, impoßibile est etiam quòd illic sit aliquod corporum compositorū. quoniam, cum aliquod corpus compositum fuerit, necessario erunt illic corpora simplicia.*

97 Cum declarauit q̧ indiuiduū, cuius materia ĩ eo est cōclusa, est vni-
H cum numero, vult declarare q̧ hæc est dispositio mundi, & dixit: dicamus q̧ totū continens, &c i dicam⁹ q̧ totus mundus, quod est totū continens oīa corpora naturalia, qđ est vltimū rerū motarum, quod est continens oīa, quæ sunt in eo, est cōpositum ex oībus corporibus naturalibus, sensibilibus, quæ sunt materia eius. D.d. causam & dixit: extra n. cœlum corp⁹ nullū est, neq; est poſſe, i. & hoc est necessariū: quia nos declarabimus q̧ nullū corp⁹ est extra cœlū, neq; potest esse in futuro. D. incœpit declarare modo q̧ nullum
I corpus extra cœlum sit. Si. n. extra cœlum est aliquod corpus, aut est cōpositum, aut simplex: si simplex aut in loco ei naturali, aut accidentali. D. d. Et dicamus, &c i. dicamus q̧ ĩpossibile est inueniri corp⁹ simplex extra mundū. corpus. n. aut circulariter mouetur, aut recte: si circulariter mouetur, impossibile est vt sit in alio loco accidētaliter: declaratum est. n q̧ corp⁹, quod circulariter mouetur, impossibile est trāsferri à suo loco, cum impossibile est ipsum moueri violente. Et tacuit ipsum esse impossibile illic naturaliter. q̄m, si K
extra mundū esset corpus cœleste in loco naturali, absque hoc continge ret vt illic esset alius mundus extra hunc mundum. quoniam de necessitate esse corporis cęlestis est eē corporis quiescentis, circa quod reuol uitur: & de necessitate esse corporis quiescentis est, principaliter corpus mobile esse, s. ignem, & ex necessitate essendi extrema est medium esse, s. aerem, & aquam. Et, cum declarauit q̧ impossibile est vt extra mundum sit corpus rotundum, incœpit declarare q̧ impossibile est illic esse corpus, quod recte moueť, & dixit: L
Et dicam⁹ ēt q̧ impossibile est q̧ illud corpus, &c. i. dicamus etiā q̧ impossibile est vt extra mundū sit corpus simplex, s. quod recte moueť, s. aut graue, aut leue. q̄m, si illic esset aliqđ corporū istorum, esset aut accidentaliter, aut naturaliter. Si naturaliter, impoſſe est. * locus. n. totius idem est cum loco partis numero. Neq; etiā accidentaliter, q̄m contingeret vt alij esset naturalis, vt videť de corporibus recte motis. v. gra. qa superius est accidentalis terræ, ideo est naturalis igni, & econuerso de inferiori. &, si esset naturalis alicui, M
contingeret duo loca numero inueniri vni corpori simplici. quod est impossibile, vt ante declaratū ē. Et, quia contentus est ex hoc, qđ apparet esse impoſſe, q̧ locus sit naturalis alij corpori, ad propalandū propria diuisione istas duas ptes oppositas, sicut nos fecimus, s. ad dicendū q̧, si illic esset corpus simplex rectū, aut illic esset naturale, aut accñtale: q̄m posito illic esse ip̄m accidentale, contingeret vt alteri esset naturale: & ideo excusatus fuit à propalatione istius

De necessitate esse corpis cœlestis ē ē corpis quiescētis. vide cōsi. 1 phy. c. 1

* Loc⁹ totius, & partis est idē numero. 8 & 8 o. quæ ibi

A istius diuisionis Et, cum declarauit ꝙ impossibile est esse illic corpus rotundũ, aut rectũ, & ante nõ propalauit ĩ sermone suo ꝙ oẽ corpus simplex necesse est ei esse alterũ istorũ duorum modorũ, & propalauit hoc modo, & dixit: sed nos non videmus aliud corpus, &c. & hoc iam declaratũ est in principio huius tractatus, s. corpora simplicia esse tria. motus enim triplex est. D.d. Et, cum ita sit, impossibile est, &c. i. si oẽ corp⁹ simplex, aut circulariter mouet, aut a medio aut ad mediũ: & cũ declaratũ sit modo vt aliquod istorũ sit extra mun-
B dum esse impossibile: ergo impossibile est vt corpus simplex sit extra mundũ omnino. Et, cũ non sit simplex, ergo neq; cõpositum, & quod dixit, intellectum est per se: quia compositum non fit nisi a simplici.

At vero neq; esse est possibile. aut. n. præter naturã erit, aut sm naturam, & aut simplex, aut mistum. quare rursus eadem veniet ratio. nihil enim refert considerare si est, an fore potest. Manifestũ est igitur ex dictis ꝙ neque est extra, neq; fore cõtingit
C vllius corporis molem. ex tota enim est propria materia totus mundus, materia. n. ipsi est naturale corpus, & sensibile. Quare neq; nunc sunt plures cęli, neque fuerunt, neq; contingit fore plures, sed vnum, & solum, & perfectum est hoc cęlum.

Et etiam impossibile est quòd extra cœlum sit corpus. aut enim, si fuerit, erit corporum simpliciũ, sicut diximus superius, aut compositorum, aut illic naturaliter, aut D *accidentaliter. Erit ergo sermo, & ratiocinatio quòd impossibile est illic esse corpus; sicut sermo noster superius de eo. ratio enim eadem est, s. quòd nullum corpus est extra cælum, neq; est possibile omnino. Manifestum igitur ex his quòd extra cœlum non est corpus, neq; ẽ possibile vt sit in eo aliqua magnitudinũ corporum. totus enim mundus ẽ cõpositus ex sua tota materia conuenienti. & iam diximus superius* E *quòd materia mundi ẽ corpus naturale, sensibile. Manifestum ẽ igitur, si ita sit, cœlos non esse plures modo, neq; in præterito, neq; in futuro. hoc igitur cœlum est vnum, perfectum, sine simili.*

98 Cum declarauit ꝙ extra mundũ impossibile est reperire aliquo mõ corpus in actu, neq; simplex, neq; compositũ, vult declarare ꝙ non solummõ hoc determinet ex hac demonstratione, sed ꝙ impossibile est etiam repetiri in alia hora. Et, cum incœpit F declarationem istius quæsiti, redijt ad demõstrationem prædictã, qua declaratur ꝙ impossibile est reperiri in actu. &, cũ peruenit ex ea ad aliquantulum ibi, quia compleuit cõtradictiones, quas diximus in syllogismo hypothetico, quo destruxit voces prædictas, dixit ꝙ declaratio, qua est necessarium accipere opposita oĩum istarũ contradictionum, est eadem cum declarationibus prædictis in demonstratione, quam induxit super primam quæstionem,

G & dixit: Erit ergo sermo, & ratiocinatio, &c. i. sm hãc viam complebitur demonstratio super hoc, s. secũdum viam, qua complet sup prius quæsitum. ratiocinatio enim ꝙ extra mundum non est corpus, aut ꝙ impossibile est vt nunq̃ sit, eadem est. cum enim impossibile est corp⁹ esse in actu, impose est esse. nã possibili posito non sequitur impossibile: sed hoc posito contingit impossibile. Et cũ declarauit ꝙ extra mundum non est corpus simplex, aut cõpositum, necessarium est vt tota ista
H materia sit conclusa in eo: quapropter necesse est vnum esse. Et, cum declarauit ꝙ nihil est extra mundũ, dedit causam, & dixit: totus. n. mundus compositus est, &c. i. quia mundus compositus est ex tota sua materia. D. declarauit q̃ est hæc materia, & dixit: & iam diximus superius, ꝙ materia mũdi est corpus naturale. i. corpora simplicia tria: qm̃ ista sũt eius materia. & cum declaratũ est ꝙ nihil ex eis extra ipsum sit, declarabitur ꝙ eius materia est conclusa in ipso. i. in eo ipso. D. d. Manifestũ est igitur, &c. & intendit per cęlos mun
I dos. & vult declarare ꝙ nunq̃ sunt plures: quoniam in quacunque hora ponuntur plures, cõtingit impossibile. Quia igitur entia sunt plura vno indiuiduo propter diminutionem sui esse: quoniam intentio fuit in hoc, vt remanerent in specie ęterna, cum impossibile fuerit numero, necessarium est vt illud, quod non inuenitur in eo, nisi tantum vnum indiuiduum sit perfectum in esse, ideoq; dicit: hoc igitur cęlum est vnum perfectum, sine simili.

Idem. 2. de anima. 34. Pluralitas Idiuiduorũ in vna spẽ est pp diminutioné sui esse. idem sup. c. 4.

SVMMA NONA. L

Extra mundum nec plenum, nec vacuum dari.

Simul autem manifestũ est ꝙ neq; locus, neq; vacuum, neq; tempus est extra cœlum. in omni enim loco corpus esse possibile est. Vacuum autem esse dicũt, in quo non est corpus possibile autem est esse. Tempus autem est numerus motus, motus autẽ sine naturali corpore non est.

Extra Cœlũ non est neq; loc. neque vacuũ, neq; tps. idẽ. 1. Cę. t. c. 1

Et etiam nullus locus est extra cęlum, neq; plenus, neq; vacuus, neque tempus. & hoc manifestũ est. possibile est enim ponere corpus in omni loco, Vacuum autem descriptum est ab Antiquis, dicentibus quod est illud, in quo nullum corpus est omnino, & possibile est esse. Tẽpus autem est numerus motus. & motus nõ est sine corpore naturali. L

Cum declaratũ est ꝙ extra mundũ non est corp⁹, declarabit iam ꝙ illic neq; loc⁹ vacuus, aut plenus. Si enim illic esset loc⁹, aut illic eẽt corpus, aut possibile esset esse: sed iã declaratũ est ꝙ illic non est corpus, neque hoc possibile ẽ: ergo neq; loc⁹. Neq; possibile est etiam vt illic sit vacuum. dicẽtes enim ipsum, describunt ipsum, ꝙ est illud, in quo possibile est esse corpus. si igitur etiam illic impossibile est esse corpus, sicut declaratũ est, ergo & vacuũ. Et silr de tempore. Tempus enim est accidentium motus: & vbi non est corpus, non est motus: & etiam vbi nõ est locus, ibi non est motus: omnis enim motus est in loco. 99 M

Extra

A Extra aũt cœlum ꝙ neq; est, neq; contingit esse corpus ostẽsum ẽ. Manifestũ igit̃ est ꝙ neq; locus, neq; vacuum, neq; tẽpus est extrinsecus. Quapropter neque quæ illic sunt, nata sunt ĩ loco esse, neq; tẽpus ipsa facit senescere, neq; vlla transmutatio vllius eorum ẽ, q̃ super extima dispostia sunt latione, sed inalterabilia, & impassibilia, optimã habentia vitam, & per se sufficiẽtissimam, pseuerant toto æuo. Etenim hoc nomen diuine enũciatũ est ab Antiquis. finis. n. q̃ cõ B tinet vitæ vniuscuiusq; tp̃s, cuius nihil est extra fm̃ naturam, æuũ vniuscuiusq; vocatũ est. Secundum eandem aũt rationẽ & totius cœli finis, & finis oẽ tẽpus ac infinitatem continens, æuum est, ab eo, ꝙ sit semp, sumpta denoĩatione, immortale, & diuinum. vnde & alijs pendet, his q̃dem exactius, his aũt obscurius esse, & viuere. Etenim, quemadmodũ in vulgaribus sententijs circa diuina sæpe declarat̃ rationibus, ꝙ diuinum ipsum intrãsmutabile esse necesse est oẽ, pri- C mũ, ac maxime sũmũ. qđ sic se hñs, attestat̃ ijs, q̃ dicta sunt. neque enim aliud melius est, quod moueat: illud. n. esset vtiq; diuinius. neq; hẽt prauitatẽ vllã, neque indigens suorũ bonorũ vllo est. Et incessabili vtique motu mouetur rationabiliter, omnia enim quæ mouentur, quiescunt, cum venerint in propriũ locum. eius autem corporis, qđ circulariter mouetur, idem est D locus, vnde incœpit, & in quem finit.

ἐγκυκλίοις φιλοσοφήμασι.

Et iam declarauimus superius quòd extra cœlum non est locus, neque vacuum, neque tempus. Quapropter quod est illic, non est in loco, neq; tempus potest corrumpere ipsum, & nullum extrinsecum ab vltimo motus alteratur, & transmutatur omnino, sed permanens semper est, non transmutabile neq; passibile. Vita ergo est illic, sem- E *per permanens: perpetua secundũ perpetuitatem seculi seculorum: quod non finitur, neque destruitur & est vita nobilissima. Et bene dixerunt Antiqui in explanatione huius nominis seculum. dixerunt enim quòd finis, & oriζon, continens tempus vitæ cuiuslibet rei viuæ, post quod, & retro quod non est tempus aliud naturale, est seculum illius rei. Secundum igitur hunc modum dicimus quòd finis oriζontis totius cœli, & finis continens totum tempus perpetuũ est* F *seculum cœli. & hoc nomen deriuatur a sua operatione: quoniã semper est perpetua. & in quibusdam rebus semper est manifestum, & in quibusdam parum. Et iam diximus ĩ libris de Philosophia extranea, quam posuimus vulgo, quòd oportet spirituale vt non transmutetur, neque corrumpatur: est enim*

G *causa omnis esse & post ipsam non est alia causa. & est secundũ hunc modum neq; transmutabile, neque alterabile, perfectum, & completum, & aeternum per secula. supra ipsum enim non est alia causa nota, ut moveat ipsum. Et, si igitur inveniatur alia causa, tunc erit ẽt perfecta existens, aeterna, & post ipsam non erit alia nobilior. & dicimus etiam quòd non recipit aliquam occasionem illud spirituale,*

H *& motus eius est perpetuus sine abscissione. Et dignum est habere hunc motum. quoniam omnes res quiescunt per motum, cum perveniunt ad suum locum, hoc aũt corpus mobile nõ quiescit omnino per suum motum, quoniam locus istius corporis rotundi est unus, s. quod locus principij motus est locus finis motus eius. quapropter ẽ perpetui motus, & nõ quiescit omnino.*

100 Et si declaratum est ꝙ extra mũdũ non est locus, neq; tp̃s, necesse ẽ

I vt entia, quę sunt illic, nõ sint in loco, neq; in tempore. quapp tp̃s non põt corrumpere. s. quia non accidit eis trãsmutatio, & corruptio, accñs temporalibus rebus. Et, cum dixit q̃ sunt illic, possumus intelligere primam cãm, & primũ orbẽ continentem: totum. n. est fm rationẽ Arist. rõnabile. & iam dixit Themistius ꝙ Alex. dixit manifeste istas duas explanationes intelligi ex hoc sermone. Et, cum intelligatꝰ ex eo prima cã, attribuit illic ipsum continenti

Prima expositio.

Aristo. qm̃ motio eius apparet illic pri°, & ideo dixit ĩ fine Octaui phy. movens igitur est illic, s. in cõvexo sphęrę & hoc manifestũ est, ꝙ illud quod non est in materia, non est in loco, neq; transmutatꝰ, cum non sit in tpe. Si autem intellexerimus ipsum orbem, manifestũ est ẽt ꝙ fm Arist. non est in loco. oẽ. n. quod est in loco, continetur sub corpore: sed extra orbem nõ est corpus: ergo nõ est in loco, & ẽt neq; in tempore. orbis. n. est causa tpis, & non terminatur tpe: qm̃ illud, quod est semp durans, sup quod nõ superat successio non est in eo. qm̃, cum dixim° hoc est in hoc, necesse est vt contineatur ab ipso: & oẽ, qđ est in tpe, oportet ꝙ tempus contineat ipsum, & succedat in duobus extremis. Si ergo orbis nõ contineatur à tempore, ergo non est in tẽpore. sed hoc, qđ intelligimus de orbe, non est aliud q̃ illud, quod intelligimus de prima cã, s. dicere ea esse non in tempore Et Alex. dixit, fm ꝙ narrauit Themistiꝰ, ꝙ ex hoc sermone apparet mũdum esse aeternum. cum. n. oẽ generabile, & corruptibile terminetꝰ à tẽpore: ergo quod non terminatꝰ à tẽpore, est ingenerabile, & incorruptibile. D. d. & nullũ extrinsecũ ab vltimo motus alteratur, aut transmutatur oĩno. & intendit per vltimũ motus superficiem superioris orbis, cõtinentis totum. i. & nullum, quod ẽ in hoc loco, si dicitur ibi locus, alteratur, aut transmutatꝰ, & hoc magis apparet in prima causa, q̃ in orbe. & põt intelligi de orbe, & tunc intelligit per vltimum motum, finẽ motuum corporum rectorum. D. d. sed permanens, &c. & possumus intelligere vitam, quę est in orbe, & vitam

K 8. ph. tex. com. 84.

Expositio secunda.

Orbis ẽ cã tpis, & nõ terminatꝰ L tpe: qm̃ id qđ est sp durãs, sup qđ nõ superat successio, nõ ẽ i eo. idẽ 4. ph. 120 & 117. 118 119. & 3. physi. 32. idẽ. 2. cęl. c. 1.

M

A tam, quæ est extra orbem, si dicit, q est in illo continente hoc ipsum extra. D. d. Et bene dixerunt Antiq. i. ex hoc, quod diximus, apparet q Antiqui dixerunt bene in nominatione eius, quod intēdunt p hoc nomē seculum. dicunt. n. q finis, & orizō, i. q ipsi appellabant tempus rei, continens esse eius, & condurans cū eo, & cum vita eius, aut esse rei perdurans cum hoc tempore, ex quo non succedit tps, in quo sit illa res, neq; ante, neq; post seculum illius rei, & æternitatem eius. D. d. Secundū igitur hunc modum diximus q finis, &c. i. s̄m igit hūc modum recte nominamus esse cæli continens tempo
B ris seculum cæli. p finem aūt, & orizontem intendit vltimitatē rei primo. sed, quia tempus rei pdurans cū suo esse, aut suum esse pdurās cum sua vita, si hēt vitā, est quasi terminans suum esse, dr orizon, & finis: & ille orizon, & finis dr seculum illius rei: seculū igit cæli est vnum terminans esse oīum, q̄ continet cælū: sicut seculum rei est suū esse terminans omnes partes sui esse, & si cœlum non sit in tpe: & seculum primi principij est suum esse terminans es
C se oīum entium, quamuis nō sit in tempore. Et propter hoc Plato nominabat illud, quod fuit, anteq̄ tempus fuisset, seculum: quia temp' nouum est apud ipsum. & inten lit per seculum, esse terminans omnia entia, quod fuit ante tempus. D. d. & hoc nomen deriuatur à sua operatione, q̄m est semper perpetua. i. & non dicitur æternum, & perpetuū, nisi ex sua operatione perpetua. D. d. & in quibusdam rebus manifestū est, &c. i. vt mihi videtur q noīatio rerum ex suis operationib. est manifesta in quibusdam, & in quibus
D dam non, aut q operationes rerum sunt manifestæ in quibusdam, & in quibusdam non. D. d. Etiam diximus in libris, &c. & testatur huic ppositioni, quam diximus in lib. nr̄o de Philosophia vulgari: & est q spirituali non contingit trāsmutatio, neq; corruptio. transmutatio. n. nō accidit, nisi pp corporeitatem. D. d. est. n. causa oīs esse, & post ipsā non est alia causa. & iste sermo est quasi ratio per se, & est q causa oīum causatum oportet q non sit generabilis, neq; corruptibilis, nisi hēat aliā causam. & pōt intelligi q necesse ē spirituale non transmutari, neq; al-
E terari, quia est causa causarum. & ex hoc sermone possumus intelligere ptimā cām, & possumus intelligere orbē. D. d. & est s̄m hunc modum, &c. i. cum sit hmōi, necessarium est, neq; transmutari, neq; alterari, & q sit perfectum. alterabile. n. nō est pfectum. D. d. q supra ipsum non est alia causa nota, vt moueat ipsum. i. & necessarium est q causa causarū sit hmōi: quia nescimus aliam causam esse supra ipsam, vt transmutet, & alteret ipsam, cū nihil possit trās-
F mutari absq; causa trāsmutante: & omnes propositiones cū eo, q sunt famosæ, sunt veræ. & videtur mihi q istæ sunt propositiones, quas dixit ī philosophia extranea. Deinde d. Et, si igitur inueniatur alia causa. videtur q inducit hoc, quia sermo eius est de orbe. quia, cum dixit: q necessarium est vt orbis non sit trāsmutabilis secundum alterationem, aut diminutionem, quia ipse est cā oīum rerum alterabilium, & nescimus aliam causam hic, dixit aut primum principiū, sup cuius esse surgit

Quid seculum.

G git demonstratio. Si igit̃ inueniat̃ hæc causa s̃m aliquam viã: & causa etiam est dignior vt sit permanens, non transmutabilis: & ꝙ sit causa causarũ simplex: & ꝙ non sit alia cã nobilior ea. hoc igit̃ possum⁹ intelligere de hoc sermone. Et ẽt possumus intelligere ipsum esse responsum dicenti forte, hæc est causa corruptibilis prior orbe: & est cã transmutationis orbis ĩ alia hora: & ipse dixit ꝙ, si ita sit, oportet vt sit hęc cã corruptibilis, q̃ sit causa nõ trãsmutabilis à causa trãsmutationis execũtis in hoc orbe, & in oĩbus entibus.

H quocũq; ergo modo ponant necessarium est ponere inueniri corpus non alterabile, neq; corruptibile. & hoc est necessarium, quia alterans oportet esse corpus mobile necessario. D.d. & dicimus ẽt ꝙ non recipit aliquam occasionẽ, &c.i. & hoc est manifestius in orbe, q̃ ĩ primo principio, inquantum narrauit ipsum esse mobile. & s̃m hoc intendit p spirituale, corpus spirituale. D.d. Et dignum est, &c.i. dignum est hoc corpus habere æternum motum: quia corpora quiescentia non mouẽtur,

I nisi cum fuerint extra suum locum naturalem, & quiescunt, cum perueniunt ad ipsum. hoc autem corpus, quia non habet nisi vnũ locum, & est medium, circa quod reuoluitur, necesse est moueri in æternum: qm̃ ad locum, ex quo incœpit, reuertit̃.

Quia ergo loca eius sunt infinita, impossẽ est quiescere in hoc situ, & non in alio, aut in hoc loco, & non in alio, si nominẽtur illi situs loca, necesse est igitur vt sit motũ in omnibus. & hoc intendebat cum dicit, ꝙ locus principij motus eius est idẽ cum loco finis motus eius. i. ecõuerso corporibus, q̃ naturaliter q̃escũt. K

Documentum. Et debes scire ꝙ hoc, quod dixit de causa æternitatis motus eius, nõ est causa completa. qm̃, si ita esset, ĩ corpore finito inueniret̃ virtus infinita. sed est causa s̃m necessitatem materiæ istius corporis. s. quia necessarium est, vt hoc corpus moueat̃ semper, necessariũ est vt natura eius sit hmõi, s. vt suus locus sit vnicus. qm̃, si non esset ita, oporteret vt moueretur violente. &, si moueret̃ violente, motus eius esset non perpetuus: & sic mouens ipsum nõ esset in nõ materia: & oporteret vt quiesceret

L violente, & vt contingeret ei necessario labor. Natura ergo materiæ eius est innata non moueri violenter, & nõ quiescere naturaliter: & natura mouentis est innata non quiescere violente. &, cum non quiescit violente, aut naturaliter, necessario erunt perpetui motus.

SVMMA DECIMA.

Incorruptibilem esse mundũ, eiq; nullã corruptionis inesse potentiam: & fieri nõ posse aliquid esse genitũ, non interiturũ, nec quicq̃ periturum esse, quod ingenitũ extiterat.

M

Antiquorum de Mundi generatione, corruptioneq; sententias commemorat, easq. refellit. Cap. I.

D Is ãt determinatis dicamus post hæc vtrũ sit ĩgenerabilis, an generabilis, & incorruptibilis, an corruptibilis, narratis prius aliorũ opinionib⁹. contrariorum. n. demr̃ones dubitationes de contrarijs sunt. Simul ãt & magis vtiq; credibilia erũt dicenda

A dicēda ħs, qui ante audierint dubitatorū sermonum iustificationes. nam videri in dicta causa cōdemnare, minus vtiq; nobis inerit. etenim oportet eos arbitros esse, non aduersarios, qui veritatem sunt iudicaturi sufficienter.

Et, cum declarauimus, & diximus hæc, volumus perscrutari de cælo vtrum sit generatum ab aliquo, aut non, & vtrum sit corruptibile, aut non. sed ante dicamus sermones Antiquorum de hoc: vt rationes B *contradicentiū sint quæstiones, contradicentes eis ex aduersarijs eorum. Et nos cum hoc fecerimus, tunc sermo noster erit dignior vt recipiatur apud eos, qui sunt bonæ discretionis, vel considerationis in discretione ipsorū, vel intellectu: & maxime, cum audierint rationes cōtradicentium primo. Et iam scimus quod, cū nos dixerimus in aliquo, necesse est vt sic sit, aut sic* C *visum est nobis, & cum hac opinione, & necessitate nō dixerimus rationes contradicentium in eis, tunc minus erunt recipiendæ apud audientes ex distinguentibus propositiones signorum, & contemplationes intellectuum. & oportet qui voluerit iudicare vere, vt non sit contradicens, & odiens eum, qui contradicit. sed oportet esse diligentem ipsum, & pacificum ei. & ex pacificatione est vt concedat ei, sicut concederet sibi de sermonibus recte, & de scientia apud terminos demonstrationum.* D

101 Oportet ponere quęstionē per se, vtrum mūdus sit generatus, aut nō, quāuis determinatū sit ex prędictis: sed tñ volumus, vt sermo sit perfectior, de hoc ponere quæstionē p se.

Et, quia complemētum sermonis est destruere rōnes contradicētium, vult mō incipere perscrutari de hoc, & ponere rōnes eorum quæstiones per se, vt destructio eorū sit manifestior. Et hoc intendebat, cū dixit: vt rationes contradicentiū sint quęstiones contradicentibus eisdem ex E aduersariis eorum. i. vt sermo in destructione eorum nō sit secundum defensionem alicuius opinionis, sed ad quærendum veritatem in se. plures ergo sermones aduersariorū in destructione suarum rationum nō sunt, nisi ad vincendum, nō ad sciendum veritatem in se. dicit igitur, ꝙ vult perscrutari de rationibus eorū, non secūdū ꝙ sunt eius aduersarij, sed ſm ꝙ sunt quæstiones quęrēdæ.

Cōtra Sophistas.

D.d. Et nos, cum hoc fecerim⁹, &c. i. cū ante nos destruxerimus rōnes aduersariorum, demō nostra erit F magis recipienda. &, cum hoc sit vtilius ante auditum demōnis, q̄ post auditum, dicit: & maxime cū audierit rōnes cōtradicentium primo: & causa eius est, quia rōnes contradicentium sunt contrariæ rationibus nostris. & ideo cōtrariū manifestius erit, cum adiunctū fuerit alij cōtrario suo: & maxime cū ante fuerit auditum vilius cōtrarium, antequam nobilius. Et, cū dixit hoc, dedit rationem super hoc, & dixit: Et iā scimus, &c. i. qa manifestū est p se ꝙ, cum

Cōtrariū manifestius erit, cū adiunctū fuerit alij cōtrario. Idē 2. Cę. t.c. 40.

G cum aliquis dixerit de aliquo ꝙ ita est, aut nõ est, & dederit demonstrationem, & cum hoc non dixerit rationes cõtradicentium, neq; destructiones eorũ, demonstratio eius tũc erit debilior apud audiẽtes, propter paucitatem exercitantium in distinctione demonstrationum, & propositionum dantium fidem. & hoc intendebat cũ dixit, propositiones signorum. Deinde dat aliã proprietatem, ſm quam debet homo stare cum suo aduersario, si voluerit scire veritatem. & est vt non habeat odio suum aduersarium, sed sit pacificus

H in suis sermonibus. maxima enim cã diuersitatis est amicitia, & odiũ.

Maxima cã diuersitatis ẽ odium & amicitia.

Deinde demonstrauit quid sit pacificum. & est vt recipiat ex sermonibus aduersarij sui, sicut ex suis. s. vt recipiat ex suo aduersario demõstrationes, quæ sunt secundùm con tradictiones, secũdùm quas ipse recepit ipsas sibi. & hoc intendebat, cũ dixit, & de scientia apud terminos demonstrationum.

Genitũ igitur oẽs esse dicunt. Sed genitum, hi quidem sempiternum, Alij vero corruptibilẽ,

I queadmodum quodcũq; aliud eorũ, quę natura constant, Quidam autem vicissim, quandoq; quidem sic, quandoq; autem aliter se habere patientẽ corruptionem, & hoc semper perseuerare sic, quemadmodum Empedocles Agrigẽtinus, & Heraclitus Ephesius. Genitum igitur esse, sempiternum tamen esse dicere, impossibilium est. sola enim hęc ponẽda sunt rationabiliter, quęcunq; in multis, aut omnibus videmus esse. de hoc autẽ accidit K contrariũ. omnia enim, quæ generantur, & corrũpi videntur.

Incipiamus modo, & dicamus quòd omnes Antiqui conueniunt quòd cœlum est generatũ. Sed quidam dicunt ipsum non habere principium, aut finem in tempore, Quidam autem dicunt ipsum habere finem in tẽpore, & cadere sub corruptione, sicut alia corpora generata, Quidam vero dicunt ipsum aliquando corrumpi, aliquando gene- L *rari, & quòd ita est semper sine fine, & sine abscissione, vt Empedocles Agrigentinus, & Heraclitus Ephesius. Dicamus modo quòd sermo dicentis cœlum esse maximum mundum, & quòd ipsum generatres, & quòd perpetuum est sine fine, & principio, est impossibile. non enim cõcedimus, nec credimus aliquam dispositionem, nisi viderimus ipsam in omnibus rebus, aut in pluribus. hæc autem dispositio,* M *scilicet cęli, dicere quòd est generatum, & quòd non corrũpitur, neq; cadit sub corruptione, nos videmus contrarium in rebus: quoniam omnia generata corrumpuntur.*

Cum narrauit ꝙ vult perscrutari de sermonibus aduersarioꝝ de mundo, incœpit numerare opiniones eorum, & primo de communi. omnes enim conueniunt in hoc, ꝙ cœlum est generatum: & nullus ante ipsum dixit ꝙ cœlum non est generatum. 102

Deinde

A Deinde incępit narrare opiniones proprias,& dixit:Sed quidam dicũt ipsum non habere principium, aut finem in tempore.ideſt ſed quidam dicunt ꝙ nunquam corrumpetur, neque habebit finem,ita,ꝙ tempus ſuccedat ei in futuro. &,cũ dixit nõ habere principium, aut finem in tẽpore,intendit ꝙ nullum tempus veniet,in quo diſſoluetur in ſuũ principium,ex quo generatum eſt,neq; eſſe eius habet finem in tempore futuro. & hæc eſt opinio Platonis de mũdo. videt enim ꝙ generatus eſt, poſtquam non fuit,tamen eſt incorruptibilis. Deinde dicit opinionem B ſecundam, & dicit: ꝙ quidam dicunt ipſum habere finem in tẽpore. ideſt quòd fuit inuentus mũdus in tempore terminato, & ꝙ corrumpetur. & hęc opinio eſt Anaxagoræ, ſicut narrauit de eo in principio Octaui Phyſicorum. Anaxagoras enim videt mundũ eſſe generatum, poſtquã non fuit, & corruptibilem, ita, ꝙ nullũ ens erit ex eo omnino.

Contradictio ꝺ opinióe Anaxagoræ hic & 1. Phy. t. c. 32.

Deinde dicit, ſicut alia corpora generata.ideſt ꝙ hoc eſt magis, ſecundum curſum naturæ. ſcilicet quòd, cum ponitur generatum,oportet vt C ponatur corruptibile, cũ plures partes eius ſint huiuſmodi præter cęlũ.

Deinde dicit Tertiam opinionem famoſam in eius tempore, & dicit: Quidam vero dicũt ipſum aliquando corrumpi,& aliquãdo generari. ideſt quidam dicunt quòd aliquando corrumpitur,aliquando generatur, & ſemper eſt huiuſmodi. & ſuſtinentes hanc opinionem dicunt, quod iam generabatur infinities,& corrumpebatur infinities, & generabitur,& corrũpetur infinities. & ſic dicit Empedocles. Opiniones autẽ de mundo ſunt quatuor. Aut credere ipſum non generabilem,& nõ D corruptibilẽ. & hæc eſt opinio Ariſtotelis.& ipſe fuit primus dicẽs hoc Philoſophorum Græcorum,& hoc tenebat lex Chaldęorum antiqua. & hoc intelligitur ex verbis occultis Chaldęorũ. Aut credere ipſum eſſe generabilem, & corruptibilem. & hæc eſt opinio Anaxagoræ ex Philoſophis.& hanc ſuſtinẽt tres leges, quæ ſunt modo notæ, ſcilicet Maurorum, & Chriſtianorũ, & Iudęoꝝ.

Ariſtotel. opio, quã añ ipſum tenuit lex Chaldęorũ ãtiqua Idẽ 2. Cę. cõ. 2. Anaxagorę Opio, quã inſequunť 10 quentes trium legum. Opinio Platonis. Opio loquẽtiũ Arabũ in lege ſua.

Opinio vero Tertia eſt Platonis: & eſt ꝙ ſit generabilis,& non corruptibilis. Quarta vero eſt credere nõ generatum, ſed corruptibilem. ſed hoc nullus dicebat,inquantum ſcimus, niſi Loquentes noſtræ legis. E quamuis ſit hoc tantũ vnum extra naturam. Et, cum dixit opiniones de mundo, incępit dicere quid contingit cuilibet opinioni de impoſſibili,& dicit:Dicamus modo, quòd ſermo dicentis cœlum,&c.ideſt ſermo dicentis quòd cœlum, quod eſt mundus maximus, eſt generatum, poſtquam non fuit, & quòd ipſum generauit res,cum generauit ipſum creator, & quòd eſt perpetuum ſine fine in tempore futuro, & ꝙ non inuenitur in eo vltimum, neq; princi- F pium,in quod diſſoluitur,eſt ſermo valde impoſſibilis, quia contradicit ſenſui. Deĩde dicit cauſam de hoc, & dixit: non enim concedimus, & credimus, &c. ideſt & iſte ſermo nõ creditur:quia inductio,in qua inducuntur omnia particularia, contradicit huic opinioni: ſentimus enim quòd omne generabile eſt corruptibile. hoc ergo iudicium, ſcilicet aliquid eſſe generatum, & in ſimul nõ eſſe corruptibile,nõ ſentiť, neq;

in

G in omnibus, neq; in pluribus, sed cõtrarium, & est quod omne, quod ẽ generatũ, est corruptibile. Et hoc, quod dicit, est sufficiens. s. ꝙ non debemus credere aliqd habere aliquã dispositionem, donec inueniatur in maiori parte illius rei, aut in oĩbus. iudicium aũt huius affirmatꝰ per inductionem, & per demrõnem. & iã affirmatum est, quamuis nõ sentiatꝰ neq; in quibusdã, neq; in omnibꝰ: sed tñ videtur ꝙ intendebat dicere, ꝙ dispositio credenda est, tamẽ impossibile est vt eius cõtrarium sit in quibusdam illius rei, aut in omnibꝰ
H nobis credẽtibus: quasi ergo d. cum fides dispositionum quarundam rerum sit sentiẽdo illam dispositionẽ, existẽtem in omnibus illius rei, aut in pluribꝰ, impossibile est igitur habere fidem de rẽ, cuius contrarium sentiatur in omnibus illius rei.

Amplius aũt quod nõ habet principiũ sic se habendi, sed nõ potest aliter habere prius per oẽ æuum, impoẽ est & mutari. erit enim aliqua causa, quæ, si prius esset, possibile vtiq; esset aliter habere quod impoẽ est aliter se
I se habere. Si aũt prius ex aliter habẽtibus constitutus est mundus, si quidem semper sic habentibus, & impossibilibꝰ aliter habere, non vtiq; factus est. Si autẽ factꝰ est, necesse est scilicet & illa possibilia eẽ aliter habere, & nõ semper sic se habere. quare & cõstituta dissoluentur, & dissoluta prius constituta fuerunt. & hoc ĩfinities, aut sic habebat, aut poterat. Si autem hoc, non vtique erit incorruptibilis, neq; si aliter habebat aliquando, neq; si possibile sit aliter habere. K

Et etiam dicimus quòd res, in qua non est potentia, qua alteratur ex sua dispositione necessaria suæ alterationis, est causa vt alteretur. Dicamus ergo quòd, si mũdus fuit compositus ex rebus, quarum dispositiones fuerũt primo aliter à dispositione mundi, & fuit impossibile illas dispositiones mutari, impossibile est vt mundus fiat ex eis oĩno. Si igitur res possibiles sint alterari, & transmutari necessario, & L *non sint secundum vnam dispositionem perpetuam, si fuerint ita, cum alterabũtur illæ res: possibiles erũt dissolui, & diminui etiam. &, si dissoluantur, componuntur etiam, erit ergo secundum hunc modũ dissolui, & componi in infinitum. Si ergo hoc ita sit secundùm hunc modum, mũdus cadet sub corruptione, nõ sicut dixerunt ipsum esse extra corruptionẽ, & consumptionem.* M

Idest ꝙ res carentes potentia trãsmutationis, & alterationis, impossibile ẽ vt trãsmutentꝰ in aliqua hora. 105 qm̃, si ita esset, tũc alteratio esset causa suiipsius. idest esset alteratio sine possibilitate, & intendit p alterationem, transmutationem simplicem. Et, cũ posuit hanc ꝑpõnem, dicentem ꝙ illud, quod impoẽ est alterari omnino, non alterabitur, nisi idẽ esset causa suiipsius, i. esset causa, & causatũ idem, & inueniretꝰ aliquid sine causa, dixit: si mũdus fuit compositus,

A poſitus, &c. i. manifeſtum eſt per ſe ꝙ ea, ex quibus fuit cõpoſitus mundus, ſm ꝙ fingunt, habebãt contrariam diſpõnem illi, quam poſt habebant, & ꝙ iſtæ diſpões mutabãtur in alias. ſ. quaſi dicens ꝙ ante mundum carebãt compoſitione, & poſt habebant compoſitionē. Si igitur, antequã ex eis componebatur mundus, fuit impoſſe componi ex eis, nõ fuit poſſe cõponi ex eis, niſi eſſet poſſibile vt idem eſſet cauſa ſuiipſius.

Et cum poſuit ꝙ mundus nõ generatur niſi à rebus poſſibilibus recipere formã mundi, antequam reciperent ipſam, dixit: Si igiť res poſſibiles ſint alterari, &c. i. ſi igiť illę res, ex quibus fit mũdus, poſſibiles ſunt trãſmutari in formam mũdi, & nõ remanere ſm eandem diſpoſitionē, B ſecundùm quam alterabunť, contingit, cum alterabunť in formã mundi ex forma habita, ꝙ sũt poſſibiles alterari ex forma mũdi in formam primã, quam habebant. Et hoc intendebat, cũ dixit: ſi fuerint ita, &c. i. ſi igiť illæ res ſunt poſſibiles alterari in formã mundi, continget ꝙ, cum alterabanť in formam mundi, ſecundùm ꝙ elementa alterãtur ex C priuatione compoſitionis in cõpoſitionem, ꝙ ſint poſſibiles diſſolui ad primam compoſitionem, D. d. &, ſi diſſoluantur, componuntur. i. &, ſi poſſibiles ſunt diſſolui, diſſoluẽtur: &, cum diſſoluuntur, ſi fuerint poſſibiles componi, componentur: non igitur ceſſabit mundus eſſe in generatione, & corruptione perpetua.

D. d. non ſicut dixerunt ipſum eſſe extra corruptionem. i. deſt contingit eis ẽ cõtrario ſermoni eorum, ſi dixerunt ipſum eſſe generatũ, & cum hoc immunẽ à corruptiõe. & declarabitur poſt ꝙ impoſſe eſt vt poſſibile non exeat ad eſſe in tpe finito. D

Impoſſe ē vt poſſe n exeat ad actũ i tpe finito. hic infra 108 & 3. Cęli. com. 15.

Auxilium aũt, quod quidam eorum conãtur afferre ſibiipſis, qui dicunt ĩcorruptibilem quidem eſſe, ſed factũ, non eſt verũ. Similiter enim dicũt ijs, qui de ſignationes deſcribũt, & ſeipſos dixiſſe de generatione, non tanquam generato aliquando, ſed doctrinæ gratia, tanquã qui magis cognoſcant, ſi, velut deſignationem, viderint factum,

Ratio autem, quam dixerunt, cum laborant in affirmando mundum eſſe generatum, & non corruptibile, non eſt vera, & deſtruitur per veram demonſtrationẽ. Dixerunt enim, ſicut Geometræ faciunt in figuris compoſitis ex pluribus lineis, ita facimus nos in mundo. Geometrę enim, cum voluerint docere quomodo figuræ ſint, dicunt quòd iſta figura componitur ex iſta linea, deinde ex iſta, ad demonſtrandum hoc diſcipulis. & ita fecimus nos cuilibet, qui dixit quòd mũdus ſit, non quia tempus fuit, & mundus non fuit, ſed vt doctrina ſit manifeſtior diſcipulis, quia ex hoc generabatur prius, deinde ex hoc, ſicut illud fecimus in figuris. E F

104 Cum contradixerit dicenti mundum eſſe generatũ, & non corruptibilem, incœpit contradicere exẽplo eorum, ſ. quõ imaginanť generabile non in tpe. tempus enim apud Platonem, dicentẽ hunc ſermonem, ſequitur

G quitur motum cœli, vt apud Arist. &, cum ita sit, continget ei aliquod impossibile, scilicet vt aliquid generetur non in tempore. Quapropter Plato dat rationem ĩ hoc de generatione figurarũ ex superficiebus, & lineis, dicendo, non diximus ꝙ mũdus fit ex rebus simplicibus, ex quibus cõponitur, ita, ꝙ simplicia sint priora compositis tpe: videmus enim ꝙ tẽpus sequitur motum cœli: sed volumus docere quomodo sint priora mundo, scilicet hac forma composita: qm̃, sicut Geometræ docere volunt quomodo linea, & superficies

(Tps apud Platonẽ sequitur motũ cœli, sicut apd̃ Arist.)

H sint priores figura, & ꝙ figura componitur ex eis, & ꝙ nullus intelligit per hanc prioritatẽ, prioritatẽ temporalem, ita non est intelligendum ex sermone nostro ꝙ res, ex quibus mundus fit, sint priores mundo ſm tempus, sed priores tantum, &, cum attribuuntur tempori, inueniuntur in eo insimul, sicut est dispositio de lineis cũ figuris. quasi igitur voluit declarare ex hoc ꝙ omne, in quo dicitur esse prius alio, non dicitur tantum ſm tempus omnino. Et verum est hoc. sed contingit ei, si hoc prius non fuit tpe, vt sit prius in esse tm̃.

I sed & res priores in esse sunt ĩsimul in tpe, & sũt ęternę: sicut dispositio de superficieb', & lineis cum figuris est, cum non sit tertius modus prioritatis. Plato autem ponit illas res, ex quibus mundus fit, priores mundo ſm seculũ. & nos loquemur de hoc cum Arist. contradicet huic.

(Res priores i eẽsdẽ sũt tpe & sũt ęternę. Idẽ cõ sequẽti &xa. cã. d́ suba orbis. idẽ hic infra cõ. 206.)

Hoc autem est, quemadmodũ dicimus, non idem. in effectione enim designationũ, positis omnibus esse simul, idem accidit, in horum aũt demonstrationibus non idem, sed impossibile. quæ K enim accipiuntur prius, & posterius, subcontraria sunt.

Et nos contradicemus eis, dicendo quòd hoc exemplum non conuenit eis, ex quibus fit mundus. in factura enim figurarum, & ex compositione earum figura non fit perfecta, & completa, nisi per omnes lineas, ex quibus componitur, & figura non fit figura, nisi per alterationem linearum, ex quibus componitur, neq; etiam fit figura, nisi omnes lineæ sint insimul. &, si L *voluerint dictum earum assimilare, & verificare ipsum, nõ manifestabuntur omnes lineæ simul, sed declarabunt lineam post lineã, donec perficiant oẽs lineas totius figuræ.*

Dicit ꝙ hoc exemplum de generatione mũdi ex simplicibus, ex quibus componitur, non conuenit cõpositioni figurarum ex superficiebus, & lineis, ita ꝙ altera duarũ cõpositionum non assimiletur alteri tribus modis. Quorum vnus est, ꝙ figura nõ inuenitur in aliqua hora diminuta in aliqua linea linearum, ex quibus componitur essendo figura in actu. Et hoc intendebat, cum dixit: figura non fit perfecta, & cõpleta, nisi per oẽs lineas. i. ꝙ figura non fit in aliqua hora in actu, si fuerit diminuta in aliqua linea. & non intendebat per completa, perfectionem vltimam in hoc enim assimilantur figura, & generatum. Secundus est, ꝙ figura non fit ex lineis per alterationem, & transmutationem, sicut generatum fit per alteratione, & 105 M

A & transmutationem eius, ex quo generatur. Tertius est, quod lineę nō inueniūtur in aliqua hora absq; figura, elementa aūt generati inueniunt ante generatum. & intendit per totum hoc, quod generatū inuenit in omnibus illis dispositionibus ecōtrario figuræ. fit enim p alterationem ei⁹, ex quo generatur, & inuenit generatum in actu ante complemētum vltimum, & inueniunt elementa ei⁹ ante ipsum tpe. Dixit: &, si voluerint dictū earū assimilare, &c. idest &, si voluerint assimilare generationem mundi non cōpositioni figurarum ex lineis in se, sed compositioni in doctrina: qm̄ Geometræ, cum vtunt cōpositione ad docendū, erit cōpositio temporalis: qm̄ quod declaratur ex hoc, est aliquid post aliquid. quasi ergo d. quod hoc exēplum aut intelligitur per hanc compositionem, s. compositionem in doctrina, aut cōpositionem in se. si igitur intendat cōpositionē in se, ergo contingit quod ipsa ex rebus, ex quibus cōponitur, fit insimul. generatio autē non est ita, si in doctrina erit cōpositio temporalis. sed ipsi non concedunt generationē mūdi esse in tpe. quia ergo posuerunt quod mūdus eum eis, ex quibus generatur, non est simul, & posuerunt quod ante mundum non est tp̄s, contingit eis vt sit pri⁹, & posterius sine tpe: & tūc non erit assimilatio eius compositioni figurarum ex lineis vera. Defendentes autem Platonem dicunt, quod assimilatio generationis mūdi ex suis elementis generationi figurarum ex lineis, & superficiebus à Platone significat quòd mūdus semper fuit apud Platonem, & quòd ipse non intendebat per hunc sermonem, nisi quòd partes ei⁹ sunt priores natura toto, non quòd ipse fuit generatus vere. &, si hoc intendebat, nihil differt ab Aristo. sed tamē male fecit in dicendo mundum esse generatum, & non corruptibilem. hoc enim non intelligitur ex generatione, nisi cum difficultate, & maxime cū dixit, quòd efficitur ex non ordine in ordinem.

B

C

Docum.

D Si Plato intēdebat quod ptes mūdi nā p̄ce dūt mundū, Arist. nō discrepat ab eo.

Ex inordinatis. n. aliqñ ordinata facta esse dicunt. simul autem idem inordinatū esse & ordinatum impoße est, sed necesse est generationē esse separatē, & tempus. in designationibus aūt nihil tempore segregatum est. Quòd igit est impoßibile simul sempiternū esse ipsum, & factū esse manifestum est.

E

Compositio autem mūdi non est huiusmodi. per ea enim, ex quibus componitur, iuuabuntur in rationibus nostris, dicendo quòd mūdus primo generatur ex hoc, deide post hoc ex hoc. hac igitur duo differūt, vt dicunt. res enim erant sine ordine, deinde ordinabantur & fit ex eis mundus. & impoßibile est vt ordinatum, & non ordinatum sint insimul: quoniam inter ea est tempus, & generatio. linearū autem, quæ sunt in figura, nulla est ante alteram: & prima earum non est alterius dispositionis ab alia. Manifestum est igitur quòd impoßibile est quòd mundus sit generatus, & sit perpetuus sine consumptione, et corruptione.

F

Cùm

106 Cum narrauit quo figuræ compo-
G nuntur ex lineis, & res appropriatas huic compositioni, incœpit notificare quid contingit eis, s. quod contingit eis quod compositio mundi est contraria huic cōpositioni, & dicit: Compositio aūt mūdi &c. i. compositio, quā fingit habere mundum, qua fit generatū, non est s̄m modum compositionis figurarū. D. incœpit narrare drīam inter duas cōpositiones, & dicit: per ea enim &c. i. vt mihi videtur, quod natura rerū, ex quibus mūdus componitur, s̄m quod fingit, differt à natura linearū, ex quibus compo-
H nunt figuræ. apparet enim nobis ex hoc error exempli eorū, & surget nobis ratio contra eos. Qm̄ ea, ex quibus mūdus fit, qa sunt corpora existentia in actu, cōtingit vt sint in loco, & tpe. &, cū ita sit, necesse est vt sint priora mundo tpe, & ideo nulla rō est in sermone Platonis, qui ponit ea priora per seculum mundo. Quod innatū est igitur reperiri in tpe, non inuenitur sine tpe: & quod non est natū inueniri in tpe, non habet prius, & posterius, nisi s̄m esse, quod est de lineis cum figura, & magis de rebus abstractis. qm̄, si aliqua
I generatio fuerit ex rebus non temporalibus, tunc illæ res non erunt priores nisi in esse tm̄. Si igitur intendebant, cum dicebant mundū esse generatum, qa est ex causis prioribus in esse, erit verū. sed verba eorū non compatiuntur hoc. aut ergo peccāt, aut hoc deuiat à veritate, aut male docent. &, cum dicit, quod ex natura illarū rerū apparet drīa inter vtrūq;, scilicet exemplū, & exemplar, incœpit demonstrare hoc, & dixit, quod mūdus primo generatur ex hoc, deinde ex hoc. i. vt mihi videtur, quod contingit eis, vt illæ res, inquātū sūt entia, K sunt alicuius qualitatis, quā dicunt esse inordinatā. componuntur ergo ex qualitate, & quali deferenti, & de lato, & similibus materiæ, & formę. erunt ergo illæ res primo generatæ ex aliquo, quod est ex eis quasi materia: & erit iste mūdus indiuidualis primo generatus ex istis rebus.

Qđ innatū ē reperiri in tpe nō reperit̄ sine tpe. & qđ nō ē innatū reperiri i tpe, non hēt prius, & posterius nisi s̄m esse. Idē š. c6. 104.

D. d. hæc igit̄ duo differunt, vt dicunt. i. contingit eis vt ea, ex quib. fit mundus, differant à mundo naturaliter, sicut dixerunt. D d. res. n. erant sine ordine, &c. i. & sic dixerunt ipsi in rebus, ex quibus mūdus generabat̄ cum mūdo. Dicūt enim L quod ea, ex quibus mundus fit, erant inordinata, deinde ordinabant̄, & factus est ex eis mundus. i. quia erant non intelligibilia, neq; recipientia definitionē, deinde efficiebantur recipientia definitionē. D. d. & impossibile est vt ordinatū, & non ordinatum sint, &c. i. & impossi est vt eadē res sint recipientia definitionē, & nō. insimul. qm̄ omnino erit priuatio definitionis prius tpe habitu definitionis. & non est ita de lineis, q̄ fiūt. & intēdebat p hoc, quia, cum ponit̄ mundus esse factus, continget vt ea, ex quibus fit, sint priora eo tpe. & M intendebat p hoc, quod dixit quòd generatio, & tempus sunt inter ea. i. quod transmutatio eorum ex inordinatione ad ordinationē est generatio, & omnis generatio est in tempore.

D. d. linearū aūt, &c. i. quia lineæ non sunt priores figura in tpe, cum extra animā non inueniantur nisi p figurā: intellectus aūt abstrahit eas à figura. & non est prima earū, &c. i. & non inueniebātur lineæ primo, i. per se, s̄m dispositionem oppositam dispōni habitæ, cū fuerint in figura. con-

A contingit igitur vt transmutatio earũ à prima dispositione in vltimum sit alteratio, & quod sint priores figura tempore. D. d. Manifestũ est igitur, &c. idest ex hoc, quod primo dictũ est quod omne generabile oportet esse corruptibile. Dicere aũt mundum esse generatũ à nihilo, sicut Loquentes dicunt, continget eis vt nõ sit generatum. generatio. n. non est ex priuatione essentiali: quemadmodum calor non fit ex frigore essentialiter, nisi contrariũ recipiat suũ cõtrariũ.

Cõtra ponẽtes creationem.

B Cum igitur priuatio non recipit esse, quia essentiã priuationis non transmutatur in esse, aut mũdus erit modo priuatus, aut semper fuit: sed impossibile est vt sit priuatus: ergo semper fuit. ideoque null' Antiquorum dicebat hoc: quoniam est impossibile, & inopinabile.

Essẽtia priuationis nõ trãsmutatur in esse. Idẽ 5. Ph. 7. & 8. idẽ 1. Phy. 51 & 8. Phy. 4. & 61.

Vicissim aũt constituere, atque dissoluere nihil aliud facere est, quàm extruere ipsum, sempiternũ quidem, sed mutãtem formam: quemadmodum siquis ex puero virũ factum, & ex viro puerum, quandoque quidem corrumpi, quandoque autem esse putet. palam enim est quod & seinuicem elemẽtis conC uenientibus, nõ quiuis ordo fit, & constitutio, sed idem: præsertim & secundũ eos, qui hunc sermonem dixerunt, qui dispositionis vtriusque cãm faciunt ipsum contrarium. Quare, si totum corpus continuum existens, quandoque quidem sic, quandoque autẽ illo modo disponitur, & perornatur: vniuersi autem cõstitutio mundus est, & cœlum: nõ vtique mundus fiet, ac corrumpetur, sed dispositiones ipsius.

Cõ. Gen. Mct. cũ cõ. Auer.

Dicentes autem mundum generari aliquando, & corrũpi, volunt ponere mundũ semper esse sine consumptione, sed forma eius alteratur, & transmutatur successiue ex forma in formam: verbi gratia ex pueritia in virum, ex viro in pueritiam. aliquãdo igitur corrumpitur puer, & fit vir, & aliquando corrũpitur vir, & fit puer. Dicamus nos quòd iste sermo est falsus. cum enim elementa veniunt ad inuicẽ, non erant ex eis dispositiones diuer- E *sæ, sed vna ordinatio, & vna dispositio. & ipsi concedunt hoc, quia ponunt generationi, & corruptioni causam, sed tamen causam corruptionis contrariã esse generationis. Dicamus ergo quòd, si corpus mundi est continuum totũ, & aliquando fuerit secundum hanc dispositionem, & aliquando secundum aliã, & semper reuoluitur secũdum hũc modum, & fuerit compositio mundi, & cœli secundum quãcunque dispositionẽ sic, tunc mundus non erit generatus, neque trãsmutabilis, neque corruptibilis, sed dispositiones eius sunt, quæ corrumpuntur.* F

Cum compleuit contradictionẽ opinionis, dicentis mundum esse generatum, sed non corruptibilem, & contradictionem exẽplorum, nunc incipit contradicere opinioni dicentis ipsum esse generabilem, & corruptibilem in reuolutione, scilicet quod semper trãsfertur ex generatione in 107

G corruptionem, & econuerso, & dixit: Dicentes aũt mundum, &c.i. cõtingit eis, qui hoc dixerunt, s. ꝙ mundus sit perpetuus ſm suam formam substantialem sine cõsumptione, & generatione in substantia. qm̃ transmutatio nõ est de forma in formã, sed de accidente in accidens, i. de dispositione in dispositionem. Et hoc intendebat, cum dixit: ex forma in formã: & signũ eius est, quod dixit post. v.g. ex pueritia. i. hoc, quod dixit de mundo est quẽadmodum diximꝰ in aliquo indiuiduo ipsum eẽ æternũ, sed aliqñ transmutatur ex

H pueritia in iuuentutẽ, & aliqñ ex iuuentute in pueritiã. Deinde incœpit narrare modũ, ex quo contingit eis hoc, & dixit: Dicamus nos ꝙ iste sermo, &c. i. qm̃ dicentes hoc fingũt ꝙ elementa, ex quibus fit iste mundus, congregantᷓ aliqñ, & aliqñ separantur, ex qbus fit generatio, & corruptio. Et, cũ ita sit, substantiæ non erit generatio, & corruptio: cum definitio elementorum, & ordinatio sit eadẽ apud congregationem, & separationem. Videtᷓ igitur ꝙ intendebat dicere, cum dixit nõ erant ex eis dispões diuersæ, i. formæ diuer-

I sæ. & signum huius est, ꝙ dixit ꝙ ex eis erat vna ordinatio. Et potest intelligi ꝙ dispositiones, ex qbus trãsmutantur elementa, non erunt infinitæ in specie, sed ex eis erunt dispositiones eędem in specie, & definitione, quæ semper iterantur in elementis ſm reciprocationem. Et intendebat per hoc ꝙ, si dispões essent infinitæ in specie, contingeret vt omnis dispositio earum esset corruptibilis simpliciter, cum nunq̃ reuertatur. quasi igitur vult demonstrare ꝙ cõtingit sustinentibus hanc opinionẽ

Expositio Prima.

Expositio secunda.

K ꝙ indiuidualis mũdus sit æternus in substantia, & in accidentibus, æternus in specie. Et dixit hoc, quia, si accidentia eius nõ essent æterna in specie, possibile esset dicere ipsum aliquo modo corruptibilẽ: & necesse fuit vt illa accidentia sint æterna in specie, cum illa accidẽtia sunt opposita, & iteranda super mundum, vt congregatio, & separatio, quam dixit dominus istius sermonis. & ipse innuebat hoc, cum dixit: & ipsi cõcedunt hoc, quia ponũt, &c. idest quia Empedocles concedit istas dispositiones cõtrarias, & ponit dispositio-

L nem, quã dixit generationem, causam aliam à causa, quã ponit dispositioni, quam dixit corruptionem. idest quia ponit causam generationis amicitiam, & causam corruptionis litem. Et, cum narrauit ꝙ contingit eis ꝙ elementa sunt æterna in diuidua in substantia æterna specie in dispositionibus, incœpit demonstrare ꝙ tale non debet dici absolute, neq; esse generationẽ mũdi, neq; corruptionem, & dixit: Dicamus ẽt ꝙ, si corpus, &c. i. potest intelligi ex isto sermone ꝙ, si corpora, ex quibꝰ mundus componitᷓ, fuerint neq; ge-

M nerabilia, neq; corruptibilia. & hoc intendebat, cũ dixit: continuũ totũ, & huiusmodi corpora aliqñ inueniuntur ſm aliquam dispositionẽ, & aliquãdo ſm aliam, & semper reciprocentur, necesse est vt mundus sit æternus. Visum est igitur ꝙ intẽdebat, cum dixit: & fuerit compositio mundi, & cœli ſm quamcũq; dispositionem sic. idest ex his duabus dispositionibus reciprocantibus, s. vt intelligatur per dispositionẽ compositio, quæ est in ipso mundo. Et possumus intelligere hic per dispositionem

Vide ex posita. Phys. c. & 1. Phys. ſi. 12. Vide cõ Zim. Prima positio.

Expositio secunda.

A tionem aliquam aliã intentionem, scilicet compositionem corporum, ex quibus constat mundus, nõ compositionem mundi ex eis. idest dum nõ dissoluitur compositio illorum corporum simplicium, ex quib' fit mundus sm quemcunq; modũ sit compositio eorũ, scilicet aut ex materia, & forma, aut ex partibus indiuisibilibus. hæc autem corpora non transmutantur in dispositionibus, nisi propter continuationẽ aliquando, & separationem aliquando. cõtingit. n. ex hoc ꝙ mundus sit æter-

B nus, neq; generabilis, neq; corruptibilis in substantia. D. d. sed dispositiones eius sunt, quæ corrumpunt. & potest intelligi compositio corporum simplicium, sicut diximꝰ adinuicem apud congregationem, & separationẽ, quas dixit Empedocles.

Expõ pria

Expõ secda

Et possumus intelligere per dispositiones congregationem, & segregationem corporum simplicium in se, nõ tamen ad inuicem. hęc enim cõpositio contingit eis vt sit æterna, cũ non sint corpora simplicia, in quæ fiat dissolutio istorum corporũ simplicium, ex quibus mundus componitur. necesse est igitur vt composi-

C tio corporum simpliciũ, ex quibus mũdus componitur, sit compositio necessaria: compositio autem mundi ex illis corporibus non est necesse apud eos vt sit necessaria. sed dissolutio huius compositionis non est generatio, neq; corruptio: cum generatio, & corruptio apud eos omnes non sit nisi in compositione corporum, ex quibus mundus componit. & propter hoc contingit eis secundũ hanc opinionem vt mundus non sit generabilis, & corruptibilis in substantia, sed in accidentibus.

Omnino aũt factum corrumpi, & non reuerti, vno quidẽ existente, impossibile est. priusquã enim fieret, semꝑ existebat, quæ ante ipsum erat, cõstitutio, quã non factam non possibile esse dicimus transmutari. infinitis autem existentibus contingit magis. At vero & hoc, vtrũ impossibile sit, an possibile, erit manifestum ex ijs, quæ posterius. D

Dicentes vero quòd mundus sit corruptibilis, et non reuertetur omnino ad generationem, respondebimus eis quòd, si mundus sit vnus, impossibile est vt sermo eorum sit verus omnino. quia antequã mundus fuerit, fuit illud, ex quo componebatur: &, nisi illud esset ante generationem, non diceremus quòd illud alteraretur in ipsum. si igitur habuit potentiã vt alteraretur, possibile est vt mundus ex eo reuertatur. si autem mundus non sit vnus, sed plures, tunc forte verum dicunt de mũdo. Et nos dicemus post vtrũ est possibile, an non. E F

Modo vult cõtradicere opinioni dicentium mundum esse generabilem, & corruptibilem corruptione ęterna sine generatione, & dixit: Dicentes vero ꝙ mundus, &c. idest dicentes autem ꝙ mundus corrumpitur post generationem, & ꝙ nunq̃ reuertetur ad generationem, mentiuntur: & sic destruemus sermonẽ eorũ, scilicet ꝙ mundus non corrũpetur, nisi in ea, ex quibus generat. 101

G Et hoc etiam erit, cum fuerit vnus
indiuiduo, necesse est vt reuertatur
ad generationem, cum hanc dispositionem habebat ante generationẽ.
Ea enim possibilia sunt, vt ex eis fit
mũdus post corruptionẽ, sicut ante
generationem. &, nisi essent possibilia vt ex eis fieret mundus, non esset
mundus. Cum ergo posuimus hoc
esse possibile post corruptionem, sicut ante est possibile, necessario exibit in actum. &, si nõ, possibile reuerteretur in impossibile. necessariũ est
ergo vt generatio mundi reuertatᶜ.

Et hoc intendebat, cũ dixit: & nisi
H illud esset ante generationem, &c. i.
nisi illud, ex quo generatᵘ fuit, esset
possibile vt mũdus sit ex eo ante generationem mundi, non diceremus
in eo, ꝙ alteraretur, & transmutaretᶜ
in mundum. D. d. si igitur habuit
potentiam vt alteraretur, &c. idest si
igitur illud, aut illa, ex quibus mundus generatur, habebãt potentiam
alterationis in mundum, necessario
alterabuntur in ipsum post corruptionem, sicut ante generationem:
mundus ergo reuertetur post corruptionem multotiens. D. d. si autem
I mundus non sit vnus, &c. i. si autem
mundus corrumpatur fm mutationem ex hac forma in formã illi contrariam definitione, ista aũt forma
secunda remaneat æterna, aut transmuteᶜ in formam ei, & primæ contrariam, s. tertiam, & sic in infinitũ,
nunquã reuerteᶜ ista forma. D. d.
Et nos dicemus post, &c. hoc quidẽ
iam dixit superius, s. ꝙ impossibile
est vt mũdi sint plures vno, & ꝙ impossibile est trãsmutari in formam
cõtrariam suæ formæ: & forte rectũ
est reuerti ad sermonem de hoc, &
cõplere contradictionem huius positionis ex proprijs illius, s. eius, qui k
ponit plures mũdos diuersos in forma. & sic declaratum est hoc esse impossibile, cũ sit impossibile esse corpora simplicia alia ab his corporibus.
& ideo impossibile est vt ex eis componatur mũdus, compositione alia
ab hac compositione.

Sunt autem quidam, quibus
fieri posse videtur, & ingenerabile quippiam existẽs corrũpi,
& genitũ incorruptibile perdurare, vt in Timæo. ibi enim ait
Timæus cœlum factum quidem
esse, non tñ esse corruptibile, sed L
fore quidẽ reliquo semper tpe.
ad quos naturaliter quidem de
cœlo solum dictum est, vniuersaliter autem de omni speculantibus erit et de hoc manifestum.

*Sunt autem alij, qui dicunt possibile est vt aliquid non generatur,
tamẽ corrumpitur, & possibile est
vt aliquid generetur, & non corrũpatur, vt dictũ est in Timæo, quòd
cælum generatum est, & est perpetuum in ceteris temporibus sine* M
*corruptione, & consumptione. Nos
vero dicamus, quòd isti cælum non
disponunt, nisi tantum sermone naturali. nos autem perscrutabimur
de hoc perscrutatione cõtinente omnia. cum igitur hoc fecerimus, manifestabitur tunc nobis vtrũ cælũ
sit generatum sine corruptione.*

Cum demonstrauit mundũ non 109
esse generabilem, aut corruptibilẽ,
vult perscrutari vtrum cum hoc sit
in eo potentia ad corruptionẽ. qm̃

qui

A qui concedit ꝙ in ęterno erit potentia ad corruptionem, possibile est apud eum vt aliquid generetur, & remaneat post æternum, vel perpetuum. vt Plato in Timęo. tunc eñ habebit potentiam ad corruptionẽ absq; corruptiõne: quoniam, antequam generabatur, erat corruptibile in actu. Cum igitur generatũ fuit, corruptibile est in potentia. & similiter possibile est secũdum hãc opinionem quòd aliquid, quod in præterito semper fuit, in futuro tamen corrumpatur. potentia enim corruptionis ĩ eo tempore infinito B fuit, scilicet præterito, deinde exibit in actum post tempus infinitum.

Et dixit in sermone dicentium ꝙ cœlum est generatum, & non corruptibile, quòd nõ disponebant cœlum dispositione naturali: quoniã manifestum est per inductionẽ vniuersalem quòd omne generatũ est corruptibile. Et dixit: nos autem perscrutabimur de hoc perscrutatione continente omnia. quia qui voluerit de hoc perscrutari in cęlo, & dimiserit pscrutari de hoc in eo, quod est vniuersalius, scilicet in omnibus entibus, est ille, qui perscrutaretur C de tribus angulis quòd debẽt esse æquales duobus rectis in triangulo æquilatero, non de triangulo simpliciter, inquantum triangulus. declaratum est enim quòd tales propositiones non sunt primæ, neque essentiales. ideoq; dixit: cum igitur hoc fecerimus, idest cum perscrutabimur de hoc per propositiones essentiales.

An dari possit ingenitum corruptibile, aut genitum incorruptibile. D

Cap. 2.

PARS PRIMA.

Quot modis generabile, & corruptibile, ingenerabile, & incorruptibile dicatur: causaq; assignatur, cur, vbi sunt nomina ęquiuoca, eorum primùm significata enumerare oporteat.

PRimum aũt diuidendum est quomodo ĩgenerabilia & gñabilia, dicimus, & corruptibilia, & ĩcorruptibilia. Multipliciter enim cũ dicantur, & si nihil refert ad rationẽ, E necesse est intellectum indeterminate se habere, si qs eo, quod multipliciter diuiditur, tanquã indiuisibili vtat. immanifestũ enim est ſm quam naturam ipsi accidit quod dictum est.

Sed antequam hęc faciamus, diuidamus prius intentiones generationis, & corruptionis, & declaremus quid est dicere generabile, aut non generabile, & nõ corruptibile, aut corruptibile. Cum enim idem fuerit recipiens plures intentiones, quæ non distinguuntur, & aliquis F *considerauerit illud sine distinctione, & sine diuisione, stupefiet in intellectu, & dicet de eo sermonem sine diuisione, & sine distinctione necessario. nesciet enim de cuiusmodi natura dicitur illud, & cuius intentione.*

Quia vult perscrutari vtrum aliquid sit æternum, & deinde post cor- 110 rumpatur, aut aliquid sit generatũ, deinde post remaneat ęternum, ge-

 nerabi-

G nerabile aũt & corruptibile, & non generabile, & nõ corruptibile dicũtur multis modis, vult primo determinare fm quot modos dicunť hæc nomina, deinde ostendere illud, qđ intendit. qm̃, si hoc non faceret, prouenire error, sicut dixit. Et dixit: Cum enim idem fuerit recipiẽs plures intentiones. & potest intelligi p idem, dictio. & quasi dicit qm̃, cum aliqua dictio significet plures intentiones, & potest intelligi per idem, subiectum istius quęstionis. qm̃, cũ idem subiectum fuerit diuersis intẽtionibus, & non distinguantur illæ
H intẽtiones, & accipianť quasi eædẽ, necessario apparebit illud subiectũ habere dispositiones diuersas: quoniam tunc erunt propositiones non eędẽ, vt dictũ est in peri Hermenias. & hæc expositio est quasi apertior. D.d. nesciet eũ, &c.i. quia nescit de cuiusmodi nã dicitur vnaquæq; earum intentionum, cum illę intentiones dicantur de naturis diuersis.

Dicitur aũt ingenerabile vno quidẽ modo, si sit aliquid nunc, quod prius nõ erat, sine generatione, & mutatione, queadmodum quidã tangi, & moueri di-
I cunt. nõ enim generari dicũt, id quod tangiť, neq; id, qđ moueť. Vno aũt, si quid, quod põt fieri, aut factũ esse, nõ est. simŕ enim & hoc ingenerabile, quia cõtingit fieri. Vno vero, si quid omnino impoſe est factum esse, vt qñq; quidẽ sit, qñq; autem nõ. Impossibile aũt dicitur dupliciter. aut enim simpŕ, quia non verũ est dicere q factũ vtiq; erit, aut qa non facile, neq; cito, aut bene.

Dicamus modo quòd aliquid dicitur Nõ generabile multis modis. Quorum vnus est, cum primo fuerit in non esse, deinde in esse sine generatione, & sine alteratione, vt quidam dicunt de tactu, & motione. dicunt enim quòd tactus, et motio non sunt generabiles. Dicitur etiam alio modo, cum, antequam fuerit, est possibile vt fiat, sed non fit nisi per generationem. Et etiam dicitur non generabile alio modo, cum aliquid fuerit impossibile generari, & sine potentia, quæ sit in eo ad generationem, & non sit aliquando, & aliquando sit. K L

Intendit p esse, formam, & per non esse, priuationem formæ. quasi igiť diceret, dicitur non generabile, cum aliquid fuerit prius priuatum, deinde post fuit ens, cum exit' eius à priuatione ad esse fuerit sine transmutatione, & sine alteratione, s. q generatio eius sit sine tpe. & hoc intendebat, cũ dicit, sine generatione, & sine alteratione, sicut dicunt quidam de tactu, & motu, illos non esse generabiles, quia carẽt eo, quod necesse est in generatione, s. q exitus eorum ẽ à non esse ad esse per transmutationem, & in tẽpore. & illud, quod plus inueniť, hmõi est in reb' relationis. Et manifestum est q hoc non diciť nõ generabile, nisi per similitudinẽ: quia omne, quod post non esse, est, necessario est generatũ. Et apparet ex hoc q nõ dicitur ipsum nõ generatum proprie, nisi apud suum non esse. Themistius aũt dixit q diciť in ambobus, s. apud esse, & non esse. III M

Ad relatione nõ est mot'. Idẽ 5. Ph. t. cõ. 10.

D.d.

A D.d. Dicitur etiam alio modo, &c. idest, & dr nō generatum de aliquo nō ente, sed qđ possibile est esse per transmutationem, & in tpe. & dixit hoc, quia illud, qđ nō est ens, apud suum non esse pōt dici non generabile: sed tñ cōditionatur in eo, vt sit possibile esse, ad drīam ei⁹ ad impossibile. impoſ'e enim dr semper nō generabile: hoc autē non dr non generabile, nisi in aliquo tpe. Sed tñ hoc non generabile, quod dictū est hic, non opponitur generabili. quapropter visum est ꝙ affirmatiuè numerauit hanc intentionē de intentioni

B bus non generabilis & diuisit intentionem, de qua dr non generabile apud suū non esse, cum fuerit possibile, sed suum esse est sine causis generatiōis. qm̄, cum fuerit ens, nō dicetur tm̄ generabile, sed ēt dicet nō generabile. quasi igitur vult hic numerare de modis non generabilis illud, quod ī sua compositione dicit generari, cum illud, de quo vult hic perscrutari, sit hmōi generis. Themistius autem dixit, ꝙ nō dixit possibile in eo, nisi ad distinguendū inter ipsum, & impoſ'e. & intendit per possibile grauē possibilitatem. D.d.

C Et ēt dicitur nō generabile alio modo, cū aliquid fuerit impossibile generari. i. & dicitur ēt de aliquo ente esse non generabile, cum fuerit impossibile generari, quia caret potentia ad generationē: & hoc, non quia aliqñ inuenitur ens, aliqñ non ens. & hoc intēdebat, cum dixit, sine potentia, quæ sit in eo ad generationē, & non sit aliqñ, & aliqñ sit. & addit hanc conditionē, quia aliquod ens nō est impoſ'e generari, nisi cum in eo non fuerit potentia ad generationem. & hoc est, de quo vere dicitur non generabile, s. ꝙ nunq̄ fuit non ens, neq; habet potentiā ad nō esse. D

Et fm hoc non intelligit ex nō generabili impoſ'e, sicut intellexit Themistius, sed dignius ens, vt videm⁹, q̄ illud, quod Themistius intellexit ex hac tertia intētione impossibile. Hæc enim intentio tertia diuidit in duo. Quorū alterū est ꝙ in eo non sit potētia aliqua oīno, & hoc est īpossibile. Alterū aūt est vt in eo non sit potētia, nisi difficilis. sed ipse Themistius dixit ꝙ hanc intentionē secundam eatū duaꝝ diuisionū oportet intelligere ex secūda intentione primæ, in qua, s. dicit, & dicitur etiā nō generabile alio mō, & fingit ꝙ Alexan. explanabat hunc sermonē fm intentionem, qua nos explanaui mus. i. res gñabiles, anteq̄ generēt. E — *Auerrois opinio.*

Et, cū explanatio fuerit fm Themistium, tunc non generabile dr trib⁹ modis. dr enim de eo, quod fit absq; causis generationis, & de difficili generationis, tñ possibili, & de impoſ'i generatiōis. & fm hoc dimittitur ex eis, de quibus dr non generabile, illud, quod est magis famosum dici: & est illud, quod intēditur, s. ęternū, quod nunq̄ fuit generatum. & etiā diminuitur ex hoc illud, quod non est generatum, tñ possibile est facile generari. Illud enim, de quo dicitur non generabile, aut vere, aut non vere dicetur. si non vere, dicetur de generato absq; causis generationis: & de eo, quod est difficilis generationis. dicitur enim nō vere, quia collocatur sub definitione generati, qđ est ens, postq̄ ens non fuit. de his igitur duobus dr non generabile non vere. Vere autē similiter dicitur de alijs duobus, s. de non generato in actu. i. in aliquo tēpore, & non gene — *Themistij opinio.* F — *Auerrois opinio.*

Quinque modis dr ingenerabile.

G rato simplr, sed nec in aliqua hora. & hoc quidem dr de eo, quod semp est, & de eo, quod sem p nō est. triangulus enim est nō generatū simpliciter, & habere plusq̃ tres angulos ē nō generatum etiam simpliciter in rei veritate. ergo sunt quinq; modi. Videtur ergo q forte Arist. congregauit ens simpliciter, & non ens simpliciter sub tertio modo, & congregauit nō ens in aliquo tpe, quod est difficilis generationis, & facilis generationis sub secūdo modo. & fm hoc erūt intētiones, quas dixit, tres. tamen vere sunt quinq;. & hoc fecit propter breuiloquium.

H **Eodem aūt modo & Generabile. Vno quidē, si quod nō erat prius, posterius fit, siue genitū, siue absq; generatione qn̄q; quidem nō sit, rursus aūt fit. Vno autem, si possibile sit, siue veritate definito possibili, siue facilitate. Vno vero, si generatio ipsius sit ex eo, quod nō est, in id, quod ē, siue iam existente, sed per generationē existente, siue etiā nondum existēte, verū contingēte.**

I *Et similiter dicitur Generabile multis modis. Quorū vnus est, cum aliquid fuerit impossibile generari, deīde fuerit in postremo nō ens, aut per generationem, aut sine generatione, & est aliquando ens, et aliquando non ens. Et etiā dicitur generabile alio modo, cum aliquid, quod non fuerit, est possibile generari. Et etiam dicitur generabile alio modo, cum aliquid non fuit, & deinde fuit per generationem.*

K Cum finiuit dictum de numeratione intētionum, de quibus dr non generabile, vult dicere de quibus dr generabile. Et, quia vna intentionum, de quibus dr non generabile, est illud, quod est possibilis generationis, quod adhuc non est: hoc aūt est duob' modis, aut fiendum p causas generatiōis, aut sine causis eius. &, qa hoc est, oportet vt hoc nomē generabile dicat' ēt de oppositis harū duarū intētionum, s. de eo, quod est in actu post non esse absq; causis generationis, & de eo, quod est in actu cū causis generationis. & ideo incœpit, & collocauit has duas intētiones in vno sermone, & dixit: Et simr dicit' Generabile multis modis. Quorum vnus est, cū aliquid fuerit impossibile generari, deīde fuerit in postremo nō ens, aut p generationē. aut sine generatione i. quia generabile dr de eo, quod fuit in actu, postquā non fuit, deinde post non est. & hoc est duobus modis, quorum vnus est vt fiat sine causis gn̄atiōis, alius cū causis. 112

Nihil autem nos turbet, determinet enim ſm excessus finem id, quod proprie posse dr̄. Forsitan. n. instabit vtiq; quis ꝙ non necesse sit quod dictum est. Videns. n. stadium, non vtiq;, quæ infra sunt, videbit magnitudines. sed contra potius potens videre punctum, aut paruū audire sonum, & maiorū habebit sēsum. Sed nihil refert ad rōnem. determinetur enim aut in potētia, aut in re excessus. id enim, quod dr̄, manifestum est. visus enim, qui minoris est, excedit, velocitas aūt, q̄ est maioris.

Si igitur terminus potentiæ est finis suæ potentiæ, est vltimū eius potentiæ secūdum magis. Non igitur existimetis, si aliquis dixerit nobis, quoniā forte aliquis cōtradicet sermoni nostro, quòd defini- F
tio, per quam definimus potentiā, non est necessaria, neq; recta. qui enim videt aliquid ex leuca, potest videre minus ex minori leuca. Sed huic est contradictio sermoni. quia qui potest videre punctum, vel audire minimam vocem, potest videre plus, quam punctum, & audire magnam vocē. Dicamus igitur quòd hoc non destruit nostrum

sermo-

G *sermonem de definitione potentiæ : quia definitur aut in fine rei, aut in ultimo suæ potentiæ.*

117 Idest sit ergo terminus istæ potētiæ ſm magis, qđ est finis ſuę actionis. Et, quia ĩ hoc, quod dixit de potentia, est quęstio, incœpit munire hoīes ab illa q̄one, ad demōstrandū eius contradictoriá, & dixit: Nō igitur existimetis ipsum esse falsum ꝓpter sermonem alicuius cōtradicentis. quia qui definit potentiam p magis, non recte facit. qui .n. videt aliqđ quantū terminatū ex spatio terminato, potest videre minus ex minori spatio, & non potest videre illud min⁹ ex spatio, ex quo videt maius. non ergo oīs potentia, q̄ maius comprehendit, potest minorē comprehendere: nec ēt oīs potentia hēt finem terminatū in sua actione. nā qui aliquid ex vna leuca comprehēdit, comprehendit maius ex illa leuca, & maius maiori, & sic in infinitum. & hoc intendebat cum dixit: Qui .n. videt aliquid ex leuca, pōt videre minus ex minori leuca .i. & non pōt videre illud minus ex leuca, & videt maius ex illa leuca, sed

vel demō strando.

H

I huic est cōtradictio sermoni, &c. i. sed hoc, quod apparet de visu, dicto est contrariū. iā. n. dictū est ꝙ illud, cui data est aliqua potentia, non potest agere plus illa potētia. & hic apparet de potentia visus econtrario: q̄m, si minus comprehendet, maius comprehendet. sıl'r de voce. nā qui aliquam vocem ex aliquo spatio audierit, audit maiorem ex illo eodem spatio. D. incępit dissoluere hanc q̄stionem dicendo: Dicamus igit̄ ꝙ hoc non destruit nostrū sermonē, i. & hoc exemplū non destruit vniuersitatem sermonis prædicti. Oīs

K enim potētia aut est actiua, aut passiua. si actiua, terminat̄ p vltimū finem eius, quod agit: si passiua p minimum eius, à quo patit̄. nam, cum à minori patit̄, patiet̄ à maiori: & potentia, q̄ est fortioris passionis, patit̄ à minori. hęc quidem est dispositio potentiæ visus. cum .n. patiet̄ à grano milij ab aliquo spatio, patietur à maiori ex illo eodem spatio. sensus igitur fortes sunt, qui comprehēdūt minimum eorū, quę sunt possibilia vt comprehendant̄ de spatijs, ex quibus disperat̄ visio. &, cū ita sit, potētia non terminat̄, nisi ex suo fine, siue fuerit actiua, siue passiua.

Sēsus fortes sᵗ, q cōprehēdūt minimū eorū, q̄ sᵗ possia vt cōprehendantur de spatijs, ex qb⁹ disperat̄ visio. de ista fortitudine vide 5. de gnāt. aīalium. c. 1.

L Determinatis autē his, dicere oportet id, quod deinceps, ē. Si itaq; sunt quędam possibilia & esse, & nō, necesse est tempus aliquod plurimum ipsius esse, & ipsius non esse determinatū esse. dico autem quo possibile ē rem esse, & quo possibile est nō esse, ſm quodcunq; prędicamentum: vt hominem, aut album, aut tricubitum, aut aliud quodcunque talium. si. n. nō erit, quātum quoddam, sed semper proposito maius, & quo non est minus, infinito erit tempore idem possibile esse, et non esse alio infinito. sed hoc impossibile.

M

Volumus modo, post quam hoc distinximus, s. potentiam, & debilitatem, determinare residua per ea, quæ sunt similia. Dicamus igitur quòd, si aliquid habuerit potētiam ad esse, & non esse, omnino est tempus distinguens inter suum esse

A *esse, & suam destructionem, s. tempus, in quo illud habet potentiam ad esse, & non esse. & iste sermo est in omnibus prædicamentis, ut homo, & album, & tricubitum, & alijs prædicamentis. si igitur hæc potentia non fuerit in aliqua hora temporis, & tempus eius fuerit continuum, & non inueniatur ei tempus, neq; modicum, neq; multum, illud tunc habebit potentiam ad esse, & non esse in tempore infi-* B *nito. quod est impossibile.*

118 Cum declarauit potentiam ex ultimo suæ actionis, & defectum potētiæ ex potentia rei, quæ non potest facere aliquid, & hoc in rebus actiuis, & passiuis, vult ostendere ꝙ similiter contingit in rebus generabilibus, & corruptibilibus. entia. n. p potentiā, quæ est in eis ad generationem, generant̃, & p potētiam, quæ est in eis ad esse, sunt, & corrumpunt̃ per defectum istius potentiæ. Et hoc intēdebat cum dixit: determinare residua p ipsum, quod est simile. i. permutationem iudicij in hoc ad gene C tabile, & corruptibile. D. d. & iste sermo est in oībus prædicamentis, i. & hæc intentio potentiæ, & defect⁹ est eadem in oībus prædicamentis, in substantia, s. vt homo. in hoīe etenim dicimus ipsum habere potentiam ad esse centum annorū, & non habere potentiam ad esse plus q̄ centum annorū. & similiter de qualitate, & quantitate & alijs prædicamētis, cū attribuimus eis potentiā, s. ꝙ terminamus omnes has potentias ex vltimis suarū actionum in tpe, s. ex vltimo tempore, in quo possibile est vt istud remaneat ens. corruptionem D autē terminamus ex primo tēpore, in quo posse est corrumpi. & similiter terminamus potentiam generandi ex primo tpe, in quo possibile est generari, cum hoc generari ī hoc sit hoc corrumpi. Et, cum demonstrauit hoc de potentia, dixit: si igit̃ hæc potentia non fuerit in aliqua hora tēporis, &c. i. &, cū apertum sit de potentijs ꝙ tempora earum sunt terminata, si igitur aliquis finxerit potentiam esse non terminatam in aliquo tempore. s. non habere principium, neq; finem, erit vtraq; potentia, q̄ est ad aliquid, & ad suū oppositū, infinita. quod est impossibile. E

PARS TERTIA.

Impossibile esse aliquid esse perpetuum, & ei inesse potētiā ad priuationem.

PRincipium autē sit hinc. Nā impossibile, & falsum non idem significat. est autem Impossibile & Possibile, & Falsum & Verum ex suppositione quidem: dico aūt vt triangulum impossibile est duos rectos habere, si hæc. & diameter commensurabilis est, si hæc. sunt autem simpliciter & possibilia & impossibilia, & falsa & vera. Non igitur idem est, & falsum aliquid eē simpliciter, & impossibile simpl. te enim non stantem dicere stare falsum quidem est, non autē impossibile. similiter autem & citharizantē, non autem cantātem cantare dicere, falsum quidem est, sed non impossibile. simul autē stare, & sedere, & diametrū commēsurabilem esse non

Impossibile & falsum nō idem. F

G non solum falsum est, sed & impossibile. Non igitur idem est supponi falsum, & impossibile. accidit autem impossibile ex impossibili. Sedendi igitur, & standi simul habet potentiam. quia qn̄ habet illā, & alterā: sed non sic, vt simul sedeat, & stet, sed in alio tempore.

Incipiamus modo, & declaremus quomodo est impoßibile. & dicamus quòd falsum, & impoßibile non sunt idem. sunt enim quatuor H *Impoßibile & Poßibile, & Verum & Falsum. Poßibile est vt triangulum esse isochelem. impoßibile vero vt diametrum esse aequalem costae. Falsum autē, & verum non sunt idem, sicut diximus superius. qui ergo dicit aliquē surgere, cum non surgit, falsum dicit, sed non impoßibile. & qui de cantore dicit ipsum cantare, dum non cantat, falsum dicit, sed non* I *impoßibile. dicere autem idem surgentem esse, & sedentem simul, non tantum falsum, sed impoßibile. Impossibile enim est hominem habere potentiam, qua sit surgens, & sedens insimul in eodem tempore. quia in tēpore in quo est ei vnū, est in illo tempore potētia alterum etiam: quia in eodem tempore habet duo, tamen nō in actu, sed surrectio in vno tēpore, & sessio in alio.*

119 Cum declarauit ꝙ contingit dicenti ꝙ in aliquo, quod est ens p tēpus infinitum, est potētia ad nō eē, K vt duae potentiae insimul sint infinitae, & ꝙ tempus actionis vnius potētiae non sit aliud à tempore secundę potentiae, & narrauit, ꝙ ab hac positione sequit̃ impoſſe, incœpit dicere quomodo sequit̃, & proposuit hanc propositionem, s. ꝙ falsum est duobus modis, impossibile, & non īpossibile: & ꝙ falsum, quod est non impossibile, est illud, quod est possibile vt sit, qn̄ ponit̃ ens in actu, anteq̃ sit, v.g. ꝙ, si posuerimus Socratem, qui est surgens, esse sedētem, est falsum possibile, & non impossibile. & vr̃, quemadmodum dixit, sunt quatuor intentiones, falsum, possibile, L impoſſe, verum. D. dedit exemplum de Possibili, vt triangulū esse isochelem, quod est possibile esse. & ideo laborant Geometrae declarare quomodo possit inueniri. Impossibile aūt est, vt diametrum quadrati esse cōicantem costae. & hoc intendebat cū dixit: aequalē. D. d. Falsum autē, & verum non sunt idem, ita fuit in libro primo. sed d̄bet esse, falsum, & impossibile non sunt idem, sicut diximus superi⁹. impossibile. n. est falsum, sed non conuertit̃: sicut qui dixit surgentem, qui non est surgēs, M quia falsum dicit, non tñ impossibile, cum possit quidem surgere. qui aūt dixerit idem surgentem & sedētem, simul falsum dicit, & impossibile. Falsum ergo est duobus modis, falsum possibile, & falsum impoſſe. D. d. quia in tpe, in quo, &c. i. ī tpe, in quo habet vnum oppositorū, nō habet in illo tpe nisi potentiam ad secundū oppositū, nō potentiam ad oppositum habitum ī actu. qm̄ qd̄ habet in actu, non hēt potentiā ad ipsum. cum ergo caruerit illo opposito,

A fito, & habuerit fecũdũ oppositum, conuertetur hoc. sic ergo non inueniení in eo duæ potentiæ in simul, sicut nec inueniuní in eo duæ actiones insimul in eodẽ tempore. & voluit ostendere p hoc, ꝙ sic est de potentia ad oppositũ, sicut de ipsis oppositis, s. quia sicut duo opposita nõ congregantur insimul, sic & earum potentiæ non simul congregantur in eadem materia.

Sicut duo opposita nõ cõgregant insit sic & earũ potẽtiæ si simul cõgregant i eadẽ mã. confise. 3

Si itaq; aliquid infinito tẽpore plurium habet potentiã, non est i alio tempore, sed hoc simul. B quare, si quid infinito tempore existens, corruptibile est, potentiam habebit vtiq;, vt non sit. Si itaq; infinito tempore est, fit id, quod potest, s. non esse. simul igitur & erit, & nõ erit ſm actum. falsum igiĩ accidet vtiq;, qa falsum positum est: sed, si non ĩpossibile esset, non vtiq; & impossibile esset id, quod accidit. Omne igitur, quod semp est, simpliciter incorruptibile est. siſr autem & ingenerabile. si enim generabile, erit pole tpe aliquo non eẽ.

ph. t. c. 10 id. hic. c. 121. & 124 Sed vide oppo. 4. me. te. cõ. 20. & 9. met. 10. 17. & 19. Vide cõ. Zim.

C *Si igitur aliquis dixerit aliquid habere potentiã ad plura in tempore infinito, significauit quod illud non facit illas actiones in tempore, sed omnes in eodem tempore insimul. & si sit, sicut dixit, erit aliquid eorum cadentium sub corruptione semper in tempore infinito, habens potentiã, vt non sit sub corruptione semper ad infinitum. quoniam illud, quod habet potentiam vt non sit, est ẽt. Et, si ita sit, erit illud generatum, & nõ generatum insimul in actu. & hoc est falsum, nõ possibile. est quidẽ falsum, quia eius positio fuit falsa. & nisi esset falsa, & impossibilis insimul, conclusio non esset impossibilis. Manifestum est igitur quod oẽ æternum in esse non cadit sub corruptione, neq; sub generatione. quoniã, si caderet sub generatione, & esset generatum, haberet potẽtiam vt non esset in tempore.* D

E 120 Cum declarauit ꝙ potentiæ, quæ inueniuntur in eadẽ re ad esse, & nõ esse sunt finitorũ temporũ, & diuersæ, & dixit ꝙ, si ĩuenirent in aliquo potentiæ ad oppositas res nõ terminatorũ tẽporum, sed tẽp' cuiuslibet potentiæ est infinitum, contingit vt illæ potentiæ agant suas actiones in eodem tpe insimul, non ꝙ vnũ eorũ agat in aliquo tpe alio à tpe, quo aget secunda. Et hoc intendebat, cũ dixit: Si igiĩ aliquis dixerit aliquid habere, &c. i. si aliqs finxerit aliqd æternum habere potentiã ad corruptiõnem, finget ꝙ aliquid habebit potentias ad res oppositas in tẽpore infinito: potentia. n. ad esse, & non esse inueniĩ in eo p tps infinitum. F & qui finxerit ꝙ in eodem inueniẽtur potentiæ ad res oppositas in tpe infinito, ponet ꝙ illud nõ facit illas actiones oppositas in tẽporibus diuersis, sed in eodem tpe insimul. qđ est impossibile, s. actiones cõtrarias in actum exire. Et, quia dicens aliquid æternum habere potẽtiam ad corruptionẽ, ponit non ipsum corruptũ in actu, incœpit narrare quõ

G sequitur impossibile hāc positionē: & est ꝙ sequitur dicentē hoc, vt positio duarum actionum insimul sit falsa impossibilis, non falsa possibilis. Dixit: &, si sit, sicut dixit, erit aliquod cadentium sub corruptione semper ī infinitum. qm̄ illud, quod habet potētiā vt non sit, est etiam .i. &, cum determinatæ sunt ꝓpositiones hæ, si ita fuerit, sicut fingit hic dicens, s. aliquid esse, in quo est potentia ad corruptionem, & illud eē semper in infinitū, necessariū est vt habeat potentiā vt non sit in tpe, ī quo existit in actu. positio ergo ei⁹, ꝙ sit
H non existens in actu, est falsa possibilis. sed, si ita fuerit, continget vt sit ens, & non ens. quod est falsum impossibile. sed falsum impossibile nō sequitur ad falsum possibile, vt dictum est in Analyticis. illud ergo, quod positum fuerat poſſe, s. æternū corrumpi, impossibile est. & hoc intendebat, cū dixit: Et, si ita sit, illud erit generatum, & nō gn̄atū ī actu. quod est falsum impossibile. i. ꝙ, si in æterno eēt potentia ad corruptionem, esset tp̄s actionis potentiæ cū tpe sui esse idem. quapropter necessariū est ꝙ positio eius, s. non eē ipsum in tpe sui eē, sit falsa possibilis:
I sed est falsum impoſſe: & falsum impoſſe non sequit᷑ poſſe. æternum igit᷑ non poſſe est vt corrumpat᷑. D.d. &, nisi eius positio esset falsa, & impossibilis insimul, conclusio non esset impossibilis. i, & nisi propositio, dicens ꝙ æternum est corruptibile, esset falsa, & impossibilis, non sequeretur eam impoſſe. Syll's autem ita componit᷑. Mundus est æternus, & corruptibilis: ergo aliquid ęternum est corruptibile. quod est impossibile. ergo illud, ex quo seqtur, est impossibile, s. mundum esse corruptibilem, impoſſe.n. non sequit᷑ falsum possibile. D.d. Manifestum est igit᷑ ꝙ oē æternum, &c. i. Manifestū est igit᷑ ꝙ oē ęternum caret potentia ad corruptionē ex hoc sermone. Qm̄ *aūt est impoſſe vt aliquid sit ęternū, postq̄ generabat᷑, apparet ex eo, ꝙ addit hic. qm̄ si fuerit ens in actu in aliquo tpe, erit non ens in potentia, cum fuerit ens ī actu. necessario igit᷑ erit in eo potentia, sicut dixit, vt non sit. &, quia in futuro inuenit᷑ æternū habebit potentiam vt non sit p tempus infinitum, & vt sit insimul: & sequit᷑ impoſſe prædictum. Et non debet aliquis dicere, forte, cum fuerit ens in actu, non habebit potentiam ad non esse. qm̄ dicem⁹ qd̄ caret potentia ad aliquid, impossibile est oīno vt sit in eo. si igitur caret aliquid potētia ad non esse, impossibile est vt in aliquo tpe sit non ens. sed iam positum est esse possibile vt in aliquo tpe sit non ens. quod ergo impoſſe est non esse, possibile est nō esse. quod est impoſſe. Et etiam dicimus ꝙ, cum sit in actu, & nō ens in potentia, vtrunq; tempus sui esse in actu, & non esse in potentia sit idem tempus. si igit᷑ dicatur ipsum eē idē, erit non impoſſe vt ponat᷑ non ens, & ens insimul. & hoc est falsum impossibile, non possibile. &, si tempus non esse fuerit aliud à tpe actionis potentiæ ad esse, tunc erit tēpus duarum potentiarū necessario terminatū.* † Et debes scire ꝙ potentia ad aliquid esse non est infinita in præterito tpe, cum fuit accepta in loco propinquo gn̄ationi, sed finita ex duobus extremis: † si autem potētia ad aliquid fuerit accepta in prima materia, tunc æterna fuit in præterito. sed

K Digressio. L M

*Verū potētia post sit esse ad īfinitum.

† Ex hoc loco patet duplicē esse potentiā in mā, videlicet remotā, & ꝓpinquā. vide pro hoc 4. phy. 120.

A sed tñ ista potentia, q̃ semper fuit in prima materia, est indiuidui entis p accidens, vel accidentalis. Et, cũ quidam hoĩes acceperant hãc potẽtiã, quæ est p accidens, quasi essentialr, tenuerunt esse pos͞e vt aliquid non sit p tempus infinitum I pterito, deinde post erit: quapropter est potentia ad suum esse infinita. &, cum putauerint ꝙ potentia ad esse pos͞e est vt sit infinita, existimauerunt ẽt ꝙ pos͞e ẽ ꝙ potentia ad corruptionem in aliquo sit infinita in futuro. Error igitur horum est, quia acceperunt essentialiter, quod est acciden-
B taliter. deinde assimilauerunt essentialem potentiã ad corruptionẽ accidentali potentiæ ad generationem. * impossibile .n. est in aliquo inueniri potentiã ad corruptionẽ infinitam, neq; accidentaliter, neq; essentialiter: potentiam aũt ad generationẽ pos͞e est ĩfinitã reperiri accidentaliter, non essentialiter. secundũ igit̃ hunc modum fuit error istorũ hominum in hoc loco.

* Impos͞e ẽ inueniri potentiã ĩfinitã ad corruptionẽ, neq; essentialr, neq; accñtalr: potẽtiã aũt ad gñationẽ pos͞e ẽ infinitã reperiri accñtalr, ñ essentialr.

Ingenerabile.

PARS QVARTA.

Nil dari æternum corruptibile, nec generabile æternum.

Corruptibile enim id est, quod prius qdẽ erat, nũc autem nõ ẽ, aut quod cõ-
C tingit aliqñ posterius non esse. Generabile aũt est, quod contingit prius non esse. Sed in quo, id quod semp est, pos͞e sit vt nõ sit nullum est tẽpus aut finitũ, aut ĩfinitũ. etenim finito tpe põt eẽ, si & ĩfinito. nõ igit̃ cõtigit vnũ, & idem semp posse esse, & nõ esse. at vero neq; negationẽ, ceu in quã non sẽper esse. impos͞e ẽ ergo & semper quidẽ aliquid esse, atque corruptibile esse. Simili- D
ter autẽ neque generabile. duorum enim terminorũ si impossibile sit posteriorem sine priore existere, si hunc impossibile existere, & posteriorẽ. quare, si qđ semper est, non contingit aliqñ non esse, impossibile est & generabile esse.

Dicamus igitur quòd illud, quod cadit sub corruptione, ẽ illud, quod primo fuit ens, deĩde modo nõ ens, aut possibile, vt sit non ens in futu- E
ro. Generabile autẽ est illud, quod primo fuit non ens, deinde post est ens. Et res æternæ quiditatis nõ habet potentiam vt sit non ens in tempore finito, neq; in tempore ĩfinito. impossibile est igitur vt idem habeat potentiam, qua semper sit ens & semper non ens. & impossibile est aleconem vt sit verum, vt dicimus quòd impossibile est idẽ esse ens semper, & non ens semper. & cum ita sit, impossibile est vt ali- F
quid sit semper ens, & cum hoc cadat sub corruptione. Sunt igitur duo termini, quorum vnus est ante alterum, & impossibile est vt alter terminus sit absq; essentia primi. quoniam, si primus non fuerit, non erit alter omnino. Et, cum ita sit, & res æterna perpetua, quã ĩpossibile est vt in aliquo tempore etiam fuerit non ens, impossibile est vt sit generata omnino.

G Vult declarare ꝙ ex definitione
120 generabilis, & corruptibilis apparet ꝙ impossibile est vt aliqđ generabile sit nõ corruptibile, neq; corruptibile nõ generabile, & dixit: Dicam⁹ igitur, &c. i. dicamus modo ꝙ corruptibile dicitur duobus modis, ĩ actu s. & in potentia. In actu est illud, qđ fuit in tẽpore preterito ens, & modo nõ ens. In potentia aũt est illud, quod modo est ens, & in futuro possibiliter non ens. Et, cum definiuit corruptibile, definiuit generabile, & dixit: Generabile autem, &c. i, generabile autem est quod in tempo-
H re præterito est non ens, modo aũt est ens. D. d. Et res æternę quiditatis nõ habet potentiam, &c. i. &, cũ declaratum est ꝙ generabile, & corruptibile conueniunt in hoc, ꝙ ĩ aliquo tempore non sunt: & quod est huiusmodi, habet potentiam finitã vt corrumpat͛, s. in tempore finito: æternum autem non habet potentiam vt corrumpatur, neq; in tẽpore finito, neq; in tpe infinito. Et intendebat p hoc, ꝙ si inueniat͛ in eo potentia in tpe infinito, continget ꝑdictum impoſſe. Vr igit͛ ꝙ ĩ primo sermone posuit ꝙ, si in æterno inue-
I niat͛ potentia ad corruptionem, continget vt sit infinita. in hoc aũt posuit ꝙ, si in æterno inueniat͛ potẽtia ad corruptionem, aut est finita, aut infinita: si finita, continget vt æternum sit non æternũ, si infinita, cõsequetur ex possibili impossibile. D. d. & impoſſe est vt aleconem sit verum, &c. i. impoſſe est vt contraria inueniant͛ insimul: vt dixim⁹ ꝙ impossibile est vt aliquid sit non ens semper, & ens semper. Et vr̃ ꝙ induxit hoc ad demonstrandum, qm̃, sicut est impoſſe ꝙ contraria inueniã-tur insimul ĩ actu, ita est impoſſe vt
K duæ potentię inueniant͛ insimul ad duo contraria, s. immediata. sed potentiæ succedunt in subiecto, sicut contraria. & qđ dixit hic vr̃ pp hãc intentionem, & pp illud, quod prædixit, s. ꝙ in æterno nõ est potentia infinita, neq; finita ad corruptionẽ. Idem 3. c. 119. & inf. 138. quasi ergo dicit & signum, quod in æterno non est potentia ad corruptionem, neq; in tpe finito, neq; infinito, quòd est impoſſe vt cõgregentur contraria insimul. D. d. &, cũ ita sit, impossibile est, &c. i, &, si impossibile est vt contraria congregẽtur, impossibile est vt aliquid sit semper
L ens, & sit corruptibile in aliqua hora, aut anteq̃ generet͛, vt dicũt facientes æternum generari, aut post, vt q ponunt æternum esse in præterito, corruptibile ĩ infinito. D. d. Sũt igit͛ &c. & intendit p terminos duos generabile, & corruptibile. res. n. primo est generata, postea corrupta. et qui posuit æternum esse corruptũ in postremo, ponet ꝙ posterior terminus inueni͛t absq; primo. quod est impoſſe. D. d. Et, cum ita sit, & res æterna, &c. i. &, cum cõtingit ꝙ corruptum non fuerit ante generatũ: & generatum est illud, quod in ali-
M qua hora non fuit generatum: æternum aũt est illud, quod est impoſſe vt aliquo tpe sit non ens: manifestũ est ꝙ ęternum nunq̃ fuit generatũ: & cũ non gñatũ, nõ corruptibile ẽ.

PARS QVINTA.

Quibus in rebus inueniatur generatio, & corruptio. Et ꝙ generabile, aut corruptibile non possit esse æternum.

QVoniam autem negatio eius quidem, quod semper potest esse, est, quod non semper potest esse, qđ autẽ semper

A semper potest non esse contrarium est, cuius negatio est quod non semper potest non esse, necesse est negationes amborũ eidem inesse, & esse medium eius, quod semper est, & eius, qđ semper nõ est, id, quod possibile est esse, & non esse. vtriusq;.n. negatio quãq; existet, si non semp sit. Quare, si & quod non semper non est, erit quãq;, & non erit, & quod non semper potest esse sanè, sed quãq; est ita, vt & non sit. idem igitur erit possibile esse, et B non. & hoc est amborũ mediũ.

Dicamus etiam quòd aleconem eius, quod habet potentiam vt semper sit ens, est illud, quod non habet potentiam vt semper sit ens, contrarium autẽ istius est illud, quod habet potentiam vt semper sit non ens, aleconem etiã istius est illud, quod non habet potentiam vt semper sit non ens. Dicamus igitur quòd possibile est vt inter ista aleconem sit aliquod mediũ, quod possibile est vt sit ens, & non ens, in C *tempore, & tempore, quoniam aleconem vtriusq; eorum erit non ens in tempore, & in tempore ens. & hoc erit illud, quod non hẽt potẽtiã vt semper sit ens, vel semper non ens, sed in aliquo tempore ens, & in aliquo tempore non ens. Habebit igitur idem potentiã vt sit semper non ens, & vt sit in aliquo tempore ens, & in aliquo tempore non ens. & hoc est impossibile. habebit* D *igitur idem potentiam vt non sit ens, & vt sit ens in tempore, & tẽpore & est medium aleconem, sicut diximus superius.*

Hæc est demõstratio Tertia: sed 122 prosequit ipsam p primam demonstrationẽ. oẽs.n. demfones, quas inducit in hac qõne, prosequit per demonstrationẽ ducentẽ ad impoſſe, dicentẽ q potentia æterni, quod sit non ens, est falsa, & non* possibilis. *a l. ſposſibilis. Et dixit: Dicamus ẽt q aleconem eius, quod habet potentiam vt semper sit ens, &c. i. & dicamus q cõtra- E dictorium sermonis, dicentis q aliquid hẽt potentiam vt sit semp ens, est q non habet potentiam vt semp sit ens. istorũ.n. duorum, si alterũ fuerit falsum, alterũ erit verũ. D. d. contrarium aũt isti⁹ est illud, quod hẽt potentiam vt semp sit non ens, i. contrarium aũt sermonis, qui est, q hoc habet potentiam vt semp sit ens, est hoc, quod hẽt potentiã vt sẽper sit non ens. & intendebat p hoc q contraria habent mediũ, contradictoria autem non. D. d. aleconẽ etiam istius est, &c. i. sicut contradictorium eius, quod hẽt potentiam vt semper sit ens, est quod non hẽt potentiam vt semp sit ens, sisr cõtra- F dictorium eius, quod habet potentiam vt semper sit non ens, est quod non habet potentiã vt semp sit non ens. Et, cum declarauit contradictorium duarum harũ vtriusq; propositionum cõtrariarum, s. hoc, quod habet potentiam vt semper sit ens, & hoc habet potentiam vt semper sit non ens, ex quo declarauit eas esse contrarias, non contradictorias

Cõtraria hñt mediũ, cõtradictoria ãt nõ. idẽ 10. Me. t. com. 23.


G dixit: Dicamus igitur quod possibile est vt ex eis aleconem sit aliquod medium.i. &,cũ declaratũ est quod dicere, hoc habet potentiam vt semper sit ens, & hoc habet potentiam vt semper nõ sit ens, sit dicere hoc,s.cõtraria sunt: &,quia in pluribus contrarijs existit medium, possibile est vt in istis inueniatur medium,& est ens, & non ens,s.habens potẽtiam vt sit, & non sit non in eodem tpe. & hoc intendebat,cum dixit: possibile est vt sit ens in tempore, & vt nõ sit ens in tempore. D.reddit causam huius possibilitatis,& dixit:qm̃ aleconem vtriusq; eorum erit non ens.s.quia H contradictorium sermonis, quod hoc est ens in aliquo tempore, est quod nõ est ens in illo tempore. & voluit per hoc demõstrare quod non est impossibile dicere de eodem esse in aliquo tempore, & non esse in alio tempore. Et,cum demonstrauit hoc non esse impossibile, dixit quod est talis naturę:& dixit:et hoc erit illud,qđ nõ habet potentiam vt semper sit ens, vel semper non ens,sed in aliquo tẽpore ens, & in aliquo tempore non ens.i.& hoc medium est illud,quod I non habet potentiam vt semper sit, sed in quibusdam horis sit,& in quibusdam non sit. D.d.Habebit igitur idem potentiam, vt sit semper non ens,& vt sit ĩ aliquo tpe ens,& in aliquo tpe non ens.i.fm quod reputo, quod, si aliquis posuerit iudicium medij inueniri in vno duorum extremorũ contrariorũ.v.g.in eo, quod nõ est semper, continget vt idẽ habeat potentiam vt semper.sit non ens,& potentiam vt in aliquo tempore sit non ens, & in aliquo ens. quod est impossibile. D.d.habebit igitur idem potentiam vt non sit ens,& vt sit ens in tempore, & tempore.i.& est medium aleconem, sicut diximus.i.cũ impossibile est vt habẽs potentiam vt in aliquo tempore sit ens,& in aliquo nõ ens,sit illud,quod hẽt potẽtiã vt semper sit ens,aut illud, quod habet potentiam vt semper sit non ens, oportet quod sit medium inter hęc duo extrema contraria, sicut supius diximus. Et intendebat per hoc quod potentia, quæ dat alicui non esse in aliquo tempore, non reperitur in eo, qđ semper est non ens. K

Ratio autem vniuersalis hæc est. Sint enim A,& B nulli eidem possibilia inesse:omni autem A, aut C B,aut D: necesse est itaque, cui neq; A inest, neq; B omni inesse C D.sit itaq; E medium inter A B.contrariorum.n.quod neutrum est,medium est. huic itaq; necesse ẽst ambo inesse, & D, & C. omni enim aut A, aut C inest. quare & ipsi E. qm̃ igitur A impossibile, ipsum C inerit.eadem autem ratio & in ipso D. L

Sint ergo A, & B contraria, non cadentia in eodem insimul, & sit C contrarium ad A, & D contrarium ad B: & dicamus igitur quòd illud, quod non est in A, neq; in B, est in toto C, et D. sit ergo H, quod est inter A, & B. illud enim quod non est alterum duorum contrariorum, medium est inter illa. erit ergo H, sicut C, & D necessario. M

Figura

A *Figura, ostendens quòd de quo alterius contrariorum negatio vera est, de eodem & alterius negatio vera erit.* D



B E

113 Cum declarauit ratione ꝙ illud, quod hẽt potentiam vt sit in alia hora,& vt non sit in alia hora,non est illud,quod habet potẽtiam vt semp sit,neq; illud, quod habet potẽtiam vt semper non sit,sed medium, vult C declarare hæc literis, & dixit:Sint ergo A,& B ,&c.i.sit illud, quod hẽt potentiam vt semper sit A,& ei' cõtrarium,ꝙ semper non sit,B,& sunt ꝙ impoſſe est vt congregent in eodem insimul.D.d. & sit C contrariũ ad A,& D contrarium ad B.i.& ponamus contrarietatẽ,quę est in hoc sermone,v.g illud, quod est ens in aliqua hora,& non ens in alia hora C,& D,& sit C contrarium ad A,qđ posuimus semper ens. ex C ergo intelligendum est illud,quod non est in aliquo tempore, & erit D, quod est ens in aliquo tpe,contrarium ad B,quod est semper non ens. erũt ergo tria,semp ens,s.A, & semper non ens,scilicet B,& esse & non esse, scilicet C D.Et,cum posuit hoc,quęsiuit F de qua re non dicitur esse, & non esse,ad demonstrandum quia, cũ nõ dicatur de extremis,necesse est vt dicatur de natura media inter duo extrema,& dixit:dicamus igitur ꝙ nõ est in A,neq; in B est in toto C,& D, i.&,cum ita sit, si posuerimus aliquod ens,de quo non dicatur A,qđ semper est, neque B, quod semper non est, necesse est vt dicatur de eo D,& C,scilicet ens in aliquo tempore, & non ens in aliquo. quoniam inquantũ non est ens semp,oportet

G vt sit non ens in alia hora. & hoc ĩtẽdebat, cum dixit: sit igit̃ H, &c. i. & contingit in ista natura, q̃ est H, vt sit media inter A, & B. D. d. erit igit̃ H, sicut C, & D necessario. i. inueniẽt̃ in H hæc duo, s. entia ĩ aliquo tpe, & non entia in aliquo tempore.

Neque igitur qđ semp̃ est, neque quod semp̃ non est, generabile, aut corruptibile est. Manifestũ aũt est ꝙ, & si generabile, aut corruptibile est, non sempiternum est. simul. n. erit possibile semper esse, & possibile non

H semper esse. hoc autem ꝙ impossibile sit, ostensum est prius.

Reuertamur modo ad nostrum sermonem, & dicamus ergo quod illud, quod semper est ens, neque est generabile, neque corruptibile. Et, cum ita sit, manifestum est quod illud, quod est generabile, & corruptibile est non ens perpetuum, æternum: si. n. esset æternum, haberet potẽtiam vt semper esset ens et semper non ens. quod est impossibile

I *omnino, sicut superius diximus in eis, quæ declarauimus.*

Cum declarauit ꝙ illud, quod di-

124 citur nõ ens in aliquo tpe, oportet dici ens in alio tpe: qm̃ illud, quod dr̃ non ens in aliquo tpe, impossibile est vt semp dicatur non ens, aut semp ens. dr̃ ergo in aliquo tempore ens, & in aliquo nõ ens. Et, qa potest aliquis dicere ꝙ hoc non est nisi ex sermonibus insufficientibus: qm̃ possibile est vt aliquid sit generatum, deinde nunq̃ corrumpatur. & hoc, quod manifestabitur ex hoc sermone, est ꝙ illud, quod est ens sẽper in præterito, & futuro, impossibile est vt non sit in aliquo tempore. & similiter illud, quod semp est non ens in præterito, & in futuro, ĩpossibile est vt sit in aliquo tpe. qđ aũt sit non ens semper in præterito non est impossibile vt sit in futuro: quemadmodum non est impossibile, ꝙ illud, quod est ens semper in ꝑterito, non sit in futuro, & propter hanc quæstionẽ, contingentem suæ demonstrationi confirmauit demõstrationem illã per primam demonstrationem, cum illa demonstratio sit firmior, & illa est sustentamentũ K

huius quæsiti, & dixit: & dicam' ergo ꝙ illud, quod semper est ens, &c. i. dicamus igitur ꝙ si aliquid positũ fuerit semper ens, continget vt semper sit in toto tempore, & quòd illud, quod in eius natura est receptio æternitatis, non recipit æternitatem in præterito absque futuro, neq; in futuro absq; præterito. Deinde fecit memorationem prædictæ demonstrationis, & dixit: si enim esset æternum, haberet potẽtiam, &c. i. quoniam, si ita esset, si poneretur corruptibile, esset falsum possibile: sed ẽ falsum impossibile: ergo illud, quod positum fuit possibile, est impossibile. Et debes scire ꝙ impossibile est imaginari ens habere potentiam ad esse, & non esse infinitum in tempore præterito absq; futuro, neq; in futuro absq; præterito, nisi infinitum adderet super infinitum, quod est impossibile. quamobrem contingit, si aliquid inueniat̃ habẽs potentiam infinitam, vt actio illius potentiæ sit in toto tempore. si igit̃ potentia ad non esse sit infinita, contingit vt sit non ens in oĩ tẽpore. & si L M.

Digressio. Infinitũ nõ addi sup infinitum.

potentia

A potentia ad esse fuerit infinita, contingit vt sit ens in toto tpe. &, si aliqs posuerit aliqd esse ens ĩ toto tpe, sed in eo est potẽtia ad corruptionẽ absq; eo, ꝙ corrumpať, contingit vt duæ potentiæ inueniantur insimul infinitæ, s. potentia ad esse, & potẽtia ad non esse. est igiť altera earũ ocio sa, cum nulla actio proueniat ex ea. Et in hoc nõ errat nisi qui existimat hoc non esse impossibile pp hoc, ꝙ res non exeat ex potentia in actum, nisi propter agens. ꝙ si igitur agens non agat, nõ est remotum vt rema-

B neat, & nõ exeat in actũ. Et hæc quidem imaginatio induxit Platonem in hunc sermonẽ. & tunc non est remotum dicere in responsione hui' sermonis, s. sermonis Aristo. ꝙ, si ita esset, oporteret ꝙ aliquod poſſe, si poneret in actu ens, esset falsum impossibile, non poſſe falsum. impossibilitas. n. hæc non sequitur naturã possibilem, sed seqtur defectũ actionis agentis. qm̃ corruptio mundi, vt dicunt, possibilis est ex parte materiæ, impoſſis quo ad agens: aut qa agens aliquod non est innatũ corrumpere ipsum, aut quia agẽs sapiens nõ est innatũ corrumpere suum factum,

C aut quia corrũpens est contrariũ generati, mundo aũt genito nõ est cõtrarium, aut quia nõ corrumpetur omnino. Et, cum intuebimur istas oẽs q̃stiones, apparebit destructio eorum ex demſone Aristo. hic, per quã incœpit declarare hoc quæsitũ. Possibile enim aut est poſſe ex se, & ex rebus extrinsecis, vt notum est de possibili simplr, aut quia aliquis diceret aliquid esse poſſe in se, & impossibile ex extrinseco, ſm opinionem dicentis mundũ esse poſſis corruptionis in se, & ĩpoſſis, quo ad extrĩsecũ.

Fũdamentũ Platonis, & triũm legũ ponentiũ æternum posse corrumpi.

Possibile ex se, & extrinsece.

D Manifestum est igitur ſm Aristo. ꝙ potentia alicuius possibilis ex se, & impoſſis ex extrinseco, est potẽtia contradicens definitioni possibili. dictum est enim ꝙ, cum possibile poneretur esse ens, nõ sequitur impossibile, sed ꝙ est falsum possibile non impoſſe falsum: sed, cum concessum fuerit ꝙ definitio cuiuslibet possibilis ẽ hmõi, si aliquis posuerit aliqď possibile esse, s. ex se, & impoſſe ab extrinseco, contingit ꝙ eius potẽtia in actu sit falsa impoſſis, non falsa possibilis. & intendit Arist. ad declarandum hanc intẽtionem pp possibile

E hoc, quia notum est p se, ꝙ illud, qď est possibile ab extrinseco, est possibile ex se: sed cõuersio latet, ꝙ illud, quod est possibile ex se, est possibile ab extrinseco. existimatũ est enim ꝙ nõ est impoſſe ꝙ aliquid sit possibile ĩ se, impoſſe ab extrinseco. Et dispositio in hoc de possibili est quasi contraria ei, quæ est de impossibili. quia concessum est ꝙ omne impossibile in se, ẽ impoſſe ſm extrinsecũ: & nõ est concessum quod est impossibile ex extrinseco, impoſſe ẽ ex se: ideoq; intendit Arist. istam declarationem, quã diximus. Et etiam possibile non est possibile, nisi in respe-

F ctu agẽtis & patientis: & impoſſe est imaginari aliquid eẽ possibile in respectu patientis, & impoſſe in respectu agentis: qm̃ cõtingeret vt sit patiens impassibile, i. possibile impoſſe. Et possibile est vti in hoc demſone accepta ex loco à contrarietate, & est ꝙ impoſſe ex se est contrarium possibili ex se. & impoſſe ex se est impossibile quo ad extra: ergo possibile in se est poſſe quo ad extra. s. quo ad oẽs causas extrahẽtes ipsum. sed demſo Arist. est firmior, qa ẽ sumpta à definitione,

Impugnatio sermonũ Platonis. & de hoc lau' in libro ď substãtia orbis.

Poſſe ab extrĩseco ẽ poſſe ex se. Idẽ. 2. Ph. c. 48.

G nitione, hęc autem à contrarijs. quã uis iste locus intret scientias aliquo modo, s. quando prędicatum fuerit contrariũ prędicato proprio, & subiectũ habuit aliquod contrariũ, tũc necesse est vt contrarium prædicati inueniatur in contrario subiecti.

Loc⁹ a cõtrarijs nõ est demõstratiuus.

PARS SEXTA.

Ingenerabile, & Incorruptibile conuertibiliter æterno competere.

NOnne igitur, si & ingenerabile est, atq; ens, hoc necesse est sempiternũ esse? similiter autẽ & si incorruptibile sit, atq; ens? Dico aũt ingenerabile, H & incorruptibile ea, quæ ꝓprie dicũtur. Ingenerabile quidem, quod est nunc, & prius non erat verũ dicere non esse. Incorruptibile aũt, quod nunc existens, posterius non verũ erit dicere non esse. An, si hæc quidem adinuicem sequuntur, & quod ingenerabile incorrũptibile ẽ, & quod incorruptibile est ingenerabile, necesse est & sempiternũ vtrũq; seq, & si quid ingenerabile sempiternum, & si quid incorruptibile sempiternum.

I *Dicamus ẽt quòd illud, quod non cadit sub generatione, s. illud, quod non est generabile, est æternũ, sine principio, & sine fine necessario. et similiter illud, quod non cadit sub corruptione, est æternũ. Et dico non generabile, & non cadens sub corruptione vera intentione mei sermonis, quòd illud, quod ẽ ens vere, est non generabile, & illud, quod est vere non ens, est non cadens sub corruptione. modo igitur volumus* K *definire ea, & dicamus quòd illud, quod est non generabile, est mõ ens, & non dicitur quòd fuit primo non ens, neq; dicitur quòd postremo erit non ens. Et, cum ita sit, erit alterũ horum duorum consequens alteri. illud enim quod non est generabile, nõ cadit sub corruptione, & omne illud, quod non cadit sub corruptione, est non generabile. & ẽt vtrũq; eorum necessario est æternum. quoniam, si aliquod non generabile fuerit, erit æternum: &, si aliquod nõ* L *cadit sub corruptione; erit semper æternum, & hoc manifestum est, & existens, & sunt ea, quæ superius diximus.*

Cum declarauit ꝙ impoſſe est aliquod æternum corrũpi, manifestabitur ei ꝙ illud, quod non est generabile, erit æternũ. &, cum declarauit ꝙ impoſſe est vt aliquid sit generabile, non corruptibile, manifestabitur ei ꝙ non corruptibile est ęternum. &, cum declaratũ fuit ei ꝙ nõ corruptibile est ęternũ, & ꝙ non generabile est ęternũ, declarauit ꝑ hoc ꝙ non corruptibile est non generabile, & econuerso. & hęc est sua intẽtio in hoc capitulo. Et dixit: Dicamus ẽt ꝙ illud, &c. i. & hoc ẽ, ꝙ ante declarauit: & est vna duarum ꝓpositionũ, quas posuit ad declarãdum conuersionem. D. d. Secundã propositionem, & dixit: & silr illud, qđ nõ cadit, &c. i. & silr declaratum est ex nostro sermone ꝙ illud, quod est non corruptibile, est æternum, cum demonstratũ est ꝙ impoſſe est aliqd esse 125 M

A esse generabile, & non corruptibile. Et, cũ posuit has duas ꝓpõnes, s. ꝙ non generabile est ęternũ, & ꝙ non corruptibile est ēt ęternũ, quæ multis modis dicuntur, d. ꝙ nõ intendit in hoc loco nisi verã intentionẽ inter alias intẽtiones, & dixit: Et dico nõ generabile, &c. i. & intelligendũ est ex nostro sermone non generabile, & non corruptibile vera intentione. D. explanauit illã intentionẽ & dixit quod est vere ens, est nõ generabile. i. & est illud, quod ante diximus, ꝙ illud, quod vere ẽ ens, qđ scilicet existens non potest nõ esse,

B dr̃ non generabile vere,* & præmunit nos ēt in hoc, ꝙ non generabile etiam dr̃ de generabili, quod ẽ sine causis generationis, aut difficilis generationis: & sir̃ dicit̃ non generabile illud, cuius generatio est finita in hora, qua finiebat̃. Intendit igit̃ per non generabile illud, cuius esse non præcessit nõ esse, nõ illud, quod est impos̃e, de quo etiam dicit̃ non generabile. D. explanauit intentionem non corruptibilis, & dixit: & illud, quod vere est non ens, est nõ cadens sub corruptione. i. & debet intelligere hic per nõ corruptibile, illud, quod est oppositũ ei, quod vere

C est corruptibile, & illud est, quod deficit post esse. quasi ergo d. oportet intelligere p non generabile, illud, qđ opponitur vere generabili, s. enti post non esse, & p non corruptibile, illud, quod opponit̃ vere corruptibili, s. non enti post esse. Et, cum posuit has duas ꝓpõnes, dixit: modo igit̃ volumus definire, &c. i. manifestum est ex nostro sermone ꝙ definitio non generabilis est illud, qđ modo est ens, & ante non fuit non ens, neq; in futuro erit non ens. hęc

*a.l. & pmunit nos ēt in hoc, ꝙ nõ gñabile ẽt dr̃ de nõ gñabili, qđ ẽ sine cãis gñationis, aut difficil' generatiõis: & sir̃ dr̃ ñ gñabile illud, cui' gño ẽ infinita ĩ hora, qua finiebatur.

D enim definitio est* non generabilis, quod conuertitur. D. d. Et cum ita sit, &c. i. ꝙ non generabile, & nõ corruptibile cõuertuntur adinuicem. D. incœpit declarare ꝙ hæc conuersio apparet ex duabus propõnibus, quas prædixit, s. ꝙ non generabile ẽ æternũ, & ꝙ non corruptibile est ēt æternum, & dixit: & ēt vtrunq; eoꝝ necessario est æternum. i. & signum conuersionis eoꝝ est, quia ęternum prædicat̃ de vtroq; illorum prędicatione conuersionis: &, cũ idem prædicat̃ de duobus ꝑdicatione conuersionis, necessario illa duo cõuertuntur adinuicẽ. Et hoc intendebat, cũ dixit, qm̃, si aliquod nõ generabile fuerit, erit ęternũ, &c. i. & cũ de non generabili prædicatur æternũ prædicatione conuersionis, sir̃ etiam de nõ corruptibili, manifestũ est ꝙ oẽ non generabile est nõ corruptibile, & ꝙ oẽ nõ corruptibile est non generabile. Et, quia hoc declaratum est ex Analyticis, dixit ꝙ manifestũ est ꝙ declaratio quidẽ sic existit. oẽ nõ generabile est æternũ: & oẽ ęternum est non corruptibile: ergo oẽ non generabile est nõ corruptibile. dicamus oẽ non corruptibile ẽ æternum: & oẽ æternum est nõ generabile: ergo oẽ nõ corruptibile est nõ generabile, quę est cõuersa primæ. & hoc declaratũ est in Analyticis, s. ꝙ, cũ tres termini cõuertunt̃ adinuicem, necesse ẽ vt cõclusio cõuertat̃.

F

*a.l. si cor ruptibilis quia conuertunt̃.

1. Prio. ũ cap. 11.

PARS SEPTIMA.

Generationem, & corruptionem conuersim dici.

Manifestum est aũt & ex definitione ipsorum. et/ enim necesse ẽ, si corruptibile sit, generabile esse. aut. n. ingene-

G ingenerabile, aut generabile eſt. ſi enim ingenerabile ē, & incorruptibile eſſe ſupponit̄. &, ſi generabile, corruptibile eſſe neceſſe eſt. aut. n. corruptibile, aut incorruptibile eſt. ſed, ſi īcorruptibile, īgenerabile eē ſupponebat̄.

Dicamus igitur quòd, ſi aliquid corruptibile fuerit, neceſſario erit generabile. &, ſi fuerit non generabile, non erit corruptibile. &, ſi aliquid fuerit generabile, neceſſario erit corruptibile. &, ſi igitur non
H *fuerit corruptibile, eſt non generabile, ſicut diximus ſuperius.*

126 Vult declarare in hoc capitulo ꝙ generabile, et corruptibile cōuertuntur, cum declaratū eſt ꝙ non corruptibile, & non generabile cōuertuntur, & d. Dicamus igitur quòd, ſi aliquid, &c. i. &, cū declaratū ſit ꝙ nō generabile, & non corruptibile conuertuntur, manifeſtum eſt ꝙ oē generabile eſt corruptibile. Demōſtratio aūt eius, ꝙ, ſi nō fuerit corruptibile, eſt non corruptibile, eſt, Oē ens aut eſt corruptibile, aut incorruptibile: ſi igitur non corruptibile, ergo
I nō generabile. ſed iā ponim⁹ ipſum eſſe generabile. ſed hoc eſt impoſſe. &, cum hoc oē corruptibile eſt generabile. & dēmr̄o eius eſt ꝙ, ſi nō fuerit gn̄abilis, eſt ingenerabilis. quodlibet enim aut eſt generabile, aut ingenerabile. &, ſi fuerit non generabile, ergo nō corruptibile: & iā fuit poſitum corruptibile. D. d. &, ſi aliqd fuerit generabile, neceſſario erit corruptibile. i. & etiā diximus ꝙ oē generabile eſt corruptibile, ecōuerſo primæ. D. induxit demōſtrationem, & dixit: ſi igitur nō fuerit corruptibile, eſt non generabile. i. & demonſtratio huius eſt ꝙ, ſi nō fuerit corruptibile, eſt nō corruptibile. &, ſi fuerit non corruptibile, eſt nō generabile quod eſt inconueniens. K

Et hoc iam declaratū eſt in Analyticis eſſe locū generalē. ſ. quia, cum fuerint duo termini oppoſiti diuidētes verū, & falſum, & fuerint alij duo termini oppoſiti diuidentes verum, & falſum, & fuerit alterū vni⁹ diuiſionis conuertibile cū vno alterius diuiſionis, & reliquū reliquo.

Sin vero nō inuicē ſe ſequuntur incorruptibile, & ingenerabile, nō neceſſe eſt aut ingenerabile aut īcorruptibile, ſempiternum eſſe Quòd aūt neceſſe eſt ſequi ex his manifeſtū eſt. generabile enim, & corruptibile ſequuntur ſeinuicē. Palam aūt eſt & hoc ex prioribus. nā inter id, quod ſemꝑ eſt, & quod ſemper non eſt, eſt mediū id, quod neutrum ſequit̄: hoc aūt eſt generabile, & corruptibile. poſſe enim eſt & eſſe, & non eſſe vtrunq; determinato tempore. dico autem vtrunq; & eſſe, et non eſſe quanto quodam tempore. L M

Si igitur non generabile, & nō corruptibile non ſequuntur adinuicem, ergo non ſunt æterna. Et uerificatio huius eſt, quòd alterum illorum conſequitur alterum, quemadmodum ego ſum dicens quòd generabile eſt corruptibile, & omne corruptibile eſt neceſſario generabile. Et uerificatio huius eſt illud, quod dixim⁹

I A *diximus superius, quòd ex illo quod est semper ens, & ex illo, quod est semper non ens, sit aliquod mediũ diuersum ab utroq; illorum: & est illud, quod est generabile, & quod est corruptibile. habet enim potentiam ut sit ens, & ut sit non ens, sed tamen in tempore, & tẽpore, s. ut in tẽpore ens, & in alio nõ ens.*

127 Cum declarauit ꝙ non corruptibile, & non generabile non conuertunt, nisi ex eo, quod declaratũ est, ꝙ vtrunq; eorum est æternum, fecit B de hoc rememorationẽ. & dixit: Si igit non generabile, & c. &, quia declaratũ est etiã, cum posuerimus ꝙ oẽ generabile est corruptibile, & ꝙ hoc conuertitur, s. ꝙ oẽ non generabile est nõ corruptibile, & ꝙ hoc cõuertatur, & hęc est conuersio primę demõnis, voluit conuertere secundam, s. vt * prima declaret ꝙ oẽ generabile ẽ corruptibile, & ecõuerso. deinde ex hoc declarabit ꝙ oẽ non generabile est & nõ corruptibile, & econuerso. & d. & verificatio huius est ꝙ alterũ illorum sequit alterum C quemadmodum ego sum dicẽs. i. & iam declaratũ est ꝙ nõ corruptibile est non generabile: & ꝙ hoc cõuertit ex eo, ꝙ generabile, & corruptibile conuertuntur. & hoc est conuersum primæ demõnis. & non est petitio principij: qm̃ ꝓpõnib', quibus vtitur in vna, non vtitur in altera.

*a.l. prio.

Et, qa in hac declaratione vult ponere conuersionẽ generabilis, & corruptibilis esse fundamentum ad cõuersionẽ non generabilis, & nõ corruptibilis, incœpit declarare ꝙ generabile, & corruptibile conuertunt, & d. Et verificatio huius est illud, ꝙ superius diximus, ꝙ ex illo, & c. i. & D verificat ꝙ generabile, & corruptibile conuertunt ex eo, ꝙ dixim' superius, s. ꝙ impoẽ est vt generabile sit non corruptibile, aut vt corruptibile sit nõ generabile. hęc enim duo sunt medium inter illud, quod semper est ens, & inter illud, quod semp est non ens, & non est alterũ eorũ, sed habet potẽtiã vt sit ens, & vt sit non ens. Et, cũ dixit ꝙ hęc duo sunt media inter illud, quod semp est nõ ens, & inter illud, quod semper ẽ, s. ens in alia hora, & nõ ens in aliqua, incœpit declarare hęc literis.

Si ergo est q d generabile, aut E corruptibile, necesse est hoc mediũ esse. Sit enim A, quod semp est, B aũt quod semper non est, C vero generabile, D aũt corruptibile. necesse est itaq; C medium esse inter A, et B. horũ enim ad neutrum terminũ tempus est, in quo aut A non erat, aut B erat. generabile aũt est necesse aut actu, aut potẽtia esse, ipsis autem A B neutro modo. quanto igit quodam, & determinato tpe ipsum C & erit, & rursus nõ erit. sil' autem & in ipso D corruptibili. generabile igitur, & corruptibile F vtrunq; est. sequũtur igitur se inuicẽ generabile, & corruptibile.


Dicamus etiam quòd omne corruptibile necessario est medium inter duo, sicut diximus superius. Sit igitur A illud, quod semper ẽ ens, & B illud, quod semper est nõ ens, et C generabile, et D corruptibile: manifestũ est igitur quòd C est inter A, & B. A autem, & B non

habent

G *habent finem, neq; vltimum in tẽpore. generabile aũt habet finem, & vltimitatẽ in tempore, aut in actu, aut in potentia. A autem, et B non habent finẽ in tempore, neq; in actu, neq; in potentia: quia non sunt in aliquo tẽpore ens, & in aliquo non ens: sed alterum eorum est* K *ens in tempore infinito, & reliquũ nõ ens in tempore infinito, & similiter D habet finem, & vltimum, vt C, aut in actu, aut potẽtia. omne igitur generabile est corruptibile, & omne corruptibile generabile. declaratum est igitur quòd generabile, & corruptibile se sequuntur.*

Figura, ostendens generabile, & corruptibile se mutuo sequi.

H L



I M

128 Dixit: Dicamus etiam ꝙ oẽ corruptibile necessario est mediũ inter duo. & intendit ꝑ duo, illud, quod est ens semp, & illud, quod est non ens semp. D. incepit demonstrare hoc literis, & d. Sit ergo, &c D. d. manifestũ est igitur ꝙ c est inter A, & B i. &, cũ ita posuerimus, manifestũ est igit̃ ꝙ c. quod est generabile, cadit inter A, quod est semp ens, & inter B, quod est semp non ens. D. dedit demfonẽ super hoc, quod cadit inter duo extrema, & dixit. A enim & B nõ habent finem, &c. i. & signũ, ꝙ generabile est mediũ inter illud, quod est semp ens, & inter illud, qđ semper est nõ ens, est, quia esse eius, quod est ens semp, & esse eius, quod est nõ ens semp, est infinitũ. generabile aũt habet finẽ in tpe. i. quia est

ens

A ens in aliquo tpe, & est non ens in aliquo. & iste sermo cōponit̃ sic in secūda figura. sequit̃ enim ex hoc ꝙ illud, quod hēt generationē, non est semp ens, neq; sp nō ens: ergo necessario est medium. cōicationē enim hēt cum non esse, quia inuenit̃ post nō esse, & hēt cōicationē cū esse, qa exit a nō esse ad esse. Et D. generabile aūt habet finē aut ĩ actu, aut ĩ potētia. quia generabile, quāuis ponatur perpetuū, continget vt sit corruptibile in potētia, quāuis non corrūpat̃ in actu. & pōt intelligi ꝙ finis, quē habet, est p alterā istarū dispositionū, aut aliqñ in actu, aut aliqñ ĩ B potentia: & est dignius, quia nō intendit p hūc sermonem declarare ꝙ generabile in actu ē corruptibile in actu. Et, cum posuit ꝙ generabile habet finē in tpe, aut in actu, aut in potentia, dedit ꝓpōnē secundam ad eā declarandam, & est quā * post posuit, & dixit A aūt, & B non habent finē in tpe. i. illud, quod est semper ens, & quod est non ens semp. D. dedit declarationē sup hoc, & d. quia non sunt in aliquo tpe ens, & in aliquo tpe non ens. Et, cū declaratum fuit ei quòd necessariū est vt gene- C rabile sit mediū inter ens semper, & nō ens semp, declarauit ēt ꝙ corruptibile necesse est vt sit mediū p illā eandē declarationē, & dixit: & similiter D, &c. i. & silr est D, quod ē corruptibile, habens finē in tpe, aut in potentia, aut in actu, econtrario illi, quod est semp ens, & quod est semp non ens. Et, cū declarauit ꝙ generabile est mediū inter hæc duo, & silr corruptibile, conclusit ꝙ corruptibile est idem cū generabili, s. ꝙ omne generabile est corruptibile, & econuerso. & hoc non verificatur, nisi cū

*a.I.prio

concessum fuerit ꝙ inter ens semp, D & non ens semp est tm̃ vnū mediū. Dicentes aūt ens semp in præterito, sed in postremo corruptū, & generatum, sed ꝑpetuum in futuro, ponunt tria media inter hęc duo, s. generabile & corruptibile, & generatū nō corruptibile, & corruptū non generabile. Sed vr̃ ꝙ Arist. non inducit tales declarationes, nisi ad iuuandum. & fortitudo earum nō est nisi fortitudo inductionis, in qua perficiuntoīa particularia: & est primus ordinū certificationis. & ideo confirmauit ipsam p prædictā declarationem, quę est sustentamētum hui⁹ capituli. & visus est hoc confirmare, dicendo ꝙ illud, in quo est potētia ad esse, aut non esse infinita, impolle est vt sit in ꝑterito absq; futuro, aut in futuro absque prę̨terito. infinitū aūt cōprehendit duo tempora necessario, nisi esset infinitū maius infinito. ponens aūt æternū corruptibile, aut generatū perpetuum, ponit potentiā infinitā non cōprehendētem duo tempora. quod est impossibile. &, cum ita sit, generabile igitur est ens in tpe finito, & similiter corruptibile, est nō ens in tpe finito. &, cū ens in tempore finito, & non ens in tempore finito conuertantur cū generabili, & corruptibili, necesse est vt conuertantur inter se.

Inductio, ĩ qua inducūtur oīa singularia est prim⁹ ordinū certificationis.

E

Ponēs æternū corruptibile aut gñatum, ponit potentiam infinitā non cōprehendētē duo tēpora.

F


Si itaq;, in quo E, ingenerabile, id aūt, in quo F, generabile, id vero, in quo G incorruptibile, id aūt, in quo H, corruptibile, Ipsa igitur F H ꝙ sequuntur seinuicē ostēsum est. Quando itaq; sic posita sunt, vt hæc, velut F quidē, & H consequentia, E vero, & F nullum eidem, quodlibet autem

horum

G horũ alterũ, ſi ſrauũt & ipſa G H, neceſſe eſt & ipſam E G ſequi ſe inuicẽ. Sit.n. E nõ ſequẽs G, ipſũ igitur F ſequetur: qdlibet.n. aut E, aut F. at vero & H id, quod F, ipſum igitur G ſequetur H, ſed ſupponebatur impoſsibile eſſe. Eadem aũt rõ eſt ꝙ G ſequaẽ E. ſed ſic ſe habet ingenerabile, in quo E, ad generabile, ĩ quo F, vt & incorruptibile, in quo G, ad corruptibile, in quo H.

H *Sit igitur non generabile A, et generabile C, & non corruptibile B, & corruptibile H. dico quòd C, & H conſequuntur ſe, cũ fuerint, ſecundum quòd narrabo ex literis* K *his, quas dicam modo. C autem, & H ſequuntur ſe, A autẽ, & C non cadũt ſuper idem, ſed hoc ſuper rẽ, & hoc ſuper aliã, & ſimiliter H, & B. ſi igitur ita ſit, H, & C ſunt cõſequentia ſe. Sit igitur H nõ conſequens C, tunc igitur erit C conſequens A: H enim & C nõ cadunt ſimul ſuper idem. A autem, & B cadunt, cõſequetur igitur H ad B. quod eſt impoßibile, propter hoc,* L *quod ſuperius diximus. Et ſimiliter erit actio de A, & B, propter hoc, quòd A ſequitur B.*

Figura, oſtendens ingenerabile, & incorruptibile ſe inuicem ſequi, quia & generabile, & corruptibile ſe conſequuntur. & eſt argumentum à commutata, vel coniuncta conuerſione ex Secundo Priorum reſol. Cap. 22.

I  M

Vult

229 Vult in hoc capitulo declarare ꝙ, A cum fuerint duo termini oppositi, diuidentes verum, & falsum in oĩb⁹ entibus, & duo alij sĩr, & conuertit̃ vnus vnius diuisionis cum vno alterius, tunc necessario reliquus cũ reliquo. & vult declarare hoc generaliter, sicut fecit in Analyticis: ideo accepit literas loco oppositorũ. &, cũ declarauit hoc declaratione vl'ĩ, dicet ꝙ generabile & non generabile, & corruptibile & non corruptibile sunt ex hmõi oppositis: quapropter concludet̃ ꝙ, cum vnus duoꝝ termi B norum ex vna diuisione horũ quatuor, s. generabile, & corruptibile, ñ generabile, & non corruptibile, conuertet̃ cum alio termino secũdæ diuisionis, necesse est vt reliquus cũ reliquo. Incœpit igitur prius, & posuit quęsitũ, quod declarare intẽdit, & d. Sit igit̃ nõ generabile A, &c. i. & manifestabit̃ mõ ꝙ generabile, & corruptibile, & nõ generabile, & nõ corruptibile, si vnũ consequit̃ vnũ, & reliquũ reliquum ex eo, quod dicam.

In 2. Prio rũ, ca. 22.

D. d. dico ꝙ C, & H. cõsequunt̃, &c. idest & dico ꝙ generabile, s. C, & corruptibile, s. H necessariũ est vt cõuertantur, cũ posuimus ꝙ A, s. nõ gene- C rabile, & B, s. nõ corruptibile cõuertunt̃. huiusmodi declaratio est, fm ꝙ narrabo, cũ acceperimus loco literarum opposita, & cum declarauerimus hoc ĩ eis, & mutauit declaratio nem ad opposita in eo, ꝙ sunt opposita. quia, cũ hæc intẽtio verificabit̃ ĩ oppositis, verificabit̃ etiam in eis, quæ sunt sub oppositis. & fecit hoc, vt demõſo esset essentialis, & prima, vt declaratũ est ĩ Posterioribus analyticis, qm̃, si hoc declarasset ĩ generabili & non generabili, & corruptibili & non corruptibili, esset demõſo accidẽtalis: & quasi declararet quòd D triangulus isocheles haberet tres angulos duob⁹ rectis æquales. Hoc igitur intendebat, cum dixit: cum fuerint fm ꝙ narrabo ex lr̃is istis, quas dicam modo. i. cum acceperim⁹ has literas loco oppositorum simplr̃: & est illud, quod narrauit. D d. & etiã C, & H consequunt̃ se. i. dico, cũ acceperim⁹ has literas, quas accepim⁹ loco generabilis, & non generabilis, & corruptibilis, & non corruptibilis loco oppositorum simplr̃, ita ꝙ A, & B conuertant̃, & tunc C, & H conuertent̃. conditiones aũt in istis duabus diuisionib⁹ sunt duæ, s. vt vtraq; E diuisio diuidat verum, & falsum in omnibus entibus. & vt vnus vnius diuisionis conuertat̃ cũ vno alteri⁹.

Et, cum posuit ꝙ, cum A, & B conuertant̃, necessariũ est ꝙ H, & C conuertantur: quãuis ipse non propalauit illud, quod est quasi præcedens, sed illud, quod est quasi consequẽs, induxit demonstrationem sup hoc, & dixit: A autem, & C. i. non cadunt super idem, sed hoc sup rem, & hoc super aliam rem. i. & demonstratio huius vt proponamus huic, qđ proponendum est ex eis, quæ proposuimus, & est ꝙ A, scilicet vnum oppo- F sitorũ, & C, s. alterum oppositorum non dicantur insimul de eodem, & similiter alia duo opposita, s. B, & H.

Et, cũ posuit has duas propositiones, dicit: si igitur ita sit, H, & C sunt consequentia se, cum posuimus A, & B consequentia se. D. d. demonstrationem huius ducentem ad inconueniens, & d. Sit igitur C nõ consequens H, &c. i. quia, cum C nõ sequebatur H, i. cum C non dicatur de H, necesse est vt dicatur de hoc oppositum, quod est A, cum C, & A non

G dicātur insimul de eodem, neq; denudet ab altero eorū ens. Et, cū proposuit q, si non dicat de H, necesse ē vt dicatur A de ipso, coniungit huic ppōnem, quam primo posuit, & est q A, & B dicunt de seinuicē, & dicit: A aūt, & B cadunt super idem. idest & vtrunq; illorū iam positū est con uerti cū suo compari, cū dicātur de eodem, quod est eorum subiectum.

D.d. consequet igit H ad B. quod est impose. i. cum posuim⁹, quod H consequat A, & B etiā consequatur A, necesse est vt H consequat B. i. q si H fuerit, B erit: sed iam posita fuerunt opposita, nō conueniētia eidē, quod est impose. &, cū declarauit q si A, & B cōuertant, necesse est vt C, & H cōuertantur, incœpit declarare cōuersum, s. q, si C, & H conuertant, necesse est vt A, & B conuertantur, & dicit: & similiter erit actio de A, & B. idest & similiter comparabūtur I demonstratione q A, & B conuertantur adinuicem, cum posuerimus q C, & H conuertantur.

H

Quoniam textus Auerrois à commē. 130. vsq; ad 139 non correspondent veræ literæ Aristotelis, neq; ipsa iuxta illos diuidi concinne potest, ideo eam non diuisam vsque ad illum locum conneximus.

I

Dicere autem nihil prohibere gñatum quippiam esse incorruptibile, & ingñabile existens corrumpi, semel existente, huic quidē generatione, huic aūt corruptione, perimere est datorum aliquid. Aut enim infinito, aut quāto quodam determinato tēpore possunt omnia aut agere, aut pati, aut esse, aut non esse, & infinito, ppterea q determinatum est aliquo modo infinitum tempus, quo nō est maius. quod aūt aliquo pacto ē infinitū, neq; infinitū est, neq; determinatum. K

Præterea, cur potius in hoc signo id, quod semper erat prius, corruptum est, aut id, quod non erat īfinitū, generatū est? si enim nihil potius, infinita aūt sint signa, palam est q infinito tēpore erat aliquid generabile, & corruptibile. potest igitur non esse infinito tpe. simul enim habebit potentiā vt non sit, & sit, ipsum quidē prius, si corruptibile, ipsum aūt posterius, si generabile. quare, si posuerim⁹ esse quę possunt, opposita simul erunt. Amplius aūt & hoc simil'r in omni signo existet. quare infinito tpe existendi, & nō existendi habebit potentiam. sed ostēsum est q impose est hoc. Amplius si pri⁹ potentia existit actu, omni existet tpe & quod ingenerabile ē, & non ens infinito tpe, fieri aūt potest. simul igitur non erat, & existendi potentiam habebat, et tunc existendi, & posterius infinito tempore. Manifestū est autem & aliter q impose sit quod corruptibile est non corrumpi aliquādo. semp enim erit simul & corruptibile, & incorruptibile actu. quare simul erit possibile & semper esse, & non semper. corrūpitur igitur aliquādo corruptibile. &, si generabile est, factum est: possibile enim est factum esse, & non semper esse. L M

Ista pars vsque ibi Est autē, vī correspondere t. c. 137.

Est

A Est autem & sic consyderare ꝙ impossibile est aut factum aliquid quippiam incorruptibile perdurare, aut quod ingenerabile est, & semper prius existens corrumpi. nihil enim à casu aut incorruptibile, aut ingenerabile esse potest.

Ista ps vsque ibi at vero, vr, correspondere t. c. 138.

Quòd enim à casu est, & quod à fortuna, præter id, quod semper, & quod vt plurimum, aut est, aut fit. quod aūt in finito tempore aut simpliciter, aut ab aliquo tempore est, aut semper, aut vt plurimum existens est. Necesse est igitur

B natura talia quandoque quidem esse, quandoque autem non, talium aūt eadem potentia est contradictionis, & materia causa est vt sint, & non sint. quare necesse est simul existere actu opposita. At vero neque verum est dicere nunc ꝙ est in priore anno, neque in priore anno ꝙ nunc est. Impossibile ergo est id, quod non est aliquando, posterius sempiternum esse. habebit enim posterius, & eam, quæ est, non existendi potentiam. Verū non eam,

C vt tunc non sit, quādo est (existit enim actu ens) sed in anno priore, & præterito tēpore. Sit itaque id, cuius habet potentiam, existens actu. erit igitur verum dicere nūc ꝙ nō ē in priore anno. sed impossibile est. nulla enim est potentia ipsius fuisse, sed ipsius esse, aut futurum esse.

Tex. A uertois. Dicamus modo ꝙ non generabile, s. A, differt à generabili, s. C, & ꝙ nō corruptibile, s. B differt à corruptibili, s. H, & non cadunt A, et C insimul super idem, neque B, & H cadunt etiā insimul super idem. sicut diximus superius. impossibile est enim vt idē sit factum nouē, & æternum. & impossibile est etiam vt idem sit corruptibile, & nō corruptibile scilicet semper infinitum. D

130 Cum declarauit hanc cōuersionē ī oppositis, ſm ꝙ sunt opposita, vult demonstrare ꝙ in generabili, & nō generabili, corruptibili, & nō corruptibili inueniunt conditiones, quæ cū inueniant in oppositis, inuenieē in eis cōuersio, vt concludat ꝙ in generabili, & nō generabili, corruptibili, & nō corruptibili inueniatur conuersio. Et d. dicamus modo ꝙ nō generabile, &c. i. ꝙ generabile, & non gñabile sunt opposita, & silr corruptibile, & non corruptibile. D. d. & nō cadūt A, & C insimul sup idem. i. & diximus ꝙ generabile, & nō generabile sunt opposita: qm non cadūt in idē insimul, neq; ē aliquid absq; altero. & silr de corruptibili, & non corruptibili. Deinde affirmauit ea esse non conuenientia eidē, & dixit: impossē est enim vt idem sit factum nouē, & æternū, &c. i. & diximus ꝙ generabile, & non generabile nō cōmunicant in eodē: quia notū est per se ꝙ impossē est vt idem sit factum nouē, & non factum. & silr de corruptibili, & non corruptibili. i. q̄ impossibile est vt idē sit corruptibile, & incorruptibile in eodem tēpore. E F

Manifestū est igitur quòd C, & H consequunt se, & cadūt super idem. idem enim pōt esse generabile, & sub corruptione. Oē ergo generabile ē corruptibile, & oē corruptibile est generabile.

G & sim̃r A, & B cadunt, super idẽ, & cõsequuntur se.q̃m idem põt esse non generabile, & nõ corruptibile. sicut igitur est non generabile, erit non corruptibile, & sicut est non corruptibile, erit ẽt non generabile.

131 Cum declarauit hanc conuersionem in oppositis simpl'r, deinde in generabili & non generabili, corruptibili & nõ corruptibili, dedit conclusionem, quã intendebat declarare, & d. Manifestum est igitur, &c. i. & intẽdebat per C, & H generabile, & corruptibile, non opposita simpliciter, sicut fecit ante. & signum hui⁹ H est hoc, qđ d. q̃m idem erit generabile sub corruptione. i. declaratum est igitur ex hoc, ꝙ omne generabile ẽ corruptibile, & omne corruptibile est generabile. &, cũ declaratum est ꝙ termini, qui conueniunt ex talib⁹ oppositis in eodem, si vnum par cõuertitur, & reliquum par cõuertet. D. d. & similiter A, & B. ideſt & similiter apparet ꝙ non generabile, & non corruptibile conuertun̄t ita, ꝙ omne non generabile est nõ corruptibile, & econuerso.

Termini, q ex oppositis cõueniunt, si vnum par cõuerti, & reliquũ. Idẽ s. 126 & 129.

I Dicens aũt nõ esse impoſ'e vt aliquid generatũ sit non corruptibile, & aliquod antiquũ corruptum, quasdã destruit ꝓpositiones, quas posuim⁹, & syll'os, quos fecimus. facit enim nõ corruptibile generatũ, & antiquũ non generabile facit corruptũ.

132 Contradicit per hunc sermonem dicentibus generabile esse æternũ, aut corruptibile esse æternum, & dixit ꝙ qui hoc fingit necessarium est ei destruere propositiones, & syllogismos, quos declarauit. dicet enim K contradictorium duarum illarum propositionum. q̃m propositiones, & syllogismi, quos induximus, dãt vt æternum impossibile est esse generabile, aut corruptibile.

PARS OCTAVA.

Destruit sententiam dicẽtis hic esse aliqđ æternum corruptibile, aut genitum incorruptibile, aut habẽs potentiam ad corruptionem non corrumpi.

Perscrutandum est igiť de hoc, dicẽdo ꝙ quilibet habet potentiã aut patiendi, aut agendi, aũt vt sit ens, aut vt sit nõ ens, & hoc aut in tpe infinito, aut in tpe finito, habente L principiũ, & finẽ. & tempus infinitũ est ẽt terminatũ, cum post ipsum nõ sit tps, neq; inuenitur tẽpus maius illo. infinitũ autẽ in aliquo tpe non est æternũ infinitum, neq; etiam est terminatũ, habens principium, & finem.

Vult perficere rationes istius capituli, s. ꝙ impossibile ẽ vt aliquid sit genitum, & post æternum, & vt aliquid sit ęternũ, & post corruptum. 133

Et hoc intendebat, cum dixit: Perscrutãdum est. i. perficiendæ sunt rationes. & dixit quilibet habet potentiam aut patiendi, &c. i. potentia, & M actus attribuuntur rei quatuor modis, potẽtia vero duobus modis, aut potentia, quæ agit, s. actiua, aut quæ patitur, s. passiua. D. d. aut est non ens, aut est ens. i actus vero, aut dat⁹ est ad esse, aut ad non esse. s. aut est nõ ens in actu, aut ens in actu. quasi ergo dicit ꝙ res aut erit in actu, aut potentia: & q̃ est in actu aut est ens, aut nõ ens: & q̃ in potẽtia aut patiẽdi, aut agẽdi. D. d. & hoc aut in tpe infinito,

A infinito, &c.i. & hęc diuisio nota ē p se, s. ꝙ inter finitum, & infinitū nō est mediū. Et, quia dicētes generatū remanere æternū, & non corrūpi in postremo * & ęternum in futuro, & corrūpi in ꝑterito, faciunt tēpus infinitū tribus modis incępit destruere hāc opinionem de infinito, & dixit: & tempus infinitum est ēt terminatum, &c.i. & impoſſe est, vt sit tempus maius tpe infinito. qm̄, si esset, esset infinitum maius infinito. & hoc sequit̃ dicentē esse infinitū: & hoc in tpe preterito, & finitum in futuro: aut econuerso. Et non debet aliquis

* a.l. & ęternū in præterito corrumpi in futuro. Vide cō. 52. tertij huius.

B dicere, ꝙ hęc intentio non est deleta in tpe. qm̄, si inuenimus hoc tp̄s præsens, inuenim⁹ ꝙ tp̄s, quod est ante ipsum, est infinitū, & quod est post ipsum, est infinitū, ſm sententiā dicentis mundū esse æternū. qm̄ non inuenietur hoc in tpe, nisi accidētaliter, cū nihil ex tpe existit in actu. Quod aūt est impoſſe, est, vt infinitū sit in actu maius infinito. & hoc aut potētia, aut in esse: qm̄ potentia, q remanet in infinito in tpe præterito absq; futuro, aut in futuro absq; ꝑterito, est potētia, quæ pōt facere aliquid infinitū. Impoſſe est igit̃ vt ponat̃ in præterito absq; futuro, aut ĩ futuro absq; ꝑterito: nisi potētię infinitæ adderēt supra se. quod est impossibile. Et ideo dixit, ꝙ tp̄s infinitum est terminatū. idest impoſſe est vt aliquid addat̃ supra ipsum, s. tempus eiusdē potentiæ infinitæ. Et, cū ita sit, oīs ergo potentia aut agit in tpe finito, aut infinito: & quę agit ĩ tpe infinito, est eadem potentia tm̄. & manifestū est ꝙ hæc demōſ differt à prędictis demonstrationibus.

Digressio, ĩ qua ostē dit quō ĩ finitū ꝑ inuenitur, & maxime ĩ tempore.

C

Impoſſe ē ꝙ potētiæ infinitę addat̃ supra se. Idē supra. 124.

D. d. infinitum autē in aliquo tpe non est æternum infinitum, neq; ēt est terminatum, habens principiū, & finem. i. illud, quod habet potentiam infinitā in tpe terminato, aut in præterito tm̄, aut in futuro tm̄, non est in tpe æterno, nec in tempore terminato: & inter æternū, & terminatū non est medium. D

Et etiam illud, ꝙ in primo est æternū ens, deinde fuit corruptibile in tpe ei⁹, quod est infinitū, scilicet in tpe eius, quod nō fuerit primo non ens, deinde in postremo fuit nō ens, et in alio tpe. Si igitur tempora nō diuersant̃, quia sunt infinita, manifestū est, ex quo diximus ꝙ aliquid generatum fuit in tpe infinito, & ꝙ aliquid fuit corruptibile, & est ęternum infinitum in tpe. quod est impossibile. Generatū enim impossibile est vt sit semper. & etiā corruptibile impossibile est vt sit æternum, sed tamen possunt esse ens, & non ens. qm̄ corruptibile hēt potentiā, vt nō sit ens in postremo, et gn̄abile hēt potentiā, vt sit nō ens in primo. E

Idest ꝙ illud, quod est æternū in ꝑterito, deinde in postremo est corruptū, habet potentiā ad corruptionem in tpe infinito, & est tp̄s, in quo fuit ęternū. Et, hoc intendebat, cū dixit, s. in tpe eius, qđ nō fuit primo non ens, deinde in postremo fuit nō ens. & d. hoc, qa illud, quod primo fuit nō ens, deinde post fuit ens, est generatū. D. d. Si igit̃ tempora nō diuersant̃, &c.i. &, si aliqđ inueniat̃ generatū, postq̄ fuit nō ens ĩ tpe infinito, tūc inuenieť in generato potentia generationis cū tpe infinito, & in F 154

G & in corruptibili potētia corruptionis in tpe infinito: sed tēpus infinitum non diuersat̄, ita, φ possum⁹ dicere φ tps potentię ad aliquid in eo est aliud à tpe actionis: quapropter necessariū est vt illud, quod est non ens semp, nō sit generabile, & quod est ens semp, sit nō corruptibile: distinguendū est enim tps esse à tpe eius, quod est nō esse. &, cū posueri mus tps esse, aut nō esse infinitū, nō inuenieť tēpus, quod dignius sit ad esse, q̄ ad non esse, aut ecōuerso. necesse est igitur vt illud, quod est nō ens in tpe īfinito, sit nō ens semp, s. H in toto tpe: & sil'r illud, quod est ens in tpe infinito, sit ens semp. D. d. Generatum enim impōe est vt sit semper, &c. pōt intelligi & pp hoc generatum impōe est vt sit semper non ens: qm̄ tunc esset non generatum. & ēt æternum impōe est vt sit corruptū: qm̄ tunc esset non æternum. Et pōt intelligi φ generatū impōe est vt sit semp ens: quia tūc esset nō generatum: quia tps non esse in eo non distinguitur à tpe esse, cū tempus esse est infinitū. Et, cum dixit φ generatum impōe est vt semper sit ens, & φ illud, quod semp est ens, ī-I possibile est vt sit corruptū, demonstrauit φ generabili contingit contrarium, & est vt aliqñ sit ens, & aliquando non ens, & sil'r corruptibili & d. sed tñ possunt esse ens, & non ens. idest aliqñ ens, aliqñ non ens. D. dat dr̄iam inter generabile, & corruptibile in hoc, s. φ in generabili *præcedit tempus non esse ad tēpus eius, quod est esse, & ecōuerso in corruptibili, & dixit: qm̄ corruptibile habet potentiam, &c. i. sed corruptibile differt à generabili ī hoc, φ corruptibile habet potentiam, vt in postremo sit non ens, generatū autem K habet potentiā, vt in primo sit non ens. Et secundū hoc, quod explanauimus, erit demr̄onis principium, quod, cū generabile ponatur ens in tpe infinito, contingit vt non sit generabile: &, cum ens in tpe infinito ponatur corruptibile, cōtingit φ nō sit corruptibile. corruptibile enim, aut generabile est, cum tempus sui esse est distinctum à tpe sui nō esse.

*a. l. præcedit tps esse per tēpus eius, qđ est nō esse.

Fundamentum aūt prædictæ demonstrationis est φ nulla potentia est media inter finitū, & infinitum, cum potentia infinita sit vna tantū potentia. demonstratio ergo in hoc L capitulo super hoc est alia à demonstratione prædicta in pcedenti cap. Themistius autē explanauit prædictum caput alio modo. dicit enim φ primo declarauit in eo Aristoteles φ omnis potentia est finita, siue fuerit in tpe finito, siue fuerit in tpe infinito, & similiter quæ est in tēpore infinito, est etiam finita. deinde posuit φ in generabili ęterno, & in corruptibili æterno contingit vt potentia sit infinita. & cum omnis potētia sit finita: ergo positio istius potentiæ ē impoſs. & cum non sit potentia, nō M generatio, neq; corruptio. potentia enim ē generabilis, & corruptibilis. D. declarauit in secundo capitulo φ potētia, quę est in generabili, & ęterno corruptibili necesse est vt sit infinita, & est vna propositionum acceptarum in demr̄one primi modi: nō igitur erunt duæ demonstrationes.

Themistij expositio.

Et s̄m hanc explanationem nō intendebat, cum dixit in primo capitulo, tempus infinitum est terminatum, declarare φ impossibile est, φ potentia infinita sit maior potentia infinita, vt nos explanauimus: sed intendebat

A intendebat dicere ꝙ potẽtia, quę est in tpe infinito in duobus extremis, est aliquo modo finita quasi igitur dicat ꝙ omnis potẽtia est finita qm̃ aut erit in tpe finito, aut in tempore infinito: & quocunq; modo sit, erit terminata tempus enim infinitum
In t.133. est terminatũ aliquo modo. Et sm hoc est intentio sui sermonis etiam ibi, infinitum aũt in aliquo tpe, &c. idest illud aũt, quod est æternum in aliquo tpe, potentia eius non est infinita, sicut potentia æterni in omnibus temporibus: neq; potẽtia ei9 est, sicut potentia eius, quod ẽ ĩ tpe
B infinito. D. incœpit post hoc in eo, quod est æternũ in aliquo tpe, & d. Et etiã illud, quod in primo est æternum ens, &c.i. & dicamus etiam ꝙ potentia eius, quod sẽp fuit in pręterito, & in postremo est corruptũ, ad corruptionem est infinita potentia: & similiter potentia eius, quod generatur, postq̃ non fuit in tẽpore infinito ad generationem, est infinita: & concludit ex hoc ꝙ in hoc modo entis non est potentia ad generationem, neq; ad corruptionẽ. & hæc explanatio est propinqua nostræ explanationi: sed differt a pręC dicto cap. nos vero ponimus ipsum capitulum declarationẽ per se: Themistius autem posuit ipsum dependere cum secundo. & bene tolerabiles sunt ambæ explanationes.

Dicamus autem ꝙ contraria nõ cõueniunt insimul in aliqua hora temporis infiniti. qm̃, si cõueniunt in aliquo tempore, tunc idem habebit potentiam vt sit, & nõ sit in tempore infinito. qđ est impossibile, sicut declarauimus superius.

Cum induxit hanc declarationẽ, 135 confirmauit ipsam p hanc declara- D tionẽ, super quã sustentatur in hoc, & est ꝙ ponenti hoc cõtingit vt possibile sit impos'e, & d. ꝙ cõtraria nõ cõueniunt, &c.i. ꝙ, cũ positum fuerit tps esse vnius dictorũ duorũ contrariorũ, & potentiæ ad esse alterius contrarij tps infinitum, cõtinget vt duo tempora eorũ sint idem. si igiť ponatur potentia illorum in aliquo tpe esse ens, cõtingit ꝙ & contrariũ eius in aliquo tpe sit ens: quia suum esse est etiam infinitum in tempore. &, cũ ita sit, positio eius erit ad esse ens ĩ actu falsa impossibilis: & illud, E cuius in actu exit9 fuit impossibilis, nullã potentiam habebit. D.d.qm̃, si conueniunt in aliquo tpe, tunc illud idem habebit potẽtiam vt sit, & vt non sit in tpe eodem.i. & contingit ex hac positione duo cõtraria in actu esse. quia, cum posuerimus aliquod ens habere potentiam ad esse in tempore infinito, & non esse, erit tempus exitus duarum potẽtiarum in actu idem tempus. erit igitur idẽ habens potentiam vt sit, & vt nõ sit in eodẽ tempore. v.g. quia, si in Socrate est potentia ad surgendum, & F ad sedendum in eodem tempore, necessatio inuenietur in eodem tempore sedens, & surgens insimul. &, si posuerimus hoc in eo cadens in tempore alio à tẽpore sui casus, erit falsum possibile, non falsum impossibile. quod est inconueniens.

Et dicamus etiam ꝙ potentia est ante actum, s. ꝙ res habet potentiam vt sit aliquid, antequã faciat ipsum. Et, cũ ita sit, erunt res, sm ꝙ dicunt, sẽp sine fine, s. illud, quod semper fuit ens, &

G & illud, quod in postremo fuit ens, vt sint semper sine fine. semper erunt res habentes potentiã vt sint, & nõ habent potentiam vt sint ens in tpe, & vt sint non ens in tempore infinito insimul.

136 Videtur ꝙ, cum declarauit ꝙ impossibile est vt aliquid, quod semp fuerit, & semp erit, habeat potentiã ad corruptionem, aut quod aliqd, quod semp fuit nõ ens, & semp erit non ens, habeat potentiã ad esse: cõtinget.n.ex hoc ꝙ possibile reuertatur ad impossibile: vult mutare hãc H declarationẽ ad illud, quod positũ est semp esse in ꝑterito, sed in postremo corrumpit̃, & ad illud, quod ponit̃ generatũ, quod semp est ens in futuro. Et pręponit huic ꝓpõnem concessam, & est ꝙ necesse est vt potentia eius, quod generat̃, aut corrũpitur, sit ꝑcedens ſm tempus generatum, aut corruptũ. Et hoc intendebat, cũ dixit: Et dicamus ẽt ꝙ potentia, &c. D.d. Et, cũ ita sit, &c.i. &, cũ potẽtia generationis, aut corruptionis præcedit tpe generationem, aut corruptionem, continget vt res, quæ semp fuerint, & in postremo corrũ I puntur, habeant potentiã ad corruptionem in tpe infinito: & siłr necesse est vt res, quæ generantur, postq̃ non erant in tpe infinito, habeãt potentiam ad generationem in tpe infinito. Et, quia hoc non contingit eis, nisi pp hoc, quòd ponunt generatum semp remanere in futuro, & corruptũ, quod semp fuit in prætertito, dixit ſm ꝙ dicunt, semper sine fine. Et, quia dicit erũt res, demonstrauit in qbus rebus contingit hoc, & dixit, s. illud, qđ semp fuit ens, &c. idest, & intelligo p res, in quibus cõtingit vt sit potentia res, quæ semp K fuerunt, & in postremo non sunt, & res, quæ semp non fuerunt, & in postremo sunt, s. ꝙ per *potentiam eorum in his duobus vt sint semp sine fine, contingit vt sit in eis potẽtia infinita, in vno vero eorũ ante generationẽ, in altero aũt ante corruptionem. Et hoc intẽdebat, cum dixit, vt sint semp sine fine. & hoc, quod dicit, semp habẽt potẽtiã vt sint est prædicatum illius, quod dicit erunt res, ſm ꝙ dicũt. quasi ergo dicit: &, cum ita sit, erunt res, ſm ꝙ dicunt, semp sine fine, siue habentes semp L potentiã vt sint. & intelligo per res illud, quod semp fuit ens, & in postremo corrũpitur, & illud, quod semp fuit nõ ens, & in postremo generat̃.

* a.l. positionem.

Et intelligo p hoc, quod d. secundùm ꝙ dicũt, semp sine fine, vt sint hmõi semper infinitæ: vnũ autem eorũ est non ens in præterito in infinitum, & ens in futuro in infinitũ: alterum vero ens in infinitũ in præterito, & nõ ens in futuro in infinitum. & vult declarare p hoc ꝙ cõtingit huic positioni vt tp̃s potentię, & actus sint idem, & nõ idem: nõ idem vero, quia tp̃s potẽtię est aliud à tpe M actus: idẽ vero, quia tp̃s actus ẽ infinitum, & siłr tempus potentiæ. Et forte intẽdebat per hoc, quod dicit, complere declarationem prędictã, s. ꝙ positio possibilis fit impośis, s. positio eius esse actu ens in tpe potẽtię. & ſm hoc videtur ꝙ nõ intendebat, nisi ad distinguẽdum tẽpus potẽtiæ à tpe actus: vt sit verificatum ꝙ positio eius esse ens est possibilis. qm̃ q̃ ponit potentiam cum actu, non ponit possibilitatem ad actum esse ante eius esse: quapropter completur actu demonstratio.

Et

A Et dicemus etiam alium sermonem, per quem declarabimus errorem dicentis quod possibile est aliquid esse non generabile, quod possibile est ut sit non generabile, & cum hoc sit corruptibile, & quod corruptibile possibile est ut sit generatum. Erit ergo, secundum quod dicunt corruptibile, non corruptum in aliquo tempore. quoniam, si non corrumpitur, erit corruptibile, & non corruptibile in actu. tunc igitur est posse ut idem semper sit ens, & non sit semper ens. &, si

B hoc impossibile est, ergo corruptibile corrumpitur in alio tempore. & similiter igitur generabile fuit in tempore, & non fuit omnino. possibile est igitur ut aliquid sit generabile, & non fuit semper ens.

Iste textus videtur correspondere parti. Manifestum est adc.

137 Hæc est quasi * vera demonstratio, quod impossibile est ut aliquid, quod semper fuit, habeat potentiam ad corruptionem absque hoc, quod corrumpatur. hoc. n. contingit dicenti aliquid esse generatum, sed post æternum, & similiter dicenti aliquid esse æternum, licet post corruptum. immo manifestius in hoc.

* a. I. generalis.

C Et d. dicamus etiam alium sermonem, &c. D. d. erit ergo, secundum quod dicunt, illud, quod est corruptibile, non corruptum in aliquo tempore. i. & contingit eis propter hoc, quod dicunt quod in aliquo æterno est potentia ad corruptionem absque eo, quod corrumpatur, ut aliquid, in quo est potentia ad corruptionem, non corrumpatur in aliqua hora. D. d. quoniam, si non corrumpitur, &c. i. & impossibile est ponere aliquod habens potentiam ad corruptionem absque hoc, quod corrumpatur. quoniam continget ei, si non corrumpitur in aliquo tempore, ut non sit in eo potentia ad corruptionem. hæc enim D est definitio eius, in quo non est potentia ad aliquid, s. ut nunquam exeat ad actum. D. d. tunc igitur est posse ut idem, &c. i. & contingit huic positioni, si concesserimus in eo esse potentiam ad corruptionem, ut sit in eo potentia ut semper sit ens, & ut non sit semper ens. & hoc est. cum posuerimus in eo potentiam ad corruptionem esse in eo potentia ad semper esse. quoniam ex potentia corruptionis non semper est, & ex potentia ad esse est semper: igitur est in eo in potentia ad esse semper, & ad non esse semper. quod est impossibile. D. d &, si hoc impossibile est, &c. i. &, cum posuimus aliquid E habens potentiam ad corruptionem absque hoc, quod corrumpatur, sequuntur hæc impossibilia, s. ut in eo sit potentia, & non sit potentia, aut in eo sit potentia ad duo opposita insimul: s. ut sit semper, & ut non sit. necesse est igitur, ut habens potentiam ad corruptionem, corrumpatur in postremo. D. d. & similiter igitur generabile fuit, &c. i. &, cum verum est quod omne habens potentiam ad corruptionem, omnino corrumpetur, non est verus sermo dicentis esse generatum, sed non corruptibile. quoniam generatum in alia hora fuit F non ens in alia hora in actu, s. antequam generabatur. &, cum ita sit, generatum est ens, & in eo est potentia, ut non sit semper ens. Et hoc intendebat, cum d. possibile est igitur ut aliquid sit generabile, & non fuit semper. i. possibile est ut generabile non sit semper ens, & cum eo sit potentia ut non sit. & iam demonstratum est quod illud, in quo est potentia ut non sit, omnino exibit in actum: ergo omne generabile corruptibile est necessario.

Volumus

G Volumus etiam pſcrutari de ſermone illorum alio modo. & dicam⁹ ꝙ impoſsibile eſt vt non generabile cadat in aliquo tẽpore ſub corruptione: impoſsibile eſt enim vt aliquid ſit non generabile, & corruptibile fiat ſine factore caſu. facta.n. ſine actore raro ſunt: &, cum fuerint, cito deſtruuntur, & cõſumunť: permanens aũt in æternum, & permanens in tempore infinito non fit ſine factore omnino. Et, cum ita

Iſte text⁹ vr̃ correſpondere ei pti. Eſt aũt vſque ibi, At vero.

H ſit, natura eſt faciens omnia ęternа neceſſario: & ipſa facit vt idẽ ſit ens, & vt ſit non ens in tpe, & tpe, & vt quædam ſint ſemp entia, & quædam nõ entia ſemper in tempore infinito. & cã iſtius eſt potentia iſtius naturæ, & elementum eius. Non eſt ergo poſſibile vt aliquid ſemper ſit non generabile, & ſemper corruptibile. quod, ſi fuerit poſsibile, tũc contraria erunt in actu neceſſario. quod eſt impoſsibile. dicens enim ꝙ modo eſt annus præteritus, & ꝙ annus præteritus eſt

I modo, mẽtitur in ſuo ſermone. & apparet falſitas eius in ſuo ſermone ꝙ aliquid ſit æternum, & corruptibile ĩ aliquo tempore. habet enim potentiam in tẽpore vt ſit non ens, ſed non eſt in tempore præterito, neq; in tempore, in quo eſt ens in actu.

138 Abbreuiatio huius ſermonis eſt ꝙ, ſi aliquid eſt non generabile, ſiue ponať corruptibile, ſiue non, & aliquid fuerit nõ corruptibile, ſiue generatũ, ſiue nõ, manifeſtũ eſt ꝙ impoſſe eſt ꝙ ſit caſu. nã ſicut qđ fit caſu, raro fit, ita ẽt exiſtit parũ, ſicut dicit, ꝙ cito cõſumiť. Et cum ita ſit illud, qđ ſp eſt, nõ eſt ſp niſi ex natura ĩnata ad hoc, & eſt nã eius, ꝑ quã eſt, qđ eſt. naturæ.n. rerũ dãt eis aut vt ſint ſp, aut nõ ſint ſp, aut vt aliqñ ſint, aut aliqñ non ſint. Si ergo aliquid inueniteť gñabile, non corruptum, aut non gñabile æternũ corruptũ, eſſet poſſibile vt natura poſſis tranſmutareť in neceſſariam, & neceſſaria in poſſem in agẽte, & recipiẽte: quod eſt impoſſe. Et d. impoſſe

K

Qđ fit caſu raro fit & cito cõſumitur. idẽ 2. ph. 48. & 77.

L eſt.n. vt aliquid ſit non gñabile, &c. i. impoſſe eſt vt aliquid ſit non gñabile, aut non corruptibile caſu: ſed neceſſarium eſt vt hoc ſit ex natura faciente: qm̃ oĩa exiſtentia caſu nõ permanent, niſi parum, ſicut non fiunt, niſi raro. D.d. ꝑmanens aũt in æternum, &c. i. nõ fit, niſi quia ſubſtantia, & eſſentia eius dat ei ꝑmanẽtiã. D.d &, cum ita ſit, natura eſt, &c. i. &, cũ cã eſſe, aut nõ eſſe rerum naturalium ſit ex natura: naturalia aũt ſunt tribus modis, aut quorũ natura dat eis vt ſemp ſint, aut vt ſemp non ſint, aut vt ſint ĩ duabus diſpo-

M ſitionibus. i. & nulla nã dat vt ſit ſẽper, & nõ ſit, niſi neceſſariũ traſmutetur in poſſe. D.d. & cauſa iſti⁹ eſt potentia iſtius naturæ, & elementũ eius. i. & cauſa diuerſitatis entiũ in iſtis diſpoſitionibus eſt cã diuerſitatis naturæ in ſubſtãtia ſua. D.d. Nõ eſt ergo poſſe. i. non eſt poſſe, vt eadẽ natura det eidem eſſe ſemper, & nõ eſſe ſp. hoc aũt cõtingit dicenti hoc aliqd eſſe gñatũ, & poſt ꝑpetuũ, aut aliquid non gñabile, & poſt corruptum. ſ. ꝙ neceſſe eſt ei ponere aliquid, cuius natura dat ei vt ſemper

ſit

A fit, & semper non fit. D. confirmat hoc per demonstrationem, p quam sustentatus est in his demonstrationibus, & d. φ, si fuerit posse, tunc contraria erūt in actu necessario. quod est impōse. i. &, si aliquis posuerit φ posse est vt in aliquo æterno, sit potētia ad corruptionē absq; eo, φ corrumpatur, contingit ei φ in illo sint duæ potentiæ contrariæ existentes semper, s. ad esse, & potentia ad non esse in actu. Si ergo actio vnius potētiæ fuerit in actu, necessario est altera in potētia: cū impōse est vt actiones duarū potentiarū sint insimul,
B s. nō esse in actu, & esse in actu: nisi idem sit, & non sit in actu. quod est impossibile. Et, si vna illarū fuerit in potētia, erit positio suæ actionis, φ sit ī actu falsa, & possibilis: sed est falsa impossibilis, quia īducit ad esse actionum duarū potentiarū insimul ī actu. ergo illud, quod positū fuit, s. potentiam esse ad cōtrarium non esse in æterno falsum est, & impōse: qm̄ impōse est contrariū possibili: & ex quo sequit̄ impossibile, est impossibile. & etiā, quia hæc destructio non complebitur, nisi ī eo,
C quod ponit aduersarius generatū, & post æternum, ita, φ concedet φ potentia est in eo apud suum esse respectu futuri: & silr̄ cōtingit in corrupto, quod ponit, vt apud suum nō esse fuerit in eo potentia ad esse respectu futuri. Et, quia dicens hos duos sermones potest respondere φ potentia ad non esse in ente non est in respectu futuri, neq; potentia generationis in corrupto etiam apud suam corruptionē est in respectu futuri, d. impōse est. n quod sequit̄ ex sermone & d. dicens enim φ modo &c. i. & qui dicunt φ in generabili non sit potentia ad nō esse apud suū
D esse in respectu futuri, dicūt impossibile. i. quasi dicat aliquis φ instās præteritum, & præsens est idem. D. d. quō sequitur hoc impossibile ex suo sermone, & d. & apparet falsitas eius, &c. i. & hoc impossibile sequit̄ dicentem aliquid esse æternum, qđ in præterito fuit non ens, & qđ modo. s. in sui esse tpe, non est in eo potentia ad nō esse in futuro. qm̄ illud quod erat non ens in actu in aliquo tempore, deinde exiuit in actū suū, fuit apud suum non esse, non ens in actu, & apud suum esse, non ens in potentia. &, cum impossibile est vt
E hæc potentia ad non esse inueniat̄ in eo tempore pręterito. qm̄ in tempore præterito, fuit non ens in actu: neq; etiam in tempore præsenti in respectu futuri: quoniam contingit prædictum impossibile: remanet ergo vt sit in eo in præsenti respectu præteriti. Et qui dicit φ aliquid habet potentiam ad tempus præteritum, facit de præterito futurum, aut præsens: potentia enim non intelligitur, nisi ī respectu futuri. & d. φ aliquid sit æternum, & corruptibile in tempore. i. & est cadens sub non esse in aliquo tempore, sicut contingit dicenti esse generatum, & perpetuum: quoniam ipse ponit æternū quod in aliquo tempore fuit non ens. Et, cum dixit hāc positionem, d. quomodo contingit dicenti ipsam dicere φ æternum habet potentiam ad nō esse, & d. habet enim potentiam in tempore vt sit nō ens. i. & necesse est dicere de tali ęterno φ in eo est potentia ad non esse, quia iam fuit non ens in actu in alio tpe. D. d. sed non est in tempore præterito, neq; in tempore, in quo est ens
F
in

Non ē potentia a[d] pręterit[um].

G in actu.i. sed ista potentia nõ est respectu præteriti temporis, neq; temporis, in quo ẽ ens in actu. quasi igr̃ intendit ꝙ contingit huic sermoni vt non sit in eo potentia ad pręteritum, sed ad futurum.

Similiter autẽ & si prius sempiternum existens, posterius nõ est. habebit enim potentiã eius, quod actu non est. quare, si posuerimus quod possibile est, verum erit dicere nunc ꝙ hoc est in priore anno, & vniuersaliter in præterito tempore.

H *Si igitur aliquis dixerit, quòd illud, quod est in potentia, possibile est etiam quòd sit in hoc, dicemus modo quòd, si hoc possibile ẽ: potentia enim non est in tempore præterito, sed in tempore, in quo dicitur modo, & in tempore futuro: & similiter dicimus de eo, quod est primò semper ens, deinde in postremo non ens. habet enim potentiam in tempore, in quo non est in actu, vt sit non ens: si igitur aliquis* I *dixerit quod possibile est, dicemus quòd modo est annus præteritus.*

139 Hoc, quod incępit dicere, ẽ quasi obiectio contra id, quod prædixit, s. quia qui posuit potentiam ad non esse, q̃ est in generato ꝑpetuo ex potentia, si non fuerit posita in respectu futuri, continget vt nõ exibunt in actum, &, cum non exibunt in actum, nõ erit potentia. quasi ergo hoc dicens contradicit huic sermoni, dicendo ꝙ bene scimus ꝙ omnis potẽtia possibilis ẽ vt exeat ad actũ, & eius exitus in generato æterno iã K præterijt, & non est ipse futurus. & nulla differentia est inter hoc, ꝙ exitus eius ad actum sit, aut ꝙ non sit: quia potẽtia non dr̃, nisi in respectu actus. quapropter ipse dicit, respondendo, dicemus modo ꝙ, si hoc possibile est, &c. quia potentia non est in tempore præterito. i. dicemus respondendo, si omne, quod est potẽtia, possibile est vt exeat ad actũ, ergo potentia, & potestas nõ sunt, nisi in respectu futuri: qm̃ nihil potest in respectu præteriti. qm̃ actio, quę fuit in præterito, iã præterijt, & im- L possibile est vt reuertat̃ nunc: quapropter nulla potentia est ad ipsum omnino: & potentia non est, nisi ad eius simile in futuro secũda vice, & indifferẽter, siue possibile fuerit ad esse, aut ad non esse. Et, quia hoc quod dixit de potentia, manifestum est in eo, quod ponit̃ æternum, & in postremo corruptum, s. ꝙ apparet in eo ꝙ potentia ad non esse est in eo in respectu futuri econtra illi, q̃ existimãt de generato perpetuo: deinde d. &, silr̃ dicim' de eo, quod est primo semper ens, deinde in postremo non ens. i. & silr̃ dicemus nos, & M aduersarij nostri in eo, ꝙ ponũt nõ generabile, & ĩ postremo corruptũ, s. ꝙ potentia ad corruptionem non intelligit̃ in eo, nisi in respectu futuri. D. d. habet enim potentiam in tempore, in quo non est in actu, vt sit non ens. i. quia potentia, quæ est in eo ad corruptionem, non est nisi in respectu temporis, in quo non est ens in actu, s. in futuro. D. d. si igit̃ aliquis dixerit, ꝙ possibile est. i. & si aliquis dixerit ꝙ possibile est, vt potentia ad non esse in generato perpetuo sit potentia ad non esse præcedens

A cedens,dicemus ꝙ possibile est tunc vt præteritũ sit futurũ, aut præsens.

Et naturaliter autem, & non vl'r consyderantibus, impossibile est, aut quod sempiternũ erat prius, corrumpi posterius, aut quod prius non erat, posterius sempiternum esse. corruptibilia enim omnia, & generabilia, & alterabilia sunt. alterantur autẽ contrarijs: & ex quibus cõstant, quę natura sunt, & ab eisdem ipsis corrumpuntur.

Et possumus perscrutari de hoc B *sermone, & declarare errorem dicentis ipsum sermone naturali non vniuersaliter, sicut fecimus ante. Dicamus ergo quòd impoßibile est vt aliquid primo sit æternum ens, deinde post corrumpatur. aut vt aliquid primo sit non ens, deinde post sit ens æternum. omnia enim generabilia, & corruptibilia alterantur, & transmutantur, & non alterantur, nisi ex suis contrarijs, ex quibus componuntur, & generantur generatione naturali, & per* C *ea consumuntur, & corrumpuntur etiam.*

140 Vocauit istã demonstrationem naturalem, & prædictam vniuersalem, quoniam hęc est ex propositionibus naturæ, illa autem ex propositionib⁹ Logicis, vt hoc, quod dixit, quoniam falsum impossibile non sequitur ad falsum possibile. hæ autem propositiones sunt naturales, s. ꝙ omne, quod generatur, à suo simili generatur, & omne, quod corrũpitur, a suo contrario corrumpitur. D omne igitur generabile habet contrarium, & omne corruptibile similiter. &, cum coniungitur huic, ꝙ oẽ generabile habet cõtrarium, & omne habens contrarium est corruptibile, contingitq; omne generabile est corruptibile. & similiter, si cõiungitur huic, ꝙ omne corruptibile habet simile, & omne habẽs simile est generabile, contingit ꝙ omne corruptibile est generabile. habens igit' cõtrarium impossibile est vt remaneat per tempus infinitum, neq; in præterito, neq; in futuro. Si igitur mundus fuit primo nõ ens, deinde E generatus fuit post non esse, necesse est huic contrarium, ex quo fuit nõ ens, anteq̃ generabatur: &, cum ei est contrarium, necessario corrumpetur post generationem: & ꝙ hæc current fm ordinem. & sequitur ex hoc vt iste mundus sit ex alio mundo. quoniam, si ita non esset, quare ergo dominatur in aliquo suũ contrariũ in aliquo tempore, & corrumpitur, & in alio generatur? cõtinget ergo necessario vt mundus reducatur ad causas, ad quas ascẽdunt om nia generabilia, & corruptibilia, s. fm ꝙ est dictum in libro de Generatione, & Corruptione. Dicens F ergo ꝙ mundus generatus fuit, post q̃ non fuit omnino, & ꝙ erit corruptum, corruptibile sine regressu, nõ naturaliter loquitur. & similiter dicens ipsum esse generatum, non corruptibile, aut non generabile, & corruptum postremo.

Hę ꝓpositiones sũt nãles, s. oẽ qđ gñat', a suo simili gñat', et oẽ qđ corrũpit', a suo contrario corrũpit': Vid ꝑ pri

ma 7. m 28. & 1.. me. c 14

ARIST.

/

ARISTOTELIS DE COELO

LIBER SECVNDVS,

Cum Auer. Commen.

SVMMAE LIBRI

Prima continet procemium. Secunda de circulari corpore tractat. Tertia de stellis cōsyderat. Quarta de terra.

SVMMAE PRIMAE.

H *Cœlum non esse generabile, neq; corruptibile, quod ex Antiquorum etiam testimonio comprobatur.* C. 1.

QVòd igitur neq; factū sit vniuersum cęlum, neq; contingat ipsum corrumpi, quemadmodū quidam dicunt, sed sit vnum, & sempiternum, principium quidem, & finem non habens vniuersi æui, habens aūt, & continens in seipso infinitū tempus, & ex dictis licet accipere fidem, & per opinionem eam, quæ ab
I aliter dicentibus, & generantibus ipsum effluxit. si enim sic quidem sese habere cōtingat, eo autem modo, quo illi dicunt, non contingat, magnum vtiq; habebit & hoc momentum ad fidem de * immortalitate ipsius, & sempiternitate.

* Immortalitas respectu vitæ, sempiternitas respectu subæ, Pla. in Phędone.

Iam declarauimus sermonibus sufficientibus, & fortibus demonstrationibus, quòd cœlum nō sit ex elemento, & quòd impossibile est vt cadat sub corruptione, sed semper erit æternum, & fuit sine principio, & sine fine per omnia secula, & est causa temporis infiniti, & est continens ipsum. Considerans autem bene poterit scire quòd cœlum est, sicut diximus, ex verbis dicentium cœlum esse sub generatione. si enim possibile est vt cœlum sit, sicut diximus, & impossibile est, secundum quòd alij dicunt, hoc etiam confirmat sermonem nostrum, quòd cœlum sit æternum, non corruptibile. K L

IDest hoc, qđ dixit, cū nō sit ex elemento, duobus modis intelligitur, aut; quia non componitur ex materia, & forma, sicut alia corpora simplicia, aut q̃a non componitur ex elementis in actu. Compositio aūt prima nō est in eo p id, quod dictum est in primo libro, s. q corpus cœleste non hēt contrariū, & ex fine eiusdē, s. q in corpore cœlesti nō est potentia fm substantiam. q̃m, si esset, posset fieri trāsmutatio fm eā: quapp esset generabile, & corruptibile. compositio vero secunda non est in eo, q̃m est simplex. Et etiam quia est non generabile, neq; corruptibile: compositum vero ex simplicibus est cōpositū ex cōtrarijs: & cōpositum ex contrarijs est generabile, & corruptibile. &, si esset ex cōtrarijs, non moueretur naturaliter circulariter. nam omnia ista determinata sunt prius. Et intentio in maiori parte istius tractatus præsentis ē perscrutari de accidentib' huius corporis 1 M

Cęlū non ē compositū ex mā idē. 1. Cœ. 20. & quæ ibi. 1. cę. te. c. 20. & 21. & 22. & 124. & īī.

A potis,& aliorum quatuor. v.g. declarare quod habet dextrũ, & sinistrũ, & sursum, & deorsum, & ante, & retro, & q sphærica sit eius figura, & alia, q̃ quæruntur de eo. Et dixit, sine principio, & sine fine, i. q suũ eẽ non habet principium in tpe, neq; finem, cum ipsum sit causa temporis, & cõtinens ipsum. & ideo dixit, continens ipsum. quia tps nõ addit super ipsum, nec tps ẽ supra ipsum, sed, quia est causa temporis, ẽ quasi terminans ipsum: quapropter id, quod est extra corpus cœleste, non est in tempore, vt Deus, & intelligẽtię. D.d. Consyderans aũt, &c. ĩtẽdit declarare hoc sermone q cęlum non est generabile, neq; corruptibile. q̃m, cum aliquis intuebit̃ sermonem Aristo. & aduersariorũ eius in hac quæstione, & inuenerit sermonem aliorum sequi plura impossibilia, & inuenerit sermonem Ari. non sequi aliquod impossibile, acquiret fidẽ maiorem, q̃ habuerit prius ex ratione. Et ideo dixit Alex. nos autẽ non sumus sustentati super sententiam huius hoĩs inter oẽs alios, nisi, quia videmus ipsam minoris ambiguitatis, & remotiorẽ à ɔtradictiõe.

[1] Id, qđ est extra corpus cœleste, nõ ẽ i B tpe, vt Deus, & itelligentiæ. vid 4 ph. 118. & 120 idẽ. 1. cęl. t. c. 100. et 3. phy. 32.

Verba Alex. đ Aristo. Vide et 12. me. com. 18.

C Quare bene se habet quemq; sibi ipsi persuadere Antiquos, & maxime patrum nostrorum veros eẽ sermones, q est immortale aliquid, ac diuinum eorum, quæ motum quidem habent, talem tamen habent, vt nullus sit finis ipsius, sed potius iste aliorum finis sit. nam & finis continentium est. & hic perfectus existens, continet imperfectos, & habentes finem, ac quietem. ipse quidem neq; principium vllum habet, neq; finem, sed incessabilis est infinito tempore. alio D rum autem, horũ quidem principij causa est, horum autem suscipiens quietem Cœlum autẽ, & qui sursum est, locum, Antiq quidem Dijs attribuerũt, vt pote quod solum est immortale.

Et dicamus quòd oportet nos credere sermones Antiquorum verissimos, & maxime, quia sunt parẽtes nostri. dixerunt. n. quòd aliquid est velocißime mobile, æternum, non corruptibile, & eius motus non E *habet finem, sed ipse finis est cuiuslibet finis, & vltimum cuiuslibet vltimi, & continens omne continens. & ille motus est perfectus, continens omne diminutum, non perfectum, & omne finitum, & generatum. ipse autem non habet principium, neque finẽ, sed est æternum in tempore infinito. aliorum autem motuum quidam sunt, quorum primum principium est iste motus æternus, & quidam sunt,* F *quorum recipiens quietem eorum est iste motus æternus. & dicimus quòd omnes Antiqui posuerunt Cœlum esse locum Creatoris, propter suam incorruptibilitatem, & æternitatem.*

Testatur supra suum sermonem p sermones Chaldæorũ Antiquorũ, q̃m, hoc, quod dicunt, q aliquid est mobile velocissime, æternum, non corruptibile, idẽ est cũ opiniõe Aris. de

[2] Opi. Chaldeorũ eadẽ ẽ cum opi. Arist. de Cœlo. Idem. 1. Cę. 101.

16 Quod dicit manifestũ est ex pdictis: & est ꝙ medietas orbis, in qua est polus meridionalis, est supra orbem, vel superius orbis: & quod habitantes illic sunt in medietate superioris orbis. Et ex hoc apparet ꝙ ipse opinat illic esse habitationẽ, sicut declarauimus. & intẽdit per partem orientalem partẽ dextram. D. d. nos aũt habitamus in medietate inferioris orbis in sinistro. Et hoc, quod dicit, consyderandũ est. locus. n. habitabilis terræ diuiditur in duo æqualia, quorũ vnum est orientale, & alterum occidẽtale. qui enim habitat in oriẽtali est in parte dextra: & quędam pars eius est superius, & quædã inferius. si igit sit in quarta septentrionali, est in inferiori, si in meridionali, est in superiori. qui vero habitat in occidentali, est in sinistro, & quædã superius, quædã inferius. habitatio aũt in parte meridionali, ĩ qua eleuatur polus meridionalis, est econuerso, s. ꝙ quidam habitant in dextro, & in superius, quidam in sinistro, & in inferius. &, cum ita sit, qũo ergo dicit Arist. absolute ꝙ habitantes in septentrionali sunt ĩ inferiori, & in sinistro cœli: & ꝙ habitantes in meridionali se habẽt econuerso? Forte ergo intẽdebat dicere. nos autem habitamus in medietate inferioris orbis in sinistro, idest Gręci, & habitantes istam medietatẽ terrę, sed tamen illi, qui sunt in ista medietate partis, quæ est sub polo meridionali, sũt etiam in sinistro cœli, quãuis sint superius. illi aũt, qui opponũtur istis, sunt illi, qui sunt ĩ opposito loco in medietate orientali, & habitabili illic, s. qui sunt sub polo septẽtrionali sunt in dextro cœli, quãuis sint inferius. Et ideo in hoc sermone est ambiguitas, nisi sit ſm ꝙ dixit Themistius. dixit enim ꝙ hoc, quod dixit, fuit per consuetudinem Pythagoricorum. vocant enim Pythagorici superius partẽ dextrã, & inferius sinistram. Et forte medietas orbis, quæ est superior, est dignior vt sit dextra, & medietas orbis, quę est inferior, vt sit sinistra. &, si non, in rei veritate est ſm ꝙ diximus. Et, quia Pythagorici dicunt hoc in istis partibus contrarium ei, qđ ostensum fuit hic, demonstrauit hoc. Pythagorici enim dicunt ꝙ habitantes sub polo septentrionali, scilicet nos, sunt supra cœlũ, & in dextro, & narrauit ꝙ sermo eorum non est verus. Et forte Pythagorici non credunt ꝙ iste locus est superi⁹: nisi quia

Marginal notes: C — Arist. opinatur ꝙ ĩ polo meridionali sit habitatio. Idẽ 3 de Aĩa c. 5. in solo ne secũdę q̃onis. ex quo patet dari Antipodes, cõtra Astrologos. — Obiectio. — D — Solutio. — E — Themistij expõ. — F — Alia expõ.

G quia credũt ipsum habitabilem naturaliter pp illud, quod apparet in hac medietate ex multitudine stellarum fixarum. Aristo. enim declarauit in alio loco ꝙ stellæ sunt nobiliores partiũ totius orbis. &, cum ita sit, pars ergo, ĩ qua sunt plures stellę, ẽ nobilior. nisi aliquis dicat ꝙ pars meridionalis facit illud, quod facit pars septẽtrionalis p pauciores stellas, pp magnitudinẽ suę potentię. et ideo nõ ꝓuenit obiectio sup Arist. ex hoc. Et, quia motus aliarum stellarum erraticarũ, contrarius est motui stellarum fixarum in parte, narrauit ꝙ necesse est vt simus ſm motum erraticarum in sursum, & dextrum, & ꝙ habitantes in polo meridionali in respectu istorum orbium sunt in deorsum, & sinistrum, ita, ꝙ natura non cõgregat in aliqua parte vt habitantes eã sint in deorsum, & sinistrum secũdum omnes orbes.

H

Verũ cœlũ sit nobilius in polo arctico, q̃ i polo antarctico.

Et est locus huiusmodi magnę cõsyderationis, quæ pars sit nobilior. qm̃ illi, qui sunt sub polo meridionali, sunt ſm orbes erraticos ĩ deorsum, & sinistrum, & ſm fixum ĩ sursum, & dextrum, nos aũt ecõuerso.

I

Intelsshumanꝰ non pt cõphẽdere veritatẽ huiꝰ cõparationis. sed vide oppositum. 3. de Aia, c. 4. & 36. vbi hꝰ intellectu oĩa cognoscere. Vide cõt. Zim. *a. l. ex orientalibꝰ.

Si ergo motꝰ stellarum fixarum sit nobilior omnibus istis motibus: ergo & locꝰ earũ est nobilior. &. forte sunt nobiliores pp magnitudinem earum, & velocitatem motus earũ: sed intellectus humanus nõ potest comprehendere verificationẽ istius comparationis. D. d. Iam ergo declarauimus, &c. & intendit p dimẽsiones partes cęli, s. dimẽsiones, quę diuersificantur ſm diuersitatem potentiarũ, quę in eis apparent, dextrũ scilicet & sinistrum, & alia. Et intendit per loca, ea, quę copulãtur cum istis partibꝰ * oriẽtalibus, s. loca terræ, quæ respiciũt istas dimensiones cœli. & videtur mihi, ꝙ non vocauit illas dimensiones, nisi quia sunt in vna forma, transmutatæ ſm partes: queãdmodum diximus de dextro, & sinistro, s. ꝙ virtutes, propter quas ista loca cœli nominãtur hac nominatione, sunt virtutes separabiles. K

Quæsitum Secundum.

Causam enunciat, cur motus circulares sunt plures.

QVoniam aũt non est contrarius circularis motus circulari, cõsyderãdum est cur nam plures sũt lationes, quanq̃ eminus tentantibus facere quæstionem. longe autẽ nõ adeo loco, sed multo magis eõ, ꝙ eorum, q̃ accidũt ipsis, de admodũ paucis habemus sensum. L

Eorũ vnũ qdq; quorũ ẽ opꝰ, ẽ grã operis. Dei operatio ĩmortalitas ẽ.

attamen dicamus. Causa aũt de ipsis hinc sumẽda ẽ. Eorũ vnũquodq;, quorũ est opus, est gratia operis: Dei aũt operatio immortalitas est: hoc autẽ est vita sempiterna: itaq; necesse est motum sempiternũ Deo inesse. qm̃ aũt cœlum tale est (corpus enim quoddam diuinũ est) ob hoc habet circulare corpus, quod natura circulariter mouetur semper. M

Cur igiť non totum cœli corpus tale est? quia necesse est manere aliquid corporis lati circulo, id inquam, quod in medio existit. illius aũt nullã possibile est manere partẽ, neq; oĩno, neq; in medio. etenim motus ipsius ſm naturã esset ad mediũ. natura autẽ circulariter mouet: non enim esset sempiternus motus: nã nihil præter

A præter naturã sempiternum est. posterius aũt est quod prẽter naturã existit eo, quod fm naturã. & * excessus quidam est in generatione quod præter naturã est eius, quod secundum naturam.

* ἔκςα-σις. exitus. in 7. Phy. t. 18. remotio.

Modo igitur volumus perscrutari de cæteris, quæ perscrutanda sunt. et iã diximus multotiẽs quòd motus circularis non est contrarius motui circulari. perscrutemur ergo de motibus, quare sunt, & in quo B *sunt motus circulares plures, & iã promisimus quærere superius de istis motibus. Dicamus ergo quòd causa multitudinis motuum circularium est quòd oẽ habens actionẽ est propter suã actionem: & quòd actio rei diuinæ est æternitas, quæ est vita æterna. &, si ita sit, necessario res diuina habet motum æternum: cœlũ aũt est huiusmodi, quia est corpus spirituale, rotundũ, motum motu circulari naturali, æter-* C *no. Dicamus ẽt in eo, quòd totũ corpus cœli non mouetur vno motu, quia corpus, quod circulariter mouetur, mouetur necessario super medium fixũ: & nulla pars partium corporis rotundi est fixa oĩno. & nihil ex eo mouetur ad medium. quoniã, si aliquid ex eo moueretur ad mediũ, esset motus eius naturalis ad mediũ: sed iam diximus ipsum moueri motu circulari naturaliter: quoniam, si esset econtrario, motus eius esset nõ æternus. quoniã, illud, quod est extra naturã, non est æternum: accidentale aũt est post naturale, & est remotio naturalis ad accidens, quod est extra naturam.* D

Vult pscrutari hic de causa finali, qua cœlũ hẽt plures mot⁹, & vult dare cãm ex eis, q̃ hic apparẽt: apparet enim ꝙ proportio eoꝝ, quę sunt, ad corpa cęlestia est sicut proportio facti ad faciẽs. &, quia factũ est de operationibus faciẽtis sicut finis, incœpit dare cãm multitudinis eoꝝ ex factis hic. &, quia nã factorum non sequit᷑, nisi ex necessitate à corpe cœlesti, & corpus cęleste ex necessitate à mouente ipsum, incœpit declarare qũo cõsequunt᷑se adinuicem, & d. Modo igit᷑ volumus pscrutari, &c. i. dare causas oĩum accidentium, quę in eis apparẽt, & primo cãm finalẽ in multitudine motuũ ex eis, q̃ hic apparẽt, & non ex ipsa re. in Diuina aũt scĩa perscrutabit᷑ de hoc. qm̃ ibi declarat᷑ ꝙ hæc non sunt pp ea, quæ sunt hic, nisi secũda intentione, non prima: & ꝙ sũt duo fines, vna, s. fm primã intentionẽ, & altera fm secũdam. sed, quia hoc nõ declarabit᷑ in hac scĩa, incœpit dare illud, quod est æquiualens in hac scĩa: & est illud qd̃ apparet hic ex solicitudine circa res generabiles, & corruptibiles, q̃ est finis secunda intentione: quãuis hoc non apparet hic, sed ipsum esse finem tm̃. Et incipit dicere: & iam diximus multotiens ꝙ motus circularis, &c. iam declaratũ est superius ꝙ nulla contrarietas est inter mot⁹ circulares: ergo impossibile ẽ vt causa eius sit contrarietas suarum substantiarum: ergo causa eius est causa finalis, nõ efficiẽs, nec materialis.

17 E

Intelligẽtię duplici intentiõe agũt. Idem. 12. Met. 36. Idem hic inf. cõ. 21 F

G Perscrutemur igit' quare sunt sic, ita, ꝙ illud, quod quærit', sit hoc genus causarum, & non aliud. Et, cum dixit: quare sunt, intendit causam finalem. Et, cũ dixit: in quo sunt, intendit res subiectas huic fini: quia ĩ illis reb' fit hmõi, & propter illas res fit. sic & modus, in quo fit, in eis est ali' à modo, ex quo fit, quãuis duo modi sint vnũ subiecto. qm̃ omne, quod facit aliquam actionem propter aliquid, facit illã actionem ꝓp aliam rem: & hoc est, cum finis fuerit passio, & nõ actio. fines enim aliqñ sunt actiones istum, & aliquan-

H do actiones in passiuis. &, quia fines istoꝝ motuum sunt actiones in passiuis, dixit quare sunt, & in quo sũt.

D. d. ꝙ causa multitudinis motuũ, idest ꝙ hæc quæstio hẽt multas causas diuersas ſm prius, & posterius: & à quacunq; extremitate incœperit sequuntur aliæ causæ adinuicẽ se. s. ꝙ si incœperit ex extremitate principij, sequetur secunda, & ex secũda tertia, quousq; pueniat ad causam propinquam. & sisr, si incœperit ex vltima extremitate, pueniet ad primam causam. & propter hoc incœpit Aristo. à prima causa, deinde descendit ad causam quæsitam. & pos

I sibile esset facere ecõuerso. v. g. quare motus cœlestes sunt plures? s. propter generationem: & generatio ꝓp quid est? propter contrarietatem elementorum: & elementa contraria quare? quia sunt ꝓp motum cœli: & motus cœli quare? quia est ꝓp actionem diuinã ęternam. & hic quiescit desyderium humanũ. & si incœperimus ex prima extremitate, faciemus, sicut fecit Aristo. & dicemus ꝙ motus cœli ẽ ex necessitate ꝓp actionem rei æternæ diuinæ: cum oẽ ens habeat actionẽ, & elemẽta sunt ꝓp motũ cęli, & sic donec pueniatur ad vltimam cãm, quæ est generatio, sicut fecit Arist. Et hoc, quod dicit, ꝙ oẽ habens actionẽ est ꝓp suã actionem, est ꝓpõ vera: sed, si actio rei in alterum fuerit prima intẽtione, erit ꝓp alterum, & si actio eius fuerit prima intentione in se, erit ꝓp se, & erit actio eius in alterũ secũda intentione. oẽ enim habens actionẽ in se habet actionem in alio: & quod habet actionẽ in se, est spirituale, non corporeũ. sed, quia hęc diuisio non est manifesta hic, locutus fuit vsr. K

Oẽ habẽs actionem in se est spũale & nõ corporeũ. cõsule 2. Physic. com. 88.

L Et postq̃ posuit ꝙ oẽ ens est ꝓp suã actionem, d. & ꝙ actio rei diuinæ est æternitas. i. sequitur ex istis ꝓpõnibus ꝙ res diuina nõ inuenietur, nisi ꝓp æternitatem. & necessariũ est vt actio rei diuinæ sit æternitas: actio enim rei diuinę est ipsa, & suum esse, cum non sit ꝓp aliud. &, quia appropriatur ab alijs entib', & distinguit' in esse, * cõtingit ꝙ actio eius, quod est suum esse nõ est, nisi ꝓp æternitatẽ, s. æternitatem sui eẽ. actio aũt aliorum entium, quæ non sunt æterna, non est primo, nisi ꝓp esse aliorum entium tm̃: quamuis illorũ esse sit ꝓp aliud. V. g. ꝙ actio hominis prima intentione non est ꝓp suum esse: & ipse etiam non est, nisi ꝓp complementum * diuisionis huius esse. & ſm hoc erit actio hui' prima intentione ꝓp aliud, secunda ꝓp se. In rebus aũt diuinis est econuerso. s. ꝙ actio eorum prima intentione est ꝓp suum esse, & secũda ꝓp aliud. & hoc est, quod ponendũ est, & declarãdum in scientia Diuinali. M

Actio rei diuinæ ipsa, & sui eẽ. vid. 12. Met. tex. cõ. 39.

* Aeternorum actio est ꝓpter se aliorũ vero ꝓpter aliud.

* a. l. dimẽsionis.

D. d. &, si ita sit, necessario res diuina habet motum ęternum. i. & cum res diuina non sit, nisi ꝓp ęternitatẽ

suæ

A suæ actionis: & posuimus q necesse est vt ex esse rei diuinæ, cuius actio ipsa fuerit etiā res diuina, s. æterna, cuius actio est aliud ab ipsa, necesse est vt hæc res habeat motū æternū, & q nō inueniatur, nisi propter motum æternum. D. d. cœlum aūt est hmōi .i. ergo oportet vt actio ei⁹ sit æterna, vt pp æternitatem sit prima intentione, non pp aliud. Et, cū posuit has ꝓpōnes, d. Dicamus etiam in eo, q totum corpus cœli non mouetur vno motu .i. &, cū ita sit, bene possum⁹ dare causam multitudinis motuum cœli. Et, cū posuit q cœlum nō inuenitur, nisi pp actionem

B suam æternam, incœpit quærere illud, quod ex necessitate sequiť à cœlo, & d. quia corpus, qđ circulariter mouetur, &c. i. necesse est vt motus cœli sint diuersi ex hoc, quod dicā: & est, quia cœlum mouetur circulariter, necesse est corp⁹ fixum esse in medio, circa quod moueť. declaratū est enim in libro de Motibus animaliū q omne, quod mouetur, mouetur supra quiescens: & q potētia quiescentis addit super potentiā mouentis, nisi quiescens moueaťà mouente. D. d. & nulla pars partiū corporis rotūdi, &c. i. & hoc corp⁹, qđ debet esse quiescēs, impoſſe est vt sit cœleste: corpus enim cęleste impossibile est quiescere, vt declaratum ē

C superius. D. d. & nihil ex eo moueť ad medium. pōt intelligi q hoc corpus quiescens, quod apparuit rōne, necesse est, si ponatur extra mediū, vt moueaťad ipsum. qm̄, si quieuerit extra mediū naturaliter, impoſſe est moueri ad medium, aut quiescere in eo: & corpus cœleste impossibile est moueri ad medium: ergo corpus qescens in medio nō est cœleste.

Oē, quod mouetur mouetur circa aliqd quiescens. Idē 8. Phy. c. 84. & 1 Cę. 97. et 3. de Aia. 55.

D Et pōt intelligi q ꝓpō, dicens q corp⁹, quod est in medio, mouetur ad ipsum nāľr, sit accepta à sensu. qm̄ nō apparet in medio corp⁹ quiescens, conueniens ei, quod apparuit rōne, nisi terra. Et, cum posuit q corpus, quod est in medio mouetur ad mediū, & corpus cœleste nō moueťad medium, ad concludendū q illud, quod est in medio non est cœleste, incępit declarare ꝓpōnem, dicentem q corpus cœleste non moueťad medium. & d. qm̄, si aliquid ex eo moueretťad mediū, &c. i. & necesse est vt motus corporis cœlestis nō sit ad mediū. qm̄, si ita esset, oporteret vt mot⁹ eius esset naturalis ad mediū: & iam declaratū est q est circulariter: igitur impoſſe est moueri ad medium: cum impoſſe sit vt aliquid habeat duos motus naturales. E

D. incœpit declarare q motus circularis naturalis est, & d. qm̄, si esset econtrario, nō esset motus æternus. idest quia impoſſe est vt violētus sit æternus. D. dedit causam in hoc, & d. qm̄ illud, quod est extra nām, nō est æternū, &c. i. quia illud, qđ est extra nām, est accidentale: accidētale aūt est post naturale: & est recessio rei naturalis ad rem accidentalē extra naturā. &, si aliquid inueniretur in aliquo accidentaľr, & ęterne, eēt possibile vt aliquid extra nām inueniretur ī aliquo absq; eo, q inueniretur naturale. quod est impoſſe. F

Rō ad ꝓbādū nullū violētū eē ꝑpetuū. vide ꝓ hoc 1. Cę. 14. et quæ ibi.

Necesse est igitur terram eē, hęc enim quiescit in medio. nūc igitur supponať hoc, posterius autem demonstrabitur de ipso. At vero, si terram, necesse est & ignem esse. contrariorum enim, si alterum natura est, necesse & alterū

Si alterū cōtrariorū fuerit in nā, et reliquū. Vide cōt. Zim.

G alterum esse natura, si sit contrarium, & esse quandam ipsius naturam: *eadem enim est materia contrariorum. † Et priuatione prior affirmatio: dico autem, veluti calidum frigido. quies autẽ, & grauitas dicuntur per priuationem leuitatis, & motus.

*Eadẽ est mã cõtrariorum.
†Affirmatio prior priuatione.

Reuertamur ergo, & dicamus quòd, si necessarium est quòd motus circularis sit circa aliquod quiescẽs fixũ, necesse est vt sit terra: quoniã est quiescẽs in medio. sit hoc igitur, H *secundũ quod diximus, & post loquemur de ipsa, & de alijs elementis cõpendiosè. Modo aũt dicamus quòd, si alterum contrariorum fuerit naturale, & reliquum erit naturale necessario: quoniã materia contrariorum eadem est. Et, quia habitus est ante priuationẽ, vt calidum, & frigidum. quies vero, et grauitas non dicunt, nisi priuationem leuitatis, & motus.*

18 I Cum declarauit, & posuit ꝙ, si necesse est vt sit cœlum motũ, necesse est vt sit fixum corpus, circa quod ẽ motus in medio, d. ꝙ necesse est ex ista positione ꝙ hoc corp⁹ sit terra: nullum enim corp⁹ est huiusmodi, nisi terra, s. corpus quiescens in medio. Et hoc intendebat, cum d hoc igitur quiescens est terra. &, quia indiget in hac declaratione declarare ꝙ necesse est vt terra habeat contrarium, quod indiget sermone per se, & sit hoc, quod dixit, ꝙ cœlum indiget ĩ suo motu terra, d. sit hoc igitur, secundum ꝙ diximus, &c. idest sit modo positum nobis quòd terra K habeat contrarium, & ꝙ elementa sunt plura vno, quousq; determinemus quot sunt elementa, & quã naturam habeat vnũquodq;. Et innuit p hoc, quod dixit, ꝙ cœlum indiget aliquo fixo, quod ẽ terra: qm̃ sermo in hoc magis ĩdiget diuisione, & distinctione. &, quia ponit ĩ sermone ꝙ terra habet contrarium, quod nõ declarabit perfecte, nisi consyderando de elemẽtis, d. post loquemur de terra, & de alijs elemẽtis. i. quia sufficit nobis in hoc loco ponere ꝙ hẽt contrariũ. D. d. Modo aũt dicamus ꝙ, si alterum cõtrariorum fuerit na L turale, &c. i. & postq̃ concessum est ꝙ terra habet contrariũ, dicamus ꝙ, si forma, quæ habet contrariũ, fuerit naturalis forma, necesse ẽ vt forma cõtraria illi sit naturalis suo formato. v. g ꝙ, si grauitas erit forma terrę, & fuerit naturalis terræ, necesse est vt corp⁹ sit leue, in quo leuitas sit naturalis. Et hoc quod dixit, ꝙ materia contrarioꝝ sit eadẽ, est causa esse vtranq; formam naturalem. qm̃, cum recipiens duo cõtraria fuerit idem, habebunt ad ipsum eandẽ proportionem. ergo, si alterum fuerit naturale subiecto, & reliquum. M

In 2. & eg. t.c.49.

D. d. Et, quia habit⁹ est ante priuationem, vt calidũ, & frigidum. i. necesse est si alterum contrariorũ fuerit vt sit alterum: qm̃ alterũ contrariorum est habitus, & forma, aliud aũt priuatio istius formę: sed forma est ante priuationem, vt calidum & frigidum: frigidum enim est priuatio calidi: sicut est graue priuatio leuitatis, & quies priuatio motus. Et intendebat ꝙ, si contrarium, qđ est priuatio, fuerit, dignius est vt sit cõtrariũ, quod est prius. & hoc quidẽ est

Alterũ cõtrariorũ ẽ forma, &habit⁹, aliud aũt priuatio. Idem. 2. Ph. 15. et 2. Me. 15. & 7. Idẽ 1. de Gẽ. 18. & 4. Mete. 27. Idẽ 2. de Gene. 32. et 12. Me. 22.

A est dispositio terræ cum igne: terra enim grauius est, ignis vero leuius. si igitur graue est, dignius est vt sit leue: quemadmodum, si quies est, dignius est vt sit motus: &, si frigidum est, dignius est vt sit calidum.

At vero, si ē ignis & terra, necesse ē & ea, quæ inter ipsa sunt, esse corpora: contrarietatē enim habet vnūquodq; elemētorum ad vnumquodq;. supponaē autē & hoc nunc, posterius autē tentandum erit ostendere. His autē existentibus, manifestum est ꝙ

In 4. hui⁹ tex. 17. & in 2. d Gene. t. 16.

B necesse est generationem eē eò, ꝙ ipsorum nihil possibile est eē sempiternum: patiuntur enim, & agunt contraria à se inuicem, & corruptiua inuicem sunt.

Reuertamur modo, & dicamus quòd, si necessario sunt terra, & ignis, ergo et alia corpora, quæ sunt inter ea. sit ergo hoc, secundū quod diximus, & post perscrutabimur in hoc sufficienter. Modo aūt dicamus quòd, si ecōtrario sunt duo, manifestū est quòd tunc generatio est

C *ex eis necessario. impossibile enim est vt aliquod elementorū sit semper permanens: quoniam contraria agunt, & patiuntur.*

19 Cū declarauit ꝙ, si necesse ē corpus, quod circulariter mouet, esse, ꝙ necesse erit corp⁹ graue semp quiescens esse, .i. terrā, &, si terrā, & ignē. &, quia hæc duo sunt in fine cōtrarietatis, contingit vt sint in fine remota in loco, & cōtingit ꝙ inter ea sint alia elementa. Et pp hoc d. Reuertamur modo, &c. i. &, cū ita sit, necesse ē vt inter ea sint alia corpo- D ra, aut plura, aut vnū: & oportet vt hęc oīa corpa sint cōtraria: qm̄ qđlibet elemētorū necesse est vt sit cōtrariū alteri. &, quia hoc nō est manifestū in hoc loco, dixit: ergo hoc, fm ꝙ diximus, &c. D. d. modo autē dicam⁹, &c. i. & nō dixit hoc, nisi qa in hoc loco non apparet ꝙ cōtraria sunt plura vno perfecte. quasi ergo dicit: & si non concedaē nobis ꝙ cōtraria sunt, nisi duo tm̄, manifestū est ꝙ necessitas est vt sit generatio. corpora enim contraria impoē est vt nō agant, & patiantur adinuicē: quapropter generantur adinuicem E ex his entia media necessario.

Quodlibet elmto rū est cōtrariū alteri. qđ qualr sit intelligēdum, Vide 5. Ph. c. 10.

Insuper aūt non est rationabile quippiam mobile esse sempiternum, cuius nō contingit esse fm naturā motum sempiternū. horum aūt est motus. Quòd igitur necessariū sit esse generationem ex his manifestū est. si vero generationem, necesse est & aliā esse lationē, aut vnā, aut plures. secūdum enim eam, quæ totius est, similiter necessarium est sese habere & elemēta corporum ad F inuicem. dicetur autē & de hoc planius in sequentibus.

Et dicamus ēt quòd impossibile est vt sit motus æternus, cū non habuerit motum æternum naturale: necessario enim erit non permanēs. Manifestū est igitur, quòd necessario est generatio. &, si generatio ē necessario, erit sicut motus circularis vnus, aut plures necessario. secūdum enim dispositionē totius erit

G *dispositio elemētorum adinuicē. & post declarabimus hoc manifestius.*

20 Hoc, quod dixit, est quasi rememoratio de cōsequentia, quā narrauit. quasi ergo dicit, & manifestū est ex hoc, qđ diximus, ꝙ, si motus ęternus est, necesse est vt sit motū æternum: nisi mot⁹ æternus inueniatur non æternus. &, cū motū æternum sit, igitur quiescens æternū. &, cum hæc duo cōtraria sunt, generatio ergo erit, & corruptio. quapropter dicit: manifestū est igiť ꝙ generatio est necessario. D. d. &, si generatio

H necessario est, &c. i. &, si generatio sequitur à motu circulari necessario, necesse est vt sit ęterna, sicut motus circularis. Si ergo mot⁹ ęternus circularis fuerit vnicus, tūc generatio erit vni⁹ speciei: &, si plures, pluriū. Et ideo d. secundum enim dispositionem totius erit dispositio elemētorum adinuicem. idest ꝙ diuersitas cœli motuum facit diuersitatem modorū generationis, & corruptionis. &, quia hoc declaratur in Secūdo Peri Geneseos, d & post declarabimus hoc manifestius.

In 2. de Gē. t. c. 55

I Nunc aūt tantum manifestū est pp quam causam plura sunt circularia corpora, quia necesse sit generationē esse, generationē aūt, si & ignem. hunc aūt & alia, si & terrā. hanc aūt, quia necesse est manere aliquid semper, si & moueri aliquid semper oportet.

Modo vero volumus dicere quare corpora rotunda sunt plura. Dicamus igitur quod sunt plura propter generationem, quia generatio necessaria est. generatio enim impossibile est vt sit, nisi per ignem, K *& alia elemēta. & terra non est, nisi quia est necessarium, si aliquid motum est æternum, vt sit aliquid fixum semper quiescens.*

Cū omnia ista declarauit, potuit 21 dare causam. pp quā mot⁹ cœli fuerunt plures, & vtitur in hoc sermone conuersione ꝑdictæ consequentiæ, & incœpit ex multitudine motuum corporū cęlestiū, & peruenit ad primum principiū, & d. Modo vero volumus dicere, &c. i. &, cū declaratū est hoc, possumus dicere qua de causa motus cœlestes sunt plures, &c. qa L necessariū est vt sit generatio: & cōtingit diuinitus vt inueniať fm ordinem: quia nō ꝑficitur, nisi ex multitudine motuū cœli, qui ꝑstant ordinē, & continuationē generatiōis. necesse est igitur pp hanc solicitudinem vt corpa cęlestia sint plura: qm̄ manifestū est ꝙ * generatio cuiuslibet speciei istius mūdi non perficiť, nisi ꝑ aggregationem motuum corpoꝝ cœlestium: ꝙ, nisi essent plures motus eorū, essent ociosi. quod est impoſſe. Et debes scire ꝙ esse plures motus † ꝑ ordinationē in gňatione nō est prima intentione, sed secūda. corpora. n. cœlestia nobiliora sunt M his: & pp quod aliquid inueniť esse, est nobilius eo prima intentione: & declaratū est in scīa Diuinali ꝙ ista non inueniuntur, nisi pp se prima intētione. sed illud, quod inuenitur pp se prima intētione, necesse est vt inueniatur pp aliud secunda intentione, nisi illic nō esset natura innata ad largiendum. D. d. generatio enim impoſſe est vt sit, nisi ꝑ ignem, & alia elementa. idest, &, si aliquis quęrat quare est generatio, dicemus qm̄

* Gňatio cuiuslibet spēi istius mūdi nō ꝑficiť, nisi ꝑ aggregatiōem motuum corporū cœlestiū.

† Esse plres mot⁹ ꝑ ordinatiōnē in gňatione nō est prima intētiōe.

A qm̄ ex necessitate est, quia ignis, & alia elementa sunt. ita est intelligendum, non fm ꝙ apparet ex suis verbis, ꝙ generatio impose est vt sit nisi per ignem: qm̄ hoc manifestū est falsum. sed ipse non intendebat inducere illud, quod sequit' ad generationem, sed illud, ex quo sequit' generatio: sed accipit illud, quod sequit' ad generationem in loco ei', a quo sequitur generatio. quasi ergo dicit necesse ē vt generatio sit, quia ignis est, & alia elementa. qm̄ consequentia conuertit', s. ꝙ, si generatio est, ignis est, & alia elementa, & ecōuerso. B Et intendebat per hoc, fm ꝙ reputo, demonstrare ꝙ à priori ĩ istis sequit' posterius: & quod à posteriori sequitur prius. & dixit hoc, quia, cum posterius in rebus generabilibus inueniatur, ĩuenietur prius: &, si prius inueniatur, nō est necesse vt inueniatur posterius. v.g. si domus, ergo lapides: &, si lapides non est necesse vt domus sit. Quare ergo aliquis potest dicere ꝙ hoc, quod dixisti hic, est econuerso de generabilibus? cum enim generatio est, erunt elementa: & non sequitur ꝙ, si elēnta sint, ꝙ sit generatio: tu autē posuisti econuerso, s. ꝙ, si elementa sint, generatio est. C &, quia hoc est addendum, voluit declarare ꝙ conuersio in istis est ex duobus extremis. &, qa ipse non posuit consequentiam, nisi ex vno extremo tm̄, in quo apparet consequentiam esse impossibilem, s. consequētiam posterioris ex priori: aduersarius. n. potest inuehi dicēdo, ꝙ illud, quod est notum est consequentia prioris ex posteriori, nō posterioris à priori: tu autem posuisti ꝙ posterius in generatione sequitur à priori, non prius à posteriori: & propter hoc respondit ꝙ cō- D sequentia hic inueni' in duabus partibus. D.d. & terra non est, &c. i. motus cœlestes sunt plures propter generationem. generatio. n. est ex necessitate pp ignem: ignis autē necessario sequit' à terra: terra vero à corpore circulariter moto. & tacuit cōsequentiam residuam, quia est nota per se: & est ꝙ corpus, quod circulariter mouetur, est propter illud, qđ mouet ipsum, cum sit impossibile ĩ eo, in cuius substantia est vt semper moueat, vt non moueat, nisi suum esse esset ociosum. qm̄ in substātia ignis est vt comburat necessariō, & E vt aliquid recipiat combustionem: nisi ista potentia esset ociosa.

In rebus ghabilib' cd inuenit' posterius, inueniet' pri', & nō ecōtra. vide pro hoc. 2. phy. te.c. 89. & 90.

Quæsitum Tertium. Formam cæli rotundam esse.

Figuram autē sphæricam necesse ē habere cœlū: hæc. n. est & maxime propria substantiæ, & natura, prima. Dicamus aūt vl'r de figuris, quæ prima sit & in planis, & in solidis. Oīs itaꝗ figura plana aut rectilinea est, aut circūlatilinea. & rectilinea quidem à pluribus continetur lineis, circūlatilinea aūt ab vna. F Qm̄ igitur prius natura in vnoquoque genere est vnum multis, & simplex composito, prima vtiꝗ erit planarum figurarum circulus.

Dicamus etiā quòd figura cœli rotunda est necessario: quoniam illa figura est conueniens substantiæ, & naturæ cœli. Volumus modo perscrutari de figuris, & quæ sunt primæ in superficiebus, & corpori-

G *poribus. Dicamus ergo quòd omne superficiale, aut est figura æqualis, aut circularis. figura autē circularis est illa, quam continet vna linea. figura autem æqualis, quam continent plures lineæ. Et, cum ita sit, & vnum in omni genere ē ante plura, & primum eorum naturaliter: & simplex est ante compositum: ergo circulus est ante, & prius figuris superficialibus.*

22 H Quamuis declaratum est ex prædictis ꝙ figura cœli est rotunda, quia motus circularis non existit naturaliter, nisi in figura rotunda, tñ ī hoc loco vult ponere hoc quæsitū p se: qm̄ declaratio ei⁹ superius non fuit prima intentione, sed consequebatᶜ ex illo, quod intendebat declarare. & pp hoc reuersus est ad perscrutādum iterum de hac intētione, & d. Dicamus etiam quòd figura cœli, &c. i. & volum⁹ modo declarare ꝙ figura cœli est rotunda: & hæc figura est conueniens naturę, & substantiæ eius. proportio enim istius figurę ad alias figuras est proportio sub I stātiæ cœli, aut corporis cœli ad oīa corpora. Et, cum hoc intendebat, dixit: Volumus modo perscrutari de figuris, &c. i. & hoc declarabitur ex duabus propositionibus. Quarum altera est ꝙ corpus primū habet primam figuram. Secunda est ꝙ figura rotunda est prima figurarum. Et quia prima propositio est manifesta, dimittit eam. & incępit declarare secundam, & d. Volumus igiᶜ perscrutari, &c. & dicit hoc, quia sunt consimiles, quia s. proportio circularis ad figuras sup̄ficiales est sicut figuræ sphęricę ad figuras corpeas: K & quia hoc magis apparet in superficialibus. & etiam vr̄ propter hoc, quia esse huiusmodi intentionis in circulo est cā sui esse in figura sphærica: qm̄ superficies est prior corpore, & linea prior sup̄ficie: pp hoc posuit declarationem in superficieb⁹, & d. omne sup̄ficiale, aut est * linea, &c. i. omnis superficies continetur aut linea recta, aut circulari. D. d. figura autem circularis cōtinetur ab vna linea, & superficies, quæ cōtinetur à linea recta, continetur à pluribus duabus. D. d. Et, cum ita sit, &c. i. &, cum posuimus ꝙ figura, q̄ continetur ab vna linea, est in genere L figurarum, sicut vnū in numero, & simplex in genere omni: & ꝙ figuræ, quę continentᶜ à pluribus lineis, sunt sicut multitudo in numero, & sicut composita in alijs generibus: &, cum posuimus ꝙ vnum in quolibet genere est prius multitudine, & quòd simplex est prius composito, necesse est vt figura superficialis rotunda sit prior figura superficiali multorum laterum. &, cum hoc sit necesse in superficiebus, necesse erit in corporibus. figura ergo sphærica M est prior. & intendit per hoc ꝙ figura rotunda est prior triangulo: quia figura rotūda est vnius linee, & triāgulus trium. &, quia triangulus est prior cæteris figuris, quarum lineæ sunt rectę, necesse est vt illud, quod est prius eo, sit istis prius. Et videtᶜ Obiectio. ꝙ, cum dixerimus ꝙ superficies rotunda sit prior non rotunda, sit alio modo, q̄ cum dixim⁹ ꝙ simplex est prius composito. superficies enim rectorum laterum nec componitᶜ ex rotundo, neq; dissoluitur in ipsum, sicut aliæ figuræ dissoluunᶜ in triangulos

* a. l. figura.

A gulos. Sed inuenitur in ea simile dis-

Solutio. solutioni, & compositioni in eo, ꝙ triangulus cōponit ex tribus lineis, & circulus ex vna. si igitur linea, ex qua componitur circulus esset eiusdem speciei cum ea, ex qua componitur triangulus, tunc prioritas circuli ad triangulum esset sicut prioritas simplicis ad compositū: sed in rei veritate circulus est prior triāgulo, sicut linea circularis est prior linea recta: quia circulare ē perfectū, & rectum diminutum. & pp hanc diminutionē accidit ei vt recta non possit cōtinere figuram. sed tñ Aristo. non accepit prius in demonstra-

B tione ista fm hunc modum, sed fm prioritatē simplicis ad compositū, nō vere, sed per similitudinem: qm̄ linea circularis non est de genere rectitudinis. fm hoc igit est intelligēda ista propositio. Propositio autē, dicens ꝙ figura prior debet esse in corpore priori, est manifesta, cū posuimus ꝙ prius fm substantiam debet esse prius fm accidentia essentialia propria, s. accidētibus eius, quod est posterius, sicut est prius eo p substātiam corporis, & cum posuimus

C ꝙ figura est accidēs, quod sequitur ad substantiā corporis. &, cū ita sit necesse ē vt figura cęli sit prior alijs figuris. qm̄ figura cęli non est in eo accidentaliter, sicut in elementis, in quibus intendebatur receptio multarum figurarum, cum esse elementorum* sit propinquius ad esse materiæ q̄ ad esse formæ: corp⁹ autem cœleste econtrario, qm̄ suum esse ē propinquius formis.

Figura cęli nō ē in eo accidētal̄r, sicut i elemētis, i qb⁹ intēdebat̄ receptio figurarū. vid 3. cę. c. 67.

*Esse elementorū ē ppinquius mãę, et eē celi ē propinquius formę. idē 1. cę. 24.

Amplius autē, si perfectum id est, extra quod nihil eorū, quæ ipsius sunt, possibile est accipere, quemadmodū determinatū D est prius: & rectę quidē appositio semper est, circulari aūt nunquam: manifestū est ꝙ perfecta vtique erit ea, quæ continet circulū. quare, si perfectum prius est imperfecto, & ob hęc prima vtique erit figurarū, circulus. Similiter aūt & sphęra solidarum. sola.n. illa continetur vna superficie, rectilineę autem pluribus. vt.n. se habet circulus in planis, sic sphęra in solidis.

Dicamus etiam quòd cōpletum ē illud, quod nō inuenitur, nec possibile ē inueniri post ipsum, neq; extra ipsum aliquid, sicut prius determinauimus, sed possibile ē addere semper in linea recta, & non est possibile addere in linea circulari omnino. & cum ita sit, manifestū ē quòd linea circularis ē completa, & perfecta. &, si circulare ē perfectum, & perfectum ē ante diminutum, necessario erit propter has propōnes prædictas, circulus ante istas figuras, & primum earum. F *Erit igitur corpus sphæricum ante alia corpora. quoniam ipsum solum continetur ab vna superficie, alia vero corpora æqualium linearum continentur a pluribus superficiebus. & dicamus etiam quoniam, sicut circulus in superficiebus, ita sphæricum in corporibus.*

15 Hæc est alia demonstratio, ꝙ figura circularis est prior natura nō circulari, & ꝙ ipsa sola est perfecta, &

G & declarat ꝙ figura circularis est pfecta duabus propositionibus, quarum vna est, quòd in figura rotūda impossibilis est additio, & diminutio: & secunda est, ꝙ perfectum est illud, in quo est impossibilis additio. &, cum hoc conuertatᷣ, quia hæc est definitio perfecti, cōcludetᷣ in secunda figura* (quamuis sit ex duabus affirmatiuis, quia maior conuertitᷣ) ꝙ figura circularis est perfecta, sic. In figura circulari impossibilis est additio, & diminutio: & quod ē huiusmodi est pfectū: ergo figura circularis est perfecta. Præterea nō circulare est diminutū: & declaratᷣ duabus propositionibus in secūda figura sic. In eo, quod non est circulare, possibilis est additio, & diminutio: & quod est tale, est imperfectū: ergo illud, quod non est circulare, est imperfectum: ergo illud, quod nō est circulare, est imperfectum. D. d. & si circulare est perfectum. i. sm ꝙ manifestum est ex hoc sermone† quòd perfectum est ante diminutum, erit necessario pp has ppositiones, &c. & intendit p propositiones primam demonstrationē, & secundam, cum in vtraq; demonstraret ꝙ figura circularis ē ante rectam: in prima quidem, quia est simplex, in secūda autem, quia est perfecta. D. d. Erit igitᷣ corpus sphæricum, &c. mutauit demonstrationem de supficie rotūda ad corpus rotundum, cum hæc esset sua intentio i. & per demonstrationem, ex qua apparet ꝙ circulus est prima figurarum superficialiū, apparet ꝙ figura sphærica est prima cęterarum figurarū corporaliū. qm̄ sicut circulus est prior, quia est simplex ex vna linea, aliæ autē figuræ superficierum sunt cōpositæ, ita est de sphæra cum alijs figuris corporalibus. D. incępit declarare ꝙ illud, quod sequebatᷣ in figuris superficierum, sequitur etiam in figuris corporum ex proportione: & iste modus declarationis in corpibus alius est à declaratione, qua fuit vsus ante mutationem. & d & dicamus etiam quòd, sicut circulus est in superficiebus, ita est sphæra in corpibus: sed notum est ꝙ proportio circuli ad alias superficies est sicut proportio sphærę ad alias figuras: & declaratū est ꝙ circulus est prior alijs superficiebus: ergo & figura sphærica est prior alijs corporibus. K

Definitio pfecti ēēē id, cui nō pōt additio fieri. idē 1. cę. 4. et 12. et 7. ph. 18. & 8. phy. 75.

* In scđa figura, qñ maior cō uertitᷣ in terminis, H possum⁹ arguerᷣ ex ambabus affirmatiuis. Idē. 2 ph. 23. et 4. ph. 33. et 42.

† Perfectū ē añ diminutū. idē 8 ph. t. c. 75. et 1. Cę. 12.

I

L Amplius aūt & diuidentes in plana, & ex planis corpora generantes, testes fuisse his vñr. solā enim solidarum sphærā non diuidunt, tanꝗ non habentē plures superficies ꝗ vnā. diuisio. n. in plana, non vt secās quis ĩ partes diuidet totū, hoc efficitᷣ modo, sed vt in diuersa specie. Qđ igitur solidarum figurarum prima sit sphæra palam est.

M *Dicamus etiam, quòd corpora facientes ex superficiebus, & dissoluentes ea in ipsas testantur nobis. hi non dissoluunt corpus sphæricum inter alia corpora: quoniam non habet plures superficies. & nō est dissolutio corporum in superficies, sicut dissolutio totius corporis in partes. dissolutio enim corporum in superficies erit in formas diuersas. Manifestum est igitur quòd figura corporis sphærici est ante figuras aliorum corporum.*

Non

A Non intendit p hoc ꝙ sermo illo
24 rum sit verus: ipse enim contradicit
in Tertio tractatu isti⁹ libri illis: sed
vult demonstrare ꝙ ipsa natura rei
cogit dicentes corpora esse composi
ta ex superficiebus, vt non compo-
nant corpus sphæricum. & hoc qui-
dem non accidit eis, nisi quia figura
eius est simplex. D. d. & nō est disso-
lutio corporum, &c. potest intelligi
ꝙ velit dare differentiam inter dicē
tes ꝙ corpus componit͛ ex partibus
indiuisibilibus, & dicentes ꝙ ex sup
ficiebus. Dicentes. n. corpus compo
ni ex indiuisibilibus, non est apud
B eos corpus simplex: componētes au
tem ex superficiebus possunt dicere
corpus esse simplex. compositio. n.
corporum ex superficiebus, vt dn̄t,
est multis modis. dicunt. n. ꝙ figura
ignea componit͛ ex quatuor trian-
gulis: & ꝙ octoedron componit͛ ex
octo triangulis, & icosiedron com-
ponitur ex viginti triāgulis. Et, qa
apud eos causa compositionis cor-
porum est multitudo superficierū,
necesse est eis dicere ꝙ corpus sphæ-
ricum est simplex, cum sit ex vna su
perficie. &, quia compositio corpo-
rum ex supcieb⁹ fit multis modis,
C possibile est inueniri corpus sphæri-
cum, carens omnibus istis modis, &
quia compositio ex partibus eiusdē
modi est in oībus corporibus, im-
possibile est fm suam existimatio-
nē inueniri corpus simplex. Hoc igi
tur intendebat, fm ꝙ puto, cum di-
xit ꝙ dissolutio corporum in super-
ficies erit in formas diuersas. i. ꝙ dis
solutio corporū in superficies ima-
ginatur diuersis modis fm numerū
modorū compositionis: dissolutio
aūt corporis ī partes est eiusdē mo-
di in omnibus corporibus.

Est aūt & fm numerū ordinē D
assignantibus sic ponentibus ra
tionabilissimū, circulū quidem
fm vnum, triangulū autem fm
dualitatē, qm̄ duo recti sunt. si
autē fm triangulum, vnū, circu-
lus non erit figura.

Dicamus quòd, si figura corpo-
ris sphęrici est etiam in numero,
& termino ante figuram: aliorum
corporum: sphæricum enim habet
vnam lineam, triangulus autem
habet duas: & vnum ante duo est
prius in numero, & in termino: er- E
go figura corporis sphęrici est ante
figuras corporum.

Intendit p terminum definitio- 25 Vnū est prius numero.
nem. & quasi dicit, ꝙ figura sphæri-
ca est similis vno. &, quia vnum est
prius in definitione, & numero, ne-
cesse est vt figura sphærica sit prior
figuris numero, & definitione. Et
hoc manifestū est, qm̄ in definitio-
ne numeri accipit͛ vnū: sed non in
definitione vnius accipitur nume-
rus: definitio ergo vnius est prior de
finitione numeri. In figura autem
sphærica non inuenit͛ hoc, nisi fm si F
militudinem, sicut diximus: quem-
admodum non inuenit͛ in eo sim-
plicitas, & vnitas, nisi fm similitudi
nē. &, quia prioritas definitione, &
numero est alia à prioritate fm sim
plicitatem, & vnitatem, propter hoc
est ista demonstratio alia à prædi-
cta demonstratione. Et hoc, ꝙ dixit
ꝙ orbis habet vnam lineam, inten-
debat circulum. i. ꝙ figura sphærica
assimilabatur vni: in vno autē inue
niuntur tres modi prioritatis, s. qa
est vnum simplex, & quia est prius
defi.

G definitione, & quia est prius numero. s. in ordine numeri, necesse est vt figura sphærica sit prior his tribus modis cęteris figuris cũ mõ quarto prioritatis, quem hẽt proprie, s. prioritatem perfecti respectu diminuti. & hæc quidem prioritas est magis propria: quia non dr̃ in eo fm̃ similitudinem. & pp hoc vr̃ mihi q̃ hęc demõ̃ratio est firmior inter illas.

Quoniam autem prima quidem figura primi est corporis: primum autẽ corpus, quod in extrema circulatione, sphæricũ
H id vtiq; erit, quod circulari circũfertur latione. Et quod igitur continuum illi est: sphærico.n. continuum est sphæricum. Silr autem & quæ ad mediũ horum sunt. quæ enim à sphærico continentur, & tangunt, tota sphærica necesse est esse: quæ aũt infra eam, quòd planetarum, sũt tangunt eã, quæ supra est sphęram. q̃re sphęrica vtiq; erit oĩs: oĩa.n. tãgunt, & cõtinua sunt sphæris.

Dicamus etiam quòd, si prima
I *figura est in primo corpore, & primum corpus est illud, quod est in primo orizonte motus totius, necesse erit illud, quod circulariter mouetur esse rotundum. Igitur & corpus, quod sequitur ipsum, est etiam rotundum: corpus enim copulatum cum corpore rotundo etiam est rotundum. Et corpus, quod est in medio, est etiam rotundum. omnia.n. corpora quæ continentur, & copulantur cum corpore rotundo, sunt rotunda necessario. &, cum ita sit,* K
& corpora, quæ sunt sub orbibus erraticis, sint copulata cum superiori motu, necessario erit totum rotundæ figuræ: quoniam omnia corpora sunt continua, & contangentia sunt orbes erraticos: orbes aũt erratici tangũt orbes vltimos.

Cum declarauit q̃ figura sphærica est prima figurarum, & intentio 26
eius fuit declarare q̃ figura cœli est sphærica, cõiungit huic propositioni, quam declarauit, propositionẽ notam p se, & est q̃ prima figura de- L
bet esse in primo corpore. & cũ coniungatur huic q̃ cœlum est primũ corpus, sequitur necessario q̃ figura cœli est prima figura: sed prima figura est sphærica: ergo figura cœli sphærica est. quòd autem cœlum est primum corpus manifestũ est p se. Et, cum dicit, q̃ corpus primum est in orizonte totius, potest intelligi orbis stellatus. Et põt intelligi totus orbis, qui cõtinetur à superficie orbis stellati, & a superficie ignis, q vr̃ mouetr motu diurno Et d. Igitur & corpus, quod sequitur ipsum est ẽt rotundum. &, si intellexerim' ex
hoc totum cœlum, intendit p illud, M
quod sequitur ipsum ignẽ, & aerẽ. &, si intellexerimus orbem stellatũ, intendit p illud, quod sequitur ipm orbem Saturni. & magis manifestũ est q̃ intendat per illud, quod sequitur, ignem, & aerem. & per corpus, quod est in medio, terram. Et hoc est melius dicere q̃m figura sphærica est in omnibus corporibus cœlestibus essentialiter, & in elemẽtis accidentalr: quia existunt in rotundo: & quia vacuum non est. Si ergo dixe-

Figura sphærica è in olb' corpibus cœlestib' essẽtialr, et in elemẽtis accñtalr. Idem sup. c. 22.

A dixerimus ꝙ orbis Saturni est rotūdus, quia est in rotundo, & quia nō est aliquid vacuū, esset cā accidētalis. cum aūt dixerimus ꝙ ignis est rotundus, quia est in rotundo, est causa essentialis. Et, cum declarauit ꝙ vnumquodq; istorū corporum est rotundum, & qdam ex suis naturis, & qdam ex naturis eorū, in quibus existunt, d. &, cum ita sit, & corpora, q sunt, &c. & intendit per corpora, quæ sunt sub orbibus erraticis, quatuor elementa: & intendit per erraticos, orbes stellarū septem. Sed aliquis pōt quærere, & dicere, verū est

Dubium. B illud, quòd illud, quod est in concauo sphęrici, necessario debet eē sphęricæ conuexionis, ꝙ aūt sit sphæricæ concauitatis non est necessariū. v.g. quia ignis est in concauo orbis lunæ, cōtingit necessario vt habeat superficiem conuexam, vt aūt habeat superficiem concauam non est necessarium: ergo non manifestabit ex hoc sermone ꝙ aer sit sphęricus, aut

Solutio. aqua, aut terra. Et dissolutio huius est ꝙ ex substātijs horū corporum est vt figurent sphęrice, cum fuerint in locis suis naturalibus, fm qđ declaratū erit, qn̄ considerauerimus

C de figuris eorū propriè. qm̄, cum posuerimus ꝙ motus eorū à centro, & ad cētrum est motus æqualis ex oībus partibus. i. ꝙ intēdunt in dimēsiones æquales, & quod quiescent in dimensionibus ęqualib⁹ à loco motus, contingit necessario vt figurentur figura sphærica.

Amplius, qm̄ vr̄, & supponitur circulariter circūferri ipsum vniuersum, demonstratū est autem ꝙ extra vltimā circūlationem neq; vacuum est, neq; loc⁹, necesse est & propter hæc sphæricum esse ipsum. Nam, si erit rectilineum, accidet & locum esse extra, & corpus, & vacuum. nā rectilineum, quod circulariter vertitur, nunquam eandem occupabit regionem, sed vbi pri⁹ erat corpus, nūc non erit, & vbi nunc nō est, iterum erit propter permutationem angulorum. Similiter autem & si quæ alia figura fiat non ęquales habēs eas, quæ ex medio, lineas, vt lenticularis, aut oualis. in omnibus. n. accidet & locum, & vacuum esse extra lationem, propterea ꝙ non eandem regionem totum occupat. D E

Et dicamus etiam quòd, cum illud, quod diximus, videtur cadere sub visu, necessario est permanens, & manifestū est quòd figura vniuersalis vadit circulariter, & iam declarauimus etiā rationabiliter quòd extra vltimum orbem nō est vacuū, neq; locus. &, cum ita sit, figura est rotunda propter has dispositiones, quas posuimus in eo necessario. Quoniam, si vltimus orbis fuerit linea æqualis, non rotunda, necessario erit extra ipsam vacuū, & locus, & corpus. quoniam linea æqualis, quando mouetur motu circulari, & motus eius non fuerit in eodē loco, sed in diuersis locis, recedet à suo loco, in quo aliquādo fuit, & aliquando non: & locus, in quo non est aliquando, est aliquando: F

&

G *& hoc non erit propter diuersitatem angulorum. Et similiter erit in alijs figuris quæ non sunt circulares, & quarum lineæ exeuntes à medio non sunt æquales, vt figura lentis, & oui. quoniam, cum orbis fuerit figuratus aliqua istarum figurarum, deinde motus fuerit motu circulari, erit vacuum, & locus. quoniam circulatio totius, & eius itio non erit super vnum locū semper, sed super loca diuersa, sicut*
H *diximus superius.*

27 Hęc est demonstratio alia accepta à visu. videtur enim ꝙ mot⁹ corporis vniuersalis continentis dicaᶜ vere motus circulariter: quia videmus ꝙ vnaquæq; stellarū mouetur à loco ad illum locum eūdem absq; eo, ꝙ reuertaᶜ, & moueaᶜ ad contrariam partem, ad quam mouetur: & illud, quod mouetur ab aliquo, & ad illud idem absq; eo, quod reuertatur, moueᶜ circulariter. Hoc igiᶜ intendebat cum d. Et dicamus etiā,
I &c. & intendebat per figuram vl'em corpus continens totum. & d. cum hoc, qđ diximus visum sit sensui: ergo non indiget ratione: quia manifestum est per se. & sic componitur ratio. Hoc, quod diximus, ꝙ motus totius est circularis, est manifestum sensui: & quod manifestū est sensui est permanens, & notum, & non indiget declaratione: ergo ꝙ mot⁹ cœli est circularis est manifestum p se. D. d. secūdam propositionem, & d. & iam declarauimus, &c. i. &, cū posuimus ꝙ motus Cęli est circularis, & posuimus illud, quod declaratū

Q. mani festum ē sensui est pmanens & notū, & nō idiget declaratiōe 1. cœ. t. cō. 100.

est in principio libri, s. ꝙ extra orbē K
continentem totum non est vacuū, neq; plenum, neq; locus, apparebit ex hoc ꝙ impossibile ē ꝙ figura corporis continentis totum sit nō sphęrica. & intendit p rationabiliter, fortem demonstrationem. D. d. &, cū ita sit, &c. i. & intēdit per dispositiones hoc, quod mouetur circulariter & quòd extra ipsum non est corp⁹, neq; vacuum. Et, cum narrauit ꝙ ex istis propositionibus sequitur vt figura eius sit rotūda, incępit declarare quomodo sequiᶜ, & d. q̄m, si orbis vltimus, &c. i. q̄m, si posuerimus ꝙ figura orbis est composita ex lineis rectis, & ꝙ continetᶜ sub superficiebus rectis, tunc motus partiū ei⁹ L
non erit in eodem loco, sed diuersis fm magis, & minus. q̄m loca, in quibus mouētur anguli figuræ, q̄ sunt extra, erunt necessario maiora locis in quibus mouētur partes, quę sunt īter angulos. Et causa huius est, q̄a lineę exeuntes à centro vsq; ad superficies nō erunt ęquales: quapropter linea maior mouetur in loco maiori loco, ī quo mouetur linea minor. locus igitur minoris necessario erit diuersus à loco maioris. D. d. recedet à suo loco, &c. i. &, cum corpus M
fuerit rotundum, continget ꝙ quælibet pars suarum partium recedat ab eodem loco existēti in actu semper, in quo ante non fuit, & in quo post non erit, & est idem numero: & sic cōtinget ei vt vadat ad locum existentem semper in actu, in quo ante non erat, & in quo post non erit, & est idem. quod non fit, cū corpus transmutatur in eo, & intrat in ipsum, neq; corrūpitur, cum recedit ab eo. Et hoc nō accidit nisi in corpore sphærico. proprie. n. locus, ad quem

A quem mouetur aliqua pars ei⁹, idē est cum eo, à quo recedit: & sic loc⁹ remanet idem numero, & partes p̄mutantur absq; corruptione, vt fluuius, cuius partes mutant̄, eadē forma remanente. Corporū autem nō sphæricorum accidit parti vt locus eius non sit existens in actu, anteq̄ sit ī ipso, cū loc⁹ nō sit ī actu, nisi cū corpus fuerit in eo. quia igit̄ locus, à quo recedit aliqua pars, differt à loco, in quo existit alia pars, pp hoc non mouebit̄ pars eius ad locū existentem ante, & post. Et hoc intendebat, cum dixit: & hoc non erit p̄-

B pter diuersitatē angulorū. & vniuersaliter continget necessario cū corpus nō sphæricū mouebit̄, vt partes eius impleāt locū, & euacuēt ipsum: quapp necessario sequitur vt extra ipsum sit locus, aut corpus, aut vacuū: ergo non est sphæricum. D.d. Et silr erit in alijs figuris, &c.i. & similiter conueniet in figuris, quarū lineæ exeuntes à centro vsq; ad circunferentiam non sunt æquales, q̄uis non contineant̄ à superficiebus rectis, vt figura lentis, & oui. s. q̄, si figura cęli fuerit vnius istarū figura

C rum, continget vt extra ipsum sit locus, siue corpus, siue vacuum. & hoc intendebat cum d. q̄m, cū orbis fuerit, &c. &, cum dixit hoc, dedit cām

Obiectio. eius, et d. q̄m circulatio, &c. Et hoc, q̄d dixit, non est manifestū in istis figuris, s. oui, & lentis. q̄m, cum axis corporis oui fuerit in longitudine, tunc erit sicut corpus sphęricū, s. q̄ partes eius non implebūt, neq; euacuabūt. & silr de corpore lētis. q̄m, cum eius axis fuerit ex parte laterū, tunc partes eius non implebunt lo-

Dicit, ꝙ causa in hoc est, quia primus orbis est principium, & causa in dādo cuilibet viuo suā vitam fortius, & plusquam principia cęterorū corporum diuinorum. Et, quia in hoc min⁹ illo nobilitant̄, minus nobilitantur 68

G bilitantur sifr in hoc, & in mouēdo plures stellas. isti.n. orbes non sunt causa vitæ eorum, quæ sunt hic, nisi per stellas, cum sit visum ꝙ nobiliora, q̄ sunt illic, sunt stellę. quasi ergo d. ꝙ causa ī hoc est, quod principiū vitæ, est in orbe hoc, quod est causa cuiuslibet vitæ, fortius alijs principiis vitæ existentibus in aliis orbibus, principia enim, quę sunt ī istis orbibus, sunt viua, & sunt principia vitæ, quę est hic. Et ideo Antiqui dicebant ea esse Deos: & Babylonici dicebāt ex hoc, ꝙ consyderauerunt, ꝙ quælibet stellarum illarū hēt operationem propriam in generib⁹ ꝓprijs entium, & operationes cōmunes in generibus cōmunibus, & non tm̄ in corporibus, sed in animabus. v.g. dant Saturno plantas, & mineras, & omnem substantiā frigidam, & siccam, & dant consyderationem ei, & bonitatem in finibus rerum, & alia, quæ scripta sunt in suis libris: quamuis non sit dubium ꝙ maior pars sit destructa. Arist. autem fecit librum de hoc, qui dicitur de regiminibus cœlestibus.

Principia q̄ sunt in istis orbibus sunt viua, & sūt principia vitę, q̄ est hic. vide cōsimile. 8. ph. tex. com. 1.

H

2 Erit autem vtiq; hic accidēs I ſm rationem. prima.n. vna existens multa mouet corporū diuinorum: multæ autem existentes vnum solum vnaquæq;. errantium.n. vnumquodq; pluribus fertur lationibus. Sic igitur exæquat natura, & ordinē quēdam facit, vni quidem lationi multa tribuēdo corpora, vni vero corpori multas lationes.

Dicamus etiam, quòd rectè primus orbis est vnus, & mouet plura corpora spiritualia, & isti orbes, qui sunt plures, vnusquisq; mouet vnum corpus tantum, quoniam omnis orbis orbium erraticorū mouetur pluribus motibus, & primus orbis vno. Et secundum hoc iuste fecit natura, cum posuit in eis ordinem: dico, quia dedit vni motui plura corpora, & vni corpori plures motus. K

Dicit, ꝙ natura iuste posuit, cum dedit ei, quod est impose moueri, nisi motu vno plures stellas, quas mouet illo vno motu, ita, ꝙ per illum vnū motum faciat plures operationes: & dedit ei ꝙ impossibile est mouere, nisi vnā stellam tm̄ plures motus, ita, ꝙ quemadmodum primum facit per vnum motum plures operationes, ita illud etiam faciat ꝑ vnā rem motam plures operationes. Et d. Dicamus etiam ꝙ rectè, &c. i. ꝙ rectè fuit hoc, qd̄ dixim⁹. qm̄, si omnis orbis orbium erraticorum est possibile vt moueatur pluribus motib⁹, & impossibile est vt moueat plures stellas: orbis autem stellatus impossibile est vt moueatur pluribus motibus, & possibile est vt moueat plures stellas vno motu. Et, cum demōstrauit hoc, d. Et ſm hoc iuste fecit natura, &c. i. &, cum possibilitas sit in eis his duobus modis diuersis, iuste fecit natura, cum dedit cuilibet eorum in actu, quod possibile fuit in eo, & dedit vnicuiq; eorū terminum ī esse alium a suo compari, deīde explanauit hoc, & d. quia dedit vni motui plura corpora, & vni corpori plures motus. & debes intelligere ꝙ quare fecit hoc, causa fuit vt aliter non faceret. 69 L M

Et

A Et insuper ob hoc vnum habent corpus aliæ sphæræ, quia multa corpora mouent eæ, quæ sunt ante vltimam, & eam, quæ vnum astrum habet. in multis enim sphæris vltima sphæra fertur innexa: vnaquæque autem sphæra corpus existit. Illius igitur cõmune erit opus: hęc.n.est propria quęque per naturam latio.

Et dicamus etiam, quòd in quolibet orbium habentiũ plures motus diuersos fuit vna stella, quia B *quilibet eorum mouet plura corpora, s. orbis continens orbes stellarum erraticarum, quæ sunt in eo. quoniam orbis vltimus, s. continẽs stellas erraticas mouetur, & firmatur in pluribus orbibus, & omnis orbis eorum est corpus, vt operatio orbium, qui reuoluunt stellam erraticam, sit vniuersalis operatio orbium, qui reuoluunt, & quilibet eorum habeat motum, & operationem propriam.* C

70 Hæc est alia causa à prædicta: & est, quòd oẽs orbes qui mouent stellam vnam erraticam, habent orbem, à quo continentur: & iste orbis mouet oẽs illos orbes, econtrario suis motibus, s. ex oriente in occidẽtem in motu diurno. &, cum ita sit, continget vt omnes orbes, qui mouent stellam erraticam, sint quasi prohibiti à suis motibus pp istum orbem mouentem eos econtrario suis motib'. &, quia isti orbes sunt quasi ꝓhibiti à suis motibus, oẽs nõ põt mouere, nisi vnã stellam: orbis aũt stellarus se habet econtrario, cùm nõ sit prohibitus suo motu: qa non habet alium motorem, à quo prohibeatur à suo motu. D Et d. quòd in quolibet orbium, &c.i. & quilibet orbis continens orbium erraticorum habet in se plures orbes, & mouet vnã stellã: quia ille orbis continẽs mouet alios plures orbes, econtrario suo motui. & hoc intendebat, cum d. quòd quilibet eorum mouet plura corpora, &c.i. quia mouet oẽs orbes illius stellæ, econtrario suo motui proprio, s. ex oriente in occidentem. D.d. causam in hoc, quòd mouet per suum motum E plures orbes, & d. quòd vltimus orbis, s. continens stellas erraticas, &c.i. & necesse est vt omnes orbes stellę moueantur per motum orbis continentis eos, quia iste orbis est quasi ligat' in omnibus orbibus, qui mouentur consequentes ipsum. Et non debes intelligere, nisi ligationem per motum, & consequentiam tantum. D.d. & oĩs orbis eorum est corpus, vt operatio &c.i. & posuit in oĩbus orbibus orbium erraticorũ vnum corpus cõtinens eos, & mouẽs eos econtrario suo motui. vt oẽs orbes mo- F uẽtes stellas hñt duas operationes, s. duos motus: quorũ vnus est vlis oĩbus stellis, & est in quo sequitur motum diurnum: & alter est proprius, & est motus appropriatus stellæ.

Hęc autem velut adiacet. oĩs autem finiti corporis ad finitum potentia est. Sed de astris quidẽ circulari motu latis dictum est qualianam secundum substantiam sint, & secundum figuram, & de * latione, & ordine ipsorum. *a.l.loco.

G *Et, si in aliquo orbe orbium erraticorũ essent plures stellæ, esset vltimus orbis in labore, cũ mouet orbes, qui sunt post ipsum motu diuerso, & reuoluit ipsos, & in quolibet eorum sunt multæ stellæ. & iã diximus multotiens quod omne corpus finitũ habet potentiã etiam finitam. propter hanc causam igitur fuit in quolibet orbe orbium erraticorum vna stella tantũ. Iam ergo compleuimus sermonem de stellis, & quomodo moueantur, & quã substantiam habeãt, & figuram, & de locis, & ordine earum sermone sufficienti.*

H

71 Quia orbis primus est, qui in motu diurno reuoluit oẽs orbes stellarum ex oriente in occidentem cum stellis, quæ sunt in eis, dicit ꝙ, si in quolibet orbe orbium erraticorum essent plures stellæ, non esset possibile vt primus orbis moueret eos illa velocitate: aut nõ esset possibile mouere eos omnino: cum sit declaratũ ꝙ potentia cuiuslibet corporis est finita. & sermo eius est intellectus p se.

Digressio

I Sed haberet multas dubitationes. Quarum vna est, quia dicit ꝙ esset orbis in labore: & iam declaratum est ꝙ illis corporibus non contingit labor.[a] Secunda est hæc, ꝙ d. ꝙ primus orbis mouet alios orbes. qm̃ corpus non mouet corpus, nisi tactu:[b] & iam declaratum est ꝙ illa corpora non mouet se fm tactum, neq; expulsione, neq; attractione, sed fm desyderium.[c] Et etiam, si cõfessi fuerimus ꝙ primus orbis mouet alios, quemadmodum corpora mouent se ad inuicem, quomodo ergo dicemus ꝙ ĩ istis corporibus erit potentia finita: & iam determinatũ est ꝙ semꝑ mouentur?[d] Et, si aliquis responderit ꝙ iam determinatũ est in principio istius libri ꝙ potentia cuiuslibet corporis agentis, aut patientis est finita, & hæc non acquirunt operationem æternam, nisi ex potentia infinita, quæ mouet ea, vt Alex. & Auic. respondet, contingit ex hoc vt aliquid sit pose corrumpi, quod nunquã corrumpetur.[e] Ioannes aũt dedit hanc quæstionem Peripatheticis tali modo, ꝙ non possunt euadere ex ea, fm ꝙ concedunt ꝙ in isto corpore cœlesti est potentia finita: qm̃, si illic sint duæ potentiæ, finita scilicet, & infinita, contingit vt fm finitam sit corruptibile, & fm infinitam incorruptibile. Dicamus ergo nos ꝙ hoc, quod d. ꝙ orbis vltimus esset in labore, intendebat ꝙ potentia moti ex eo addet supra potẽtiam suam naturalem. qm̃ causa laboris ĩ animalib⁹ est vt addat potentia moti super potentiam motoris: quoniam potẽtia moti necessario est opposita potẽtiæ motoris. hoc igitur intendit per laborẽ. Et etiam, si potẽtia moti in eo adderet super potentiam motoris, tunc motus eius esset violentus: & quod violente mouetur impossibile est vt recipiat æternitatem motus à potẽtia infinita, scilicet mouente, quæ non est in materia: &, cum necesse sit in eo vt non recipiat æternitatẽ, necesse est vt laboret. De alia autem dubitatione, in qua dictum est ꝙ vltimus orbis non mouet alios ꝑ suũ corpus, ita, ꝙ dicatur in eo ꝙ, si essent plures, aut maiores, contingeret ei labor, cum non moueantur alij

Prima q̃stio, qua q̃rit verũ intell gẽtia fatigetur ĩ mouendo.

a Sc̃da q̃ỏ, verũ pri m⁹ orbis moueat alios orbes ꝑ contactum.

b 3 phy.

K

85. & 12. Met. 36.

c Tertia q̃ỏ, verũ intelligẽtia moueat potẽtia infinita.

d Respõsio Alex. & Auic.

e De q̃ỏne ista, mota à Ioanne g[r]ammatico, vide. 12. Meta. cõ. 41.

L

Solutio primæ q̃stionis.

Cã laboris ĩ aĩalibus est vt addat potentia moti s[u]ꝑ potẽtiã motoris.

M

hoc vide 8. ph. 78. 79. 83. & 2. c. d[e] sub[st]ãtia orbis.

Solo secũdę q̃ỏnis.

A alij orbes, nisi per desyderiũ ad motorem primi orbis, dicamus ꝙ hoc debet intelligi ꝙ primus orbis est mouẽs eos, q̃a totus orbis est, quasi vnum aĩal, sed non est vnũ animal quasi ligatum multis ligamentis, sicut animal dissimilium partiũ, sed est ligatum prima potẽtia spirituali diuisa in suo toto. Hoc igitur vnum corpus per vnam potentiã spiritualem, quæ est in eo, debet habere magnitudinem terminatã necessario, vt post dicet. &, cum habeat magnitudinem terminatã, necessario est, si

Totus orbis ẽ quasi vnum animal. Idem 3.c. 42. & 12. Me. 44.

B haberet plures stellas, vt motus eius esset violentus: * & sic intelligendũ est ꝙ vltimus orbis mouet alios orbes, s. sicut dr̃ ꝙ nobilius mouet totum: q̃m ista prima potẽtia spũalis non diuiditur in alijs orbibus, nisi quia primo diuiditur in isto orbe: quemadmodum potentia mouens aĩal nõ diuiditur in aliis membris, nisi quia primo diuiditur in corde. & mirum est qũo hæc potentia diuiditur in mẽbris dissimilium partiũ, non qũo diuidit̃ in membris consimiliũ partiũ. diuisio n. eius in istis

* a l. addit & sic, si cõtineret plures mot⁹ aut maiores orbes.

C est ingeniosa, s. per ligamentum, illic aũt sine ingenio, sed naturaliter. & ideo non indiget illic ligamento, donec fiat ex eis vna res mota, sicut hic idiget. quapropter animal ligatum, & aĩal diuinũ, non ligatũ non dñr esse vnum, nisi æquiuoce. determinatum est. n. ꝙ vnus motus simplex, & verus est motus diurn⁹: & ꝙ vnus motus est in vno moto: ergo illud, quod hẽt in rei veritate vnum motũ, ẽ vna res mota ĩ rei veritate. De tertia aũt quæstione, & est q̃stio de corporibus cælestibus, quæ sunt æterna, dñr habere potẽtias finitas, dicamus ẽt ꝙ corpora cælestia hñt

Aĩal ligatũ, & nõ ligatũ nõ dñr vnũ, nisi æquiuoce. idẽ 3.cõ. 6 c.

Solo ter...

finitas potentias in qualitate, infinitas in tempore, s. ꝙ oẽ corpus cæleste hẽt motũ terminatũ in velocitate, & nõ potest moueri neq; tardius neq; velocius, & diuersant̃ in motu f̃m diuersitatem suarũ naturarũ, & conueniunt in hoc, ꝙ sunt ĩfiniti in tpe. Q̃m oẽ motum hẽt velocitatem terminatam necessario. siue habuerit formam naturalẽ, siue nõ: & sic oẽ motum hẽt operatiõẽ finitã in qualitate, cũ oẽ motum habeat magnitudinem finitã, siue habuerit formam materialẽ, siue non. sed appropriat̃ hñtibus formam materialẽ,

D

Corpora cælestia hñt potẽtias finitas ĩ qualitate, finitas in tpe. idem 3.c. 63. & 12. Met. 41. & 8. phy. 79. & 3. c. de substãtia orbis.

E quia motus eorũ est finit⁹, & abscissus, & vl' actio, & passio eorũ. carentib⁹ aũt forma materiali appropriatur ꝙ motus eorũ, & vl' actio, & passio sunt æterna. &, quia corpus cæleste est motũ, necesse est vt habeat velocitatẽ terminatam, & vl' actionẽ, & passionem terminatam f̃m qualitatem. &, quia non habet materialẽ formam, necesse est vt actio, & passio eius sint æternæ. ergo non est in eo potentia finita vt moueat̃, vel vt moueat, ex quo contingit prædicta quæstio, & est qũo inueniatur æternum, in quo sit potentia ad corru-

F ptionem. Et quod terminatum est ĩ primo tractatu istius libri, s. ꝙ habet potentiam finitã propter actionem, & passionem, non intendit, nisi quo ad suam qualitatẽ, s. ꝙ actio eius, & passio sint finitæ in vigore. Et causa eius est, quia est finitum in magnitudine. & cũ isti non possent distinguere finitum in qualitate à finito ĩ tempore, accidit eis ista perplexio. Et propter hoc opinandum est ꝙ corpus cæleste est simplex, nõ compositum ex materia, & forma: & ꝙ forma, qua mouetur, non est

Corp⁹ cæleste est simplex, non compositũ ex mã, & forma id. 3. c. 3. & 1. Cæ. 10. & quæ ibi.

G materialis oĩno. Et, cũ ita sit, determinatum est q̃uo Arist. de orbe dicit ꝙ, si in eo essent plures stellæ, esset in labore, si oẽ corpus hẽt potentiam finitã. D. d. Iam ergo cõpleuimus sermonẽ de stellis, & q̃uo mouent̃. i. quia sunt fixæ in orbibus, & orbes mouent̃, & quam substãtiam hñt, quia sunt naturæ quintæ: & de figuris, quia sunt sphæricæ, & de locis, i. quia causa diuersitatis motuũ earũ est ſm diuersitatem ordinis situs, s. earũ adinuicem. Et põt intelligi ꝙ iam declarauit situs earum, cũ dixit ꝙ consyderauit Lunam, & in-
H uenit ipsam eclipsare Mercurium.

SVMMA QVARTA. de Terra.

Antiquorum de loco Terræ opinionem enuntiat. Cap. I.

REliquum autẽ est de Terra dicere, & vbi posita sit, & vtrum de ĳs sit, quæ quiescunt, an ex ĳs, quæ mouentur, & de figura ipsius. De positione igitur non eandem oẽs hñt opinionem. sed, cũ plurimi, qui to-
I tum cœlum finitum esse aiũt, in medio iacere dicant, contra qui circa Italiã incolũt, vocanturq; Pythagorei, dñt. in medio. n. ignẽ esse inquiũt: terrã aũt astrorum vnum exñtem, circulariter latã circa medium, noctẽ, & diẽ facere. Amplius aũt oppositam aliã huic conficiunt terrã, quam antichthona noĩe vocant: nõ ad apparentia rões, & cãs quęrentes, sed ad quasdã opiniones, & rationes suas apparentia attrahentes, & tentantes adornare. K

Volumus modo dicere de dispositione Terræ, et perscrutari de ea, & de loco eius, & vtrum sit quiescẽs, aut mota. Dicamus ergo, quòd Antiqui diuersi sunt in loco eius. & omnes dicentes quòd cœlum est finitum dicunt terrã esse positam in medio. Pythagorici autem habitantes Italiam contradicunt illis, & dicunt quòd ignis est positus in medio, & quòd terra est stellarum vna, & reuoluitur circulariter, & L
ex motu eius circulari fit nox, & dies, & faciunt aliã terrã, quam vocant antugamonani. & dicunt hoc, & opinãtur hanc opinionem, quia non quærunt cognitionem causarum rerum, & sermonum in eis ex visu, sed mutant visum secundum suam voluntatem, deinde laborant in confirmando illam voluntatem.

Dicit: Volumus dicere de dispõne, i. de figura Terræ, & perscrutari 7a M
de ea, i. de sua natura, & vtrũ sit quiescẽs, aut mota, i. ſm totum. Deinde incœpit dicere opiniones Antiquorum de loco ei⁹: &, quia opinio remotissima in Terra est dicentis ꝙ non est in medio, & reuoluitur circa medium, incœpit dicere sermonẽ eorũ, & dixit ꝙ oĩs, qui dicit cœlum esse finitum, i. cœlum esse sphæricum, dicit terrã esse in medio. D. d. Pythagorici autem, &c. i. Pythagorici contradicunt oĩbus Antiqs, & dicunt ꝙ ignis est positus in medio.

A dio. & vt q ipsi opinabant cum hoc q cœlū sit sphæricum: & vt ex hoc, quod dicunt, q terra est aliqua stellarum, & q moue circa mediū,& quod nō opinabantur terrā esse motam circa se,i. fm partes remanētes fm totū, vt dīt alij Antiq. & visum est q opinabant q stellæ mouētur cū eo, q terra moue, præter motū diurnum, quē attribuunt terræ: & iō dixerunt q ex motu eius fit nox, & dies. Et intendunt, fm q credo, q moue fm totum in circulo. & apparet ex hoc, q faciunt alterā terrā oppositā. & quod ipsi opinabant q ī

B circulo, sup quē moue terra, est altera terra opposita isti, & q mouetur motu æquali ei. Et forte opinabant hoc pp eclipses: qm aliquis pōt imaginari hoc pp eclipses Solis, & Lunæ. Et vīr non possumus imaginari oēs opiniones Antiquorū, neque perficere eas, cum non sint famosæ apud nos, sicut apud Arist. D.d. causam, pp quā accidit istis hoīb' tales sermones dicere, qui sunt contrarij sensui, & d. & dīt hoc, & opinantur hanc opinionē, qa non quærūt, &c. i. quia, cum consyderauerūt de causis rerum, non quærunt vt illud, qđ

Opiniões Antiquorū imaginari possumus, & non pficere eas, qa non sunt famosæ apud nos sicut apud Aris. Idē 1. de Aia c. 26.

C dīt, sit conueniens illi, quod sensui apparet, sed faciunt econuerso, s. qa volunt probare sensibilia per suas opiniones. &, cū viderunt ea cōtraria suis opinionibus, attribuūt hoc errori sensus: qa vident q sermones vīes sunt veriores q̄ sensibiles. & vīr eorū intētio nō ē quærere ipsam veritatē, sed verificare suas volūtates

Multis aūt & alijs videbitur non oportere terræ medij regionē assignare, fidē non ex ijs, quæ apparent cōsyderātibus, sed potius ex rationibus, honorabilissimo.n. putant conuenire honorabilissimā cōpetere regionē, esse aūt ignē quidē terra honorabiliorem, terminū aūt medijs ipsis: extremū aūt, & medium terminū esse. quare, ex his ratiocinantes, ipsam non putant in medio sphæræ iacere, sed magis ignem. Amplius aūt Pythagorei quidem, propterea q maxime cōuenit id seruari, quod est principalissimū ipsius vniuersi, medium aūt esse tale (quem Iouis carcerem nominant) hanc habere regionem ignem.

D Honorabilissimo honorabilissima cōpetit regio. Idem com. 24.

E *Et alij plures Antiquorum dicunt hoc etiam, quod isti dicunt, et non ponunt terram in medio, neq. confirmant sermonem suum ex visu, neq. ex ratione, sed quibusdā sermonibus Antiquorum. opinabantur.n. quòd oīs res nobilis debet esse in loco nobili, & quòd ignis ē nobilior terra, & quòd finis loci est nobilior medio, & quòd vltimū medij mundi est finis, & ex istis modis, quos diximus, ratiocinantur,*

F *& non concedunt quòd terra sit fixa in medio orbis, sed ignis est positus in medio orbis. Et pythagorici etiam dicūt propter hanc causam, quam nos dicemus, quod ignis est in medio. quoniam res nobilis conseruanda est, qua nihil est nobilius, s. ignis, & quòd medium est cōseruans res: quapropter Antiqui vocabant ipsum genus æquale, scilicet locum quietis.*

73 Cum dicit ꝙ hæc opinio attribu-
G ta est Pythagoricis, dicit ẽt ꝙ plures
Antiquorum cõueniunt cum eis in
hoc, & ꝙ idem accidit eis, quod acci
dit Pythagoricis, s. ꝙ non cõfirmant
suas opiniones neq; ex sensu, neque
ex ratione, cuius propositiones sunt
sumptæ ex sensu. D. d. rationem eo-
rum, & d. opinabantur. n. ꝙ oĩs res
nobilis, &c. i. quia dicũt ꝙ res nobi-
lior debet esse in loco nobiliori: sed
ignis ẽ nobilior terra: ergo ignis de
bet esse in loco nobiliori. sed locus
nobilior est medium mundi, quod
H est finis sphæræ: igiť ignis est posit'
in medio. & hoc, quod dicit, ꝙ finis
loci est nobilior medio, sic inueniť
in scriptura. &, si est vera, intẽdit ꝙ
nobilissimum medij mundi, quod
est oĩum, quæ sunt sub orbe, eius fi-
nis, s. centrum, est mediũ istius mun
di. & ideo dixit narrãdo de eis & ꝙ
vltimum medij mũdi est finis, s. in
quo sphæra finitur, & est centrum.
Et, quia ratio Pythagorici est ꝓpin
qua isti rationi, d. & Pythagorici ẽt
ratiocinantur ratione ꝓpinqua ra-
tioni Antiquorum, & dicunt ꝙ etiã
I ignis est nobilissimum entium: er-
go debet conseruari: ergo debet esse
in loco conseruatiori. & locus con-
seruatior est medium totius: ergo
debet ignis esse in medio totius. Et
ista ratio est alia à prima. Antiqui
enim ponebant ignem in medio ꝓ-
pter suam nobilitatem: quia nobi-
lior debet esse in nobiliori. isti autẽ
ponebant ꝓp suam cõseruationem.

Tanquam medium simplici-
ter diceretur, & magnitudinis
medium, & rei mediũ esset, at-
que naturæ. quamuis quemad-
modum in animalibus non idẽ
est animalis, & corporis mediũ, K
sic existimandũ est magis & cir-
ca totũ cœlũ. Propter hanc igiť
causã, nihil eos oportet turbari
circa vniuersum, neque adduce
re carcerẽ ad centrum, sed illud
q̃rere mediũ ipsum quale quid
est, & vbi natura aptũ est esse. il-
lud. n. medium principiũ est, &
honorabile: loci aũt mediũ assi-
milatur extremo magis q̃ prin-
cipio. qđ. n. determinatũ ẽ, me-
diũ ẽ, qđ vero determinat, finis
ẽ. honorabilius aũt ẽ cõtinẽs, & L
finis, q̃ finitũ: hoc. n. materia ẽ,
illud aũt sub̃a cõstitutionis est.

*Et dixerunt hoc, quia ignora-
bant quid est mediũ. Mediũ enim
simpliciter dicitur duobus modis.
dicitur enim de medio corporis, &
magnitudinis, & etiam de medio
naturæ. isti aũt dicebant medium
quasi vno modo. nos autẽ dicimus
quòd medium aĩalis, & medium
corporis nõ est idem. & sic oportet
nos intelligere de toto cœlo etiam.* M
*Et propter hanc causam, quã dixi-
mus etiam non debent dubitare in
dispositione totius, neq; ponere cen-
trum custodiam aliarum rerum,
sed oportet nos perscrutari de qua-
litate medij, & quòd medium na-
turæ est primum, & nobilius. me-
dium vero loci videtur esse vlti-
mum, non primum: medium enim
est terminatum, oriZon autem est
terminans.*

Cum

24 Cum declarauit sermonem, qui
A induxit eos ad credendũ ꝙ terra nõ est in medio, incœpit destruere illũ. Sermo. n. eorum est fundatus super quinq; propositiones. Quarũ altera est cõis duabus opinionibus, s. d. ꝙ ignis est nobilior terra. Secunda est, qua vtebantur antecessores Pythagoricorũ, s. dicens ꝙ nobilius debet esse in loco nobiliori. Tertia autem est, qua vtebant Pythagorici loco istius, ꝙ nobilius debet esse ĩ medio. & hæ tres propositiones conceduntur ab Arist. Quarta, & Quinta sunt ꝙ mediũ est nobilius: & ꝙ me-
B dium mundi est conseruantius. Et ex his duabus propõnibus, d. Arist. ꝙ cecidit corruptio in hunc sermonem, cum medium dicatur æquiuoce. aliqñ. n. d. citur de medio mũdi, & aliqñ de medio, qđ eligit à natura, s. nobili. & iõ dicit ꝙ ignorabant quid medium esset. concedit ergo eis ꝙ nobilius debet esse in loco nobiliori: sed non concedit ꝙ medium in magnitudine ẽ nobilius, sed medium, quod eligitur a natura. & ꝓpter hoc dicit: nos aũt dicimus, &c. i. ꝙ medium, quod est ĩ animali sm
C electionem, & nobilitatem, non est medium in magnitudine, sed ẽ mediũ in substãtia. Et iste sermo quasi contradicit Peripateticorum sermoni de corde, & sermoni ipsius: d. n. ꝙ cor ẽ nobilissimum membrorũ: ergo debet habere locorum nobilissimum, quod est medium corporis: sicut princeps debet habere mediũ in ciuitate, vt habeat regnũ æquale. Sed tamen videtur ꝙ non est de animali magno, s. de mundo, sicut de animali paruo, quod est generabile, & corruptibile: qm̃ orizon in mundo est nobilius centro: orizon. n. est terminans, & centrũ est terminatũ:
D & ẽt entia nobiliora sunt ĩ cœlo, qđ est nobilissimũ locorum. Vr̃ ergo ꝙ medium aĩalis gñabilis, & corruptibilis est contrarium medio animalis æterni. & propositio, quam acceperunt isti, fuit accepta vl'r in animali simpliciter. Et d. ꝙ medium animalis, & medium corporis non sunt idem. i. medium animalis ĩ eo, ꝙ est animal, siue æternum, siue nõ, i. ꝙ medium substantiæ non sequit medium magnitudinis. ĩ quodam enim eius inuenitur medium substantiæ in medio magnitudinis, & in quodam non. & propter hoc d. &
E sic oportet nos intelligere de toto cœlo. i. ꝙ medium in eo nõ est medium in corpore. D. d. Et propter hanc causam, quam diximꝰ, nõ debẽt, &c. i. propter hoc, quod dixim⁹, s. ꝙ medium substantiæ non consequit mediũ magnitudinis, non debent dubitare in dispõne toti⁹ mundi, & existimare ꝙ ita est de eo, sicut de particulari, s. ꝙ mediũ in eo est ĩ loco medio corporis. oportet ergo eos vt non iudicent sup mundũ de hoc, quod vident in aĩali, sed oportet eos perscrutari de medio mũdi,
F quod est medium in substãtia, qũo est, & in quo loco est. D. d. & quod medium naturę. i. & debent credere ꝙ medium in rei veritate est mediũ in substantia: & quòd medium in magnitudine aliqñ consequtur hoc medium, aliqñ autem non. & hoc intendit, cum d. medium vero loci vr̃ esse postremum. i. ꝙ medium in substantia est prius medio in eo magnitudine. & intendit p hoc ꝙ loc⁹, qui est in orizonte, est nobilior loco, qui est centrum mundi. D. d. medium enim est terminatũ, & orizon

Istæ tres propõnes cõceduntur ab Arist. vz, quòd ignis ẽ nobilior terra, & ꝙ nobilius debet esse ĩ nobiliori loco, & ꝙ nobilius debet esse ĩ medio. ꝑ prima vide. 2. de gñat. t. c. 50. pro secunda vide 1. cœ. t. c. 22. 96. & 100. ꝑ tertia, & et ꝑ scda sit vide ĩ 3. de partib⁹ aialiũ. ca 4.

G est terminãs.i. necesse est ꝙ orizon sit nobilius medio. quia mediũ ẽ terminatũ ab orizonte, & orizon ẽ terminãs ipsum, & terminãs est nobilius terminato: cũ ꝓportio terminãtis ad terminatũ sit sicut formæ ad mãm: forma ãt ẽ nobilior materia.

Terminãs ẽ nobilior terminato: qa ꝓportio terminantis ad terminatũ ẽ sicut forma ad materiã. Idẽ 2. de gñatione t. cõ. 50. & 4. cæli t. c. 23. & 35.

Antiquorum sententiæ de causa quietis, & motus terræ. Cap. 2.

DE loco igitur terræ hanc habent quidã opinionẽ. Similiter aũt & de q̃ete, & motu. Non.n. eodẽ modo oẽs
H existimant, sed quicunq; quidẽ non in medio iacere aiũt ipsam, moueri circulariter circa mediũ: non solũ aũt hanc, sed & antichthona, queadmodũ diximus prius. Quibusdã aũt vr̃ & plura corpora talia posse ferri circa medium, nobis immanifesta ꝓp obiectum terræ. Quapp & lunæ eclipses plures quàm solis fieri inquiũt. eorũ.n.q̃ ferũt, vnumquodq; occultare ipsam, sed nõ solũ terram. qm̃.n.terra non est cẽtrũ, sed distat p totũ ipsius he-
I misphæriũ, nihil prohibere putant ea, q̃ apparent, accidere sir̃ non habitantibus nobis in centro, sicut, si in medio ẽt esset terra. nihil.n.neq; nũc efficere insigne per dimidium distantibus diametri. Quidam autem & iacentem in centro dicunt ipsam volui, & moueri circa* semp statum polum, quemadmodum in Timæo scriptum est.

* a. l. per vniuersũ extẽsum.

Iam ergo compleuimus sermonẽ de loco terræ. Volumus modo dicere diuersitatem Antiquorũ de quiete, K
& motu terræ. Antiqui.n. differunt in hoc. quidam enim dicunt, quòd terra non est in medio, & dicunt etiam quòd mouetur circa medium, deinde dicunt quòd non tantum ipsa terra, sed & alia, q̃ dicitur astaricon, sicut diximus superius. Et quidam dicunt, quòd possibile est plura corpora, s. terras similes isti terræ esse, quæ mouẽtur circa medium: sed latẽt nos, quia ista terra cooperit eas. & non facit hoc L
ista terra tantum, sed terræ faciũt hoc. & dicunt etiam quòd, si terra non est centrum, & est remota à suo semicirculo, tamen non propter hoc prohibet quin stellæ apparentes cadant sub visu, cum non habitemus centrum. &, si terra esset posita in medio, non laterent nos stellæ quæ sunt in semicirculo, cum simus remoti à polo. Quidã etiam dicunt quòd terra est posita in centro, & M
quòd mouetur, & reuoluitur super orbem, qui dicitur orbis superextẽsus, vt dictum est in Timæo.

Idest, compleuimus iã dicere opi- 75
nionem Antiquorum de loco terræ, opinionẽ scilicet dicentis ꝙ est ĩ medio, & dicentis terram esse extra medium, & modo volumus dicere de opinionibus eorũ, de motu, & q̃ete. D.d. quidã.n.dicunt ꝙ terra, &c. i. dicentes aũt ꝙ terra non est in medio, dicunt quòd mouetur circa medium, sicut stella. deinde dicũt, &c. idest

A idest,& dicentium ꝙ terra mouetur circa mediū cum altera terra, quę ei opponitur. quidam. n. dicunt, ꝙ possibile est ꝙ plures terræ sint similes huic terrę motę circa medium, sicut ista: sed latent nos, quia ista terra distinguit nos ab illis, ita, ꝙ ista non est illa, quæ facit motum circa mediū tm̄, sed omnes illæ terræ. & hoc intendebat, cum d & non facit hoc ista terra tm̄, &c. i. ꝙ tota terra mouetur circa medium. Et, quia huic portioni continget vt de circulo signorū videatur esse maior pars occulta medietate, & non appareāt ex
B stellis, nisi quę sunt in minori semicirculo, dicunt excusando se ꝙ q̄uis terra non sit in centro, tn̄ nō prohibet quin stellę videant͛, s. sex signa, q̄ sunt ī medietate orbis decliuis, cū sint remota à suo semicirculo, sicut si essent sup terrā, & nos magis vicinātes alteri duorū poloꝝ, q̄ reliquo.

Et intēdebat ꝙ dicens terrā esse in medio, ꝙ in oībus habitationib' appareret semicirculus signoꝝ, quāuis habitationes sint viciniores vni polorū, q̄ reliquo, cū nos nō habitem' in ipso centro. Et causa illius est, ꝙ
C illa quātitas, quā facit diuersitas polorū in propinquitate, & in longitudine, non est sensibilis respectu magnitudinis orbis apud nos: ita quātitas, fm quā circulus terræ egredit͛ à centro fm nos, nō facit vt videat͛ de signorū circulo minus, q̄ medietas ī respectu orbis. Et hoc intēdebat cū d. & dicunt ēt ꝙ, si terra non est centrum. Et, cū narrauit opinionē dicētium terrā esse motā circa centrum, narrauit sermonē dicētium ēt eam esse motam in cētro. dicentes enim terram esse motam fm totum non dicunt, nisi istos duos modos.


Antiquorum sermo de terræ figura. Cap. 3. D

Similiter autem & de figura ambigitur. Aliis enim terra esse videtur sphærica, aliis vero lata, & figura tympano similis. faciūt aūt indicium (quia occidens, & oriens Sol rectā, & non circularē occultationē sub ipsa terra facere vr̄: tanquā oporteat, si sit sphęrica, circularē fieri abscisionem) nō attēdētes & distātiam Solis ad terrā, & circūferentiæ magnitudinem, qūo in apparentibus paruis circulis recta apparet à lōge. Propter hāc E igitur apparentiā nihil ipsos nō credere oportet non rotundam molem esse terræ. Sed adhuc addunt, atq; dicūt, propter quietē esse necessarium ipsam, figuram hanc habere. etenim de motu, & quiete dicti modi multi sunt.

Et dicamus etiam, quod Antiqui diuersi sunt, vt diximus in figura terræ. Quidam enim dicūt quod terra est rotunda sphærica, & quidam quod est lata, vt figura tympani, cum fuerit in parte conuexa. F *& dicunt quod signum huius est, quia, cum Sol occidit, & oritur, latet à terra secundū longitudinem, non secundum circularitatem: &, si esset rotūda, deberet latere à terra secundum circulum. & dicunt hoc, quia dimittunt cogitare in remotione Solis in magnitudine sua rotūditatis, &, quia videtur ex remoto*

G *moto longus, quēadmodum hic accidit paruis circulis, qui videntur à remotis plani. Et oporteret eos, ut non opinarentur quòd figura terræ est rotūda ex hoc, quod diximus de errore sensuum: & sic ponunt eam esse rotundam. Sed isti dimittunt credere hoc, & volunt confirmare suum sermonem, dicēdo quod figura terræ ē figura tympani, propter quam figuram quiescit necessario.*

H



I

96 Vult dicere opiniones Antiquorum de figura terræ, cū narrauit opiniones eorū de motu, & quiete ei⁹, & dicit ꝙ Antiqui diuersi sunt, vt diximus. i. quemadmodū diuersantur ī loco, & in motu, & ī quiete ei⁹. D.d. & dicūt ꝙ signū eius est, &c. i. & dicentes ꝙ figura terrę est tympani, & ꝙ ē medietas sphęrę i. & quòd nos sumus in planitie eius, dicūt rōnem ex hoc, ꝙ videm⁹ ꝙ Sol, cū occidit, aut oritur, secat superficiē terræ sup lineam rectā. &, si terra sphęrica eēt, tunc superficies Solis secaret supficiem terrę sup lineam arcualē, sicut Luna secat Solē apud eclipses Solis. K

D.d. & dicunt hoc, quia dimittūt cogitare, &c. i. & existimant hoc signū esse verū, quia dimittunt cogitare, & nolūt scire ꝙ lineæ paruę circulares ex magnis circulis apparent ex remoto recte. & d. quia non cogitant in remotione Solis, & magnitudine suæ quātitatis. Quia ex magnitudine suæ quātitatis vt determinatum est in Astrologia, cū hoc, ꝙ apparet visui ex paruitate suæ quantitatis, vē ꝙ remotio ei⁹ à nobis sit valde magna: & pp paruitatem sui circuli apud visum, & magnitudinem circuli terræ oportet vt arcus, qui fit à sectione supficiei terrę, & superficiei solis sit paruus, s. arcus, sup quē apparet ꝙ superficies terræ secat superficiem Solis pp magnitudinem sphærę terrę apud visum, & paruitatem sphæræ Solis. &, cū circulus magnus secat circulum paruum, apparebit ille arcus circuli magni rectus ex remoto, & maxime ex maxima remotione. & hoc non accidit in eclipsi Solis, & Lunæ: quia corpora eorū sunt propinqua in quātitate. L M

D.d. queādmodum hic accidit circulis paruis. i. cum fuerint abscissi à circulis magnis. & intendebat ꝙ, si hoc accidit sensui, non deberent dicere ꝙ terra hēret talē figurā. & dicere deberēt ꝙ hęc est visio solis ex hoc, ꝙ demrātum est à Mathematicis. qm, si ambulauerim⁹ in septentrione aut ī meridie, apparebūt stellę, quę prius non apparebant. Et, qa ortus stellarū in orizontibus diuersatur fm pri⁹, & posteri⁹. &, si terra esset

A esset plana, tunc ortus Solis sup primum oriente esset idem cu eo, qui est super vltimum occidentem. Et hoc intendebat, cum d. Et oporteret eos, vt non opinarent, &c. i. & debebant recipere rationes Astrologorū in hoc, & nō cōsidere in hoc signo: cum non impossibilis sit vt sit error in sensu. D. d. Sed isti dimittūt credere, &c. i. dimittunt demonstrationes doctrinales, & volunt confirmare q figura terræ sit semisphærica ex sua quiete. fingunt enim q terra nō staret in medio, nisi quia figura B eius est talis: quapropter non potest diuidere aerē, & sic deferr ipsam. Et, si verū esset q hæc eēt causa in quiete terræ, non esset necessariū vt figura eius esset figura illa: quia eius posterius sequit a priori, s quies à figura: & à posteriori non sequit prius, scilicet à quiete figura: quia, cum posita fuerit quiescens in medio, non sequit necessario vt figura eius sit lata. & hoc est, si cōcesserimus q figura eius fuerit tympanica, q debet quiescere. & propter debilitatem huius sermonis dimisit contradicere eis, C quamuis post contradicet eis.

Antiquorum de causa quietis terræ dicta commemorat, & quis illorum censuerit ipsam quiescere.

Cap. 4

DVbitasse igitur oībus cōtigisse necessariū est. forsitan enim *mētis fuerit irrōnabilioris nō admirari quonā mo lo parua quidē terræ particula, si eleuata dimittat, fert, & manere nō vult, & maior semp velocius, totā aūt terrā, si qs dimittat, cū eleuauerit, nō vtiq; ferat, nūc vero quiescit tāta grauitas. At vero, si qs ēt latis pticulis D ipsi⁹, anteq̄ cadāt, subtrahat terrā, ferent deorsū nullo obsistēte.

*διανοίας

Dicamus nos vniuersaliter quòd opiniones, quas Antiqui dixerunt in motu, et quiete terræ valde multiplicātur: illud autem, in quo Antiqui diuersificati sunt, & dubitantes oportet nos dicere. Dicamus igitur quòd debet homo mirari, nisi habeat cognitionem brutalem. Videmus enim quòd, cū acceperimus partem paruā terræ, & eleuauerimus eam, & dimiserimus eā, non stat in suo loco, neq; figitur in loco aeris, in quo dimiserimus eam, sed descendit ad inferius, & quāto magis illa pars terræ erit maior, tāto magis erit velocioris descensus. et, si aliquis acceperit totā terram, et E *dimiserit eam, stabit, & non recedet a loco suo, & non ibit ad inferius: & quō figatur duplex totius grauis mirū est. Et dicamus etiam quòd, si homo acceperit partem totius terræ, & eleuauerit ipsam super terrā, deinde dimiserit eam, et fecerit terram recedere à suo loco, antequam illæ partes cadant super terra, non remanebit in suo loco aeris, in quo dimittebatur: neq; quiescet etiā in loco, super quem cadet, postquā partes recesserint: sed vadit ad inferius, cū nihil prohibeat ipsam a descensu sempiterno, dum aliquid non impediat eam.* F

Cum

Cum dixit opiniones Antiquorũ in loco terræ, & quietem, & motum ei', & figuram, incœpit dicere ꝙ illud, quod est magis desyderatum, & naturale magis, est perscrutari quare terra ſm totũ quieſcit in medio, & ſm partes mouet̃, dum non impediatur, & d. Dicamus nos vſt, &c. i. quia ſunt opiniones corruptę dicentium ſ. ꝙ terra nõ eſt in medio, & ꝙ terra mouet̃ ſm totum. D. d. illud aũt, in quo Antiqui, &c. i. q̃ſtio aũt magis difficilis, & magis desyderata naturaliſt ẽ hæc, quã dico, desyderatũ eſt enim ab hoĩe, & ei eſt mirum naturaliter, & videt ꝙ oportet perſcrutari, ſi hõ non habuerit cognitionẽ bruti: qm̃ hmõi cognitio non deſyderat aliquam cognitionẽ. D. demonſtrauit quid eſſet illud deſyderatum, & d. videmus enim, ꝙ cũ acceperimus partẽ paruam terrę, &c. i. & loca aeris in hoc æqualia ſunt, ſ. quia lapis non facit hoc in loco tm̃, ſed in oĩbus locis. & videmus totam terrã in aliquo loco aeris ſtare: quãuis ſit maior omni parte ſuarũ partium. & regula eſt vt deſcenſus maioris ſit velocior in aere. Si igitur neceſſe eſt vt idem habeant iudiciũ totum, & pars terræ, & ſilr̃ loca aeris idem habeãt, tunc neceſſe eſt vt aut terra non ſtet in aere, aut partes ibi ſtẽt, & hęc eſt vna quęſtio de terra.

D. d Secundã quęſtionem, & d. Et dicamus ẽt, ꝙ ſi aliqs acceperit partem terræ, &c. i. & ẽt eſt quæſtio in hoc. qm̃ nõ vr̃ ꝙ, cum partes perueniunt ad terrã, ꝙ quieſcunt in loco aeris, cũ quo terra quieſcit, niſi dixerimus ꝙ ille locus aeris habet aliqđ proprium, pp quod terra ſtat in eo: & d, cum terra, quæ eſt ſub parte cadente, receſſerit, mouebitur etiã illa pars cadens ad inferius, quouſq; terra aliqua impediat eam. &, ſi illa terra ẽt non impediat eam, mouebitur etiã ad inferius illa pars, ita, ꝙ exiſtimandũ eſt ꝙ partes terræ habeant naturã ſemp moueri ad inferius, dũ nõ impediantur. Et hoc intẽdit, cũ d. ſed vadit ad inferius i. ſed exiſtimatur ꝙ ſemp vadit ad inferius, nõ ꝙ hoc ſit neceſſarium in partibus. K

Quare dubitare quidem omnibus, vt philoſopharent̃, merito cauſa fuit. Circa aũt huius ſolutiones, ꝙ non magis abſurdæ videantur eſſe dubitatione ipſa mirabitur vtiq; aliquis. Si enim ob hęc infinitam inferiorẽ terræ partem eſſe aiunt, in infinitũ ipſam radicatã eſſe dicentes, quẽadmodũ Xenophanes Colophonius, nec negocia habeãt quęrentes cauſam. Quapropter & Empedocles ſic increpauit dicens. L

Xenophanes. Empedocles.

Immẽſum ne patẽt terræ ima, ac largior æther, Vt fruſtra lingua multorum dicta fuere, Ore effuſa hominũ de toto pauca videntum. Alij aũt in aqua iacere, hũc enim antiquiſſimũ accepimus ſermonẽ, quem dixiſſe aiũt Thaletẽ Mileſium: tanquã ex eo quia natans ſit, ipſa maneat, quẽadmodũ lignũ, vel aliquid tale aliud. etenim horum ſuper aerẽ quidem nihil natura aptum eſt manere, ſed ſuper aquam. M

Thales Mileſius.

Dicamus igitur quòd hoc, quod Antiqui quærunt de cauſa cognitionis iſtius rei, ẽ vera philoſophia. Diſſolutiones autẽ, quas Antiqui dicunt,

A *dicunt, sunt inopinabiles, & debet omnis homo mirari plus, quàm de quæstione. Quidã enim dicũt, quòd profundum terræ, & eius inferius est infinitũ, quia suum fundamentum est ad infinitum, vt plures homines dicunt, s. Malaconenses. Empedo. autẽ resistit eis, et dicit, quòd tam exiuerunt, & dimiserunt in mundo rectè ociosiora mẽdacia, cũ dicunt terram carentem profundo: quia parum cognoscunt de essentia*

B *ipsius. Quidam autẽ dicunt terram fundatam esse super aquas, et acceperunt istum sermonẽ ex viro Antiquo, * & est Kelus de ciuitate Hemor. & quòd terra natat super aquam, vt lignũ, & est simile sibi. lignũ enim non figitur super aerẽ, sed super aquam.*

*a. l. Kelu de ciuitate Inoch.

78 Dicit q̃ oẽs causæ, quas Antiqui dicunt in quiete terræ, sunt impossi. Quidã enim dicunt q̃ causa in quiete terræ est, quia ẽ infinita: quapropter non habet locum, ad quẽ moueatur, & q̃ ipsa sustentat se. & Empe.

C resistit dicentibus hunc sermonem.

Tanquam nõ eadem sit ratio de terra, & aqua vehente terrã. neq; enim aqua nata est manere subleuata, sed super aliquid est. Amplius aũt, quemadmodũ aer aqua leuior est, sic & aqua terra. quare quonã modo possibile est id, quod leuius est, deorsum magis iacere eo, quod grauius ẽ s̃m naturam? Præterea, si tota nata est manere super aquam, manifestum est q̃ & particularũ ipsi vnaquæq;. nunc autẽ non videt hoc fieri, sed quælibet particula fert in fundũ, & velocius maior.

Et oportet igitur vt dicatur dicenti hunc sermonem, vtrum dicas de terra, & de aqua deferẽte quòd sint idem. aqua enim nõ figitur in aerem, sed stat super aliquod deferens ipsam. Et dicamus etiã quòd aer est leuior aqua, & aqua terra: &, si ita sit, quo igitur leue est sub graui? Et dicamus etiã quòd, si tota terra potest stare super aquam, necesse est vt quælibet partiũ eius stet super aquam. sed non videtur hoc, sed quæcunq; pars est terræ, si posita fuerit super aquam, descendit, quousq; perueniat ad profundũ aquæ, & quanto magis terra fuerit maior, tanto velocius descendit ad profundum. E

Cum dixit opinionem dicẽtis, q̃ causa in quiete terræ est, quia est infinita, & opinionẽ dicentis q̃ causa in hoc est, q̃ natat sup aquã, sed sermo dicentis q̃ causa in hoc est, quia est infinita, est sermo nõ naturalis: qm̃, si fuerit causa, erit causa accidẽtalis. & ẽt declaratũ est q̃ est impossibile vt corpus infinitũ sit, neq; elementum, neq; aliud. & pp hoc non voluit contradicere huic opinioni, & contradixit secundæ, & d. Et oportet igit, vt dicatur, &c. i. in primo debemus dicere eis q̃ hoc, quod tu dicis de terra, & de aqua debes dicere. aqua enim est ita grauis sicut terra: & ita descẽdit in aere sicut terra: q̃re 79 F

igitur

G igitur magis aqua q̃ terra desert, & figit in aere, & non descēdit. & hæc est contradictio vera. qm̃ quæstio transmutatur in aquã. D.d. Secundam contradictionem,& d. Et dicamus,&c.& hoc,quod d.necesse ẽ eis, cum concessum fuerit q aer leuior ẽ aqua,& aqua terrã.& forte posuit hic positionẽ, donec declararet dispositionẽ de graui, & de leui. Et videt q hoc sit magis apparẽs in aere, & aqua,q̃ in aqua, & terra. videtur enim q aqua mouetur ĩ loco aeris, quiescente aere in loco suo:& etiam mouetur aer in aqua ad eius super-
H ficiem,vbi fuit aqua.aer igit ẽ leuis in aqua,& aqua grauis ĩ aere. ergo aer est leuior aqua. terra aũt mouet in aqua,sicut aqua in aere. Si igitur hoc,q sentimus,esset in suo loco naturali,& nõ esse in eo violente,tunc necessarium esset vt dispositio aquæ cum terra esset,sicut dispositio aquę cum aere. Et sĩr,si senserimus aquã in loco terræ naturali moueri ad superius, tunc nulla dubitatio accideret. sed nõ sentimus ipsam in suo loco naturali.tñ cũd emonstratio surrexerit q impole est vt loca illorũ corporum naturalium sint eadem:
I & q impossibile est vt loca eorum, in quibus sentiuntur sint loca violenta:& videtur q terra sit grauior aqua:manifestum est q loc eius est inferior loco aquæ, cũ vincat aquã, vt perueniat ad locum inferiorem. Et existimatur q ex hoc modo mouetur aer in aqua, cum aqua fuerit in loco suo naturali. D.reuersus est ad Tertiam contradictionem. & d. Et dicamus etiam, &c. &hoc manifestũ est, quia natura totius,& partis est eadem,& in hoc,q apparet ex statu vasis cuprei super aquã, quã-

uis ipsum cuprum descendat in ea, cã est figura vasis, s.penetratio aeris in eam. D.d.& quanto magis terra fuerit maior,&c. & sequitur ex hoc q terra tota sit velocioris descensus in aqua,q̃ quælibet pars eius. K

Verũ videtur vsq ad aliquid quærere, sed non quousq; dubitari possibile est. oĩbus enim nobis hoc cõsuetũ est nõ ad rẽ quęstionẽ facere,sed ad contraria dicentẽ.etenim ipse in seipso quærit, quoad non amplius habeat ipse sibi ipsi contradicere. Quapropter bene quęsiturũ, per proprias in genere instantias ad instandum idoneum esse oportet, hoc autem est ex eo, q oẽs contemplatus sit differentias. L

Sed quærunt, & perscrutantur de causa istius rei secundũ posse sui finem,non secũdum finem quæstionis. & hæc est consuetudo omnium nostrũ,s. quia non quærimus de aliquo secundum quæstionem,& illud perscrutamur, sed secũdum loquentem, & contradicentem nostro sermoni. M *& similiter,si nos quærimus de aliquo, perscrutabimur de eo, quousque perueniamus ad aliquid, quod nõ possumus negare super nos ipsos. Oportet igitur volentem de aliquo quærere, perscrutari cõtradicere sibi contradictione vera, conuenienti generi quæstionis. & potest hoc facere,cum fuerit perscrutatus, & cognouerit omnes differentias illius generis.*

Vult

A Vult demōſtrare in hoc capitulo
80 cauſam, ꝑp quam accidit Antiquis error, & d. ꝙ iſti hoīes fecerūt cōtra veritatē, quia quærunt ſm finē virtutis in diſputatione, aut ſm finē ſui poſſe in diſputatione, nō ſm finem potentiæ demonſtratiuæ. finis autē potētiæ hoīs in diſputatione eſt vt, cū de aliquo quæſierit, ſi non inueniet contradictionē, & tunc confirmat ipſum: & hoc aut ſm ipſam potentiā diſputatiuā, quod ē firmius: aut ſm ipſum diſputatorē, quod eſt debilius. Et d. Sed quærunt, &c. nō
B intendit ꝙ ipſi quærant de talibus ꝑ finē ſui poſſe naturalis, non ſm finē rei in ſe, cū cognitio perfecta in pluribus rebus non ſit niſi ſm ꝙ eſt in poſſe hoīs vt veniat ad ipſam ꝑ demonſtrationē, non ſm rem in ſe. & hoc, quod d. ꝙ quærunt ſm finē ſui poſſe, intēdit in potētia diſputatiua nō ſm potētiam demonſtratiuam. &, cum d. nō ad finē quęſtionis, intendit non ad virtutis finē demonſtratiuæ. qm̄ finis illius virtutis demonſtratiuę eſt finis q̄ōnis: finis autem virtutis diſputatiuę ē finis quęſtionis ſm diſputatorē, non ſm q̄ſtionē. &, quia finis potētiæ diſputatiuę aut eſt inter duos, aut inter
C hominē, & ſe: &, cum fuerit inter duos, confirmat̄, cū aduerſarius non poterit cōtradicere: &, cū fuerit inter hominē, & ſe, cōfirmat̄, cum non inuenerit contradictionē. Et hoc intendebat, cū d. ſed ſm loquentē. i. ꝙ in iīm perſcrutantur, ita, ꝙ aduerſarius nō pōt contradicere. Hoc igitur eſt ſm potentiam diſputatoris, non ſm q̄ōnem. & ſilr, ſi aliquis fuerit pſcrutatus in ſe, donec non inueniat contradictionem, tūc confirmabit rem ſm ſuam potentiam diſputatiuam, non ſm rem in ſe. Et hoc intende
D bar, cū d. & ſilr, ſi nos quærim⁹, &c.

Cognitio pfecta in plurib⁹ rebus ñ eſt niſi ſm ꝙ ē in poſſe hoīs, vt veniat ad illā rē ꝑ dmrōnē, nō ſm rē in ſe. Idē 1. c. c. 60.

D. incœpit demonſtrare viam, per quam, cum quis proceſſerit, neceſſario perueniet ad finē quæſtionis in ſe, & non ad finem potentię perſcrutatoris, neq; ad finē potentiæ diſputatiuę, & d. Oportet igit̄, &c. i. oportet eū, qui voluerit perſcrutari de aliquo ſm ſe, contradicere illi, qui ponit ꝓpōnes eſſentiales q̄ſtioni. contradictio enim per tales propoſitiones eſſentiales q̄ſtioni verificat quęſtionem ſm ſe, nō ſm noſtrū poſſe.

D. d. & poteſt hoc, &c. i. & via ē ad
E quęrendum propoſitiones eſſentiales, vt quęrāmus oēs differentias exiſtentes in illo genere. qm̄ * ex cognitione differentiarum ſcitur omniū eſſe ſpecierum illius generis, & cauſæ accidentium illarum ſpecierum. differentiæ enim ſunt cauſę ſpecierū illius generis, & cauſæ accidentium illarum ſpecierū. cauſa enim ī quiete terræ non eſt niſi eius differentia, ſcilicet grauitas ſimpliciter.

* Ex cognitione differētiarū ſcit̄ eē ſpecierū, & cā accidētiū illarū ſpērū, quia dr̄ē ſūt cauſa ſpērū, & accidētiū earū Ide. 3. Cœ. c. 77.

Anaximenes aūt, & Anaxagoras, & Democritus latitudinem cauſam manendi ipſam eſſe dicunt. non enim diuidere, ſed eū, qui ſubtus eſt aerem obturare, quod corpora, quæ latitudinem habent, vident̄ facere. hęc enim & ad vētos cum difficultate mobilia ſeſe habēt propter reluctātiam. Hoc igit̄ ipſum facere latitudine terrā ad ſuppoſitū aerē, hunc aūt non habentē, quò trāſferatur, locū ſufficiētem, totum ſimul deorſum quieſcere, quemadmodum in clepſydris aqua. Quòd aūt poſſit multā grauita-
F

Anaximenes. Anaxagoras. Democritus.

tem

G tem ferre cōprehēsus, & manēs aer, indicia multa dicūt. Primū igitur, si non lata figura terrę sit, pp hoc quidem non quiescet.

Volumus igitur reuerti, & dicere quòd Pythagorici, & Democritici dicūt, quòd latitudo figuræ terræ est causa suæ quietis. quoniā non abscindit aerem, qui est sub eo, sed natat super eum, ut faciūt alia corpora lata, quæ figuntur, et stāt, & nō mouentur à ventis. Et sic facit terra super aerē, qui est sub ea. H *aer enim non habet locum, a quo exeat: & sic quiescit terra super ipsum, & stat. Vt accidit aquæ, cum fuerit in vase, quod dicitur fascā, & est ferens aquam. Et cōfirmant suum sermonē per multa signa, & quòd aer potest deferre pōderosum, cum fuerit retentus, & quiescit, & stat. Si igitur terra non esset lata, & esset retenta super aerem, nō staret super ipsum.*

81 Hæc est opinio Tertia. isti enim I dicunt ꝙ causæ in quiete terræ sunt duæ. Quarū vna est ꝙ lata est terra: quapropter non pōt diuidere aerē: & sic natat super ipsum. Secunda est ꝙ aer non habet locum, ad quē trāsferatur, sicut accidit aquæ in illo vase. & confirmat hoc propter hoc, ꝙ apparet de potētia aeris per hoc, qd defert ponderosum, quādo fuerit constrictus, & non habuerit locum, ad quem transferatur.

Quāuis quietis non latitudo causa sit ex ijs, quę dicūt, sed magnitudo magis. propter coarctationē enim, nō habens transitū, K aer manet ob multitudinē: multus autem est aer, propterea ꝙ à magnitudine multa terræ comprehēditur. quare hoc erit, & si sphęrica quidē fuerit terra, tanta aūt ſm magnitudinem. manet enim ſm illorum rationem.

Dicamus igitur quòd secūdum suum sermonē nō est latitudo eius, sed magnitudo ē dignior ut sit causa suæ quietis. dicunt.n. quòd aer, cum astringatur, & non habuerit locum, a quo exeat, stabit. constri- L *ctio enim aeris est propter magnitudinem terræ. & cum ita sit, dicamus etiam quòd hæc constrictio erit, quamuis terra non sit lata, sed sphærica, rotūda tamen secundum suam primam magnitudinē. quapropter quiescit, & stabit super aquam secundum suam rationem.*

Dicit ꝙ dictum, quòd causa quietis terræ est, quia aer defert ipsam, 82 cū nō hēat locū, ad quem transferatur, est sufficiēs in dando causam suę M quietis. & hoc, quod addunt, ꝙ ē lata, est superfluum. qm̄ causa quietis pp latitudinem alia est à causa pp constrictionem aeris: quies aūt pp constrictionē aeris in amplitudine mundi continentis ipsum vr̄ esse pp magnitudinē terræ. Et hoc intendit, cum d. cōstrictio enim aeris est pp magnitudinem terræ. i. quia pp magnitudinē terræ astringitur aer in orbe, sicut astringitur in vase, in quo ponit̃ aliquod corpus extrinsecum: & pp hoc aer, qui ē in vase, nō pōt exire, cum stringit̃, & sustinet

Et significat paruitatem terræ, quòd locus, qui dicitur idolũ Herculis, continet primum terminum terminorum Indiæ. & ideo dicunt quòd mare est idem. & hoc, quod dicunt non est valde inopinabile. Et verificatio nostri sermonis sunt elephãtes: quoniã non existunt, nisi in illis locis, scilicet in orizontibus illorum duorum locorũ: & existũt in illis locis, quia loca congregantur illic, & sic inueniuntur. K

Dicit, & testatur paruitatem terrę hoc, quod dicitur, quod orizon loci terrę, in quo sunt idola Herculis, i. finis occidẽtis istius partis habitabilis est ꝓpinquus orizõti primi loci habitabilis habitabiliũ locoꝝ orientalium, & interiacet duos orizontes mare continens, & ista idola attributa Herculi erant posita supra ripas maris continentis occidentẽ ex vltimo loco habitabili in septentrione super hoc mare, quousq; ad vltimũ locorũ habitabilium in meridie super hoc mare. & vnum istorum idolorũ erat in vltimo occidẽtis Hispaniæ, quod dicebatur idolum Indię: & ego vidi ipsum eleuatum, deinde fuit corruptum in prælio, quod creuit inter Barbaros, & homines illius insulæ, in anno. ccccc & xxx à prædicatione Maumeti, à quibusdã erigẽtibus se super quasdam regiones maris in illo tempore. Et, cum dedit testimonium de hoc sermone famoso. s. q̃ idola sunt primus terminus terminorum vltimi occidentis, & q̃ mare interiacet hunc, & vltimũ terminum terminorum orientis, d. etiã q̃ isti duo termini sunt propinqui, quia conueniunt in generando elephantes. animalia enim quę non inueniuntur in tota habitatione terræ, nisi in aliquo loco, propria sunt illis locis. & causa in hoc est conueniẽtia illorum locorum in complexione conuenienti illis animalibus. & hoc

A & hoc dat ut non sint remota ab inuicem. naturę enim remotorum locorum sunt diuersę. in remotis vero fm latitudinem manifestum est valde, fm autem lõgitudinem, licet lateat, tamen inuenitur. D.d. Et verificatio nostri sermonis ẽ de elephãtibus, &c. i. & verificat hoc, quod elephantes generãtur in his duobus locis, s. in vltimo oriẽtis, & occidentis. & hoc, quod d. ita videtur, s. in locis meridionalibus, & non in septẽtrionalibus: & ideo elephantes non inueniũtur in Hispania, neq; in terra Barbarorũ, qui sunt in meridie ha-
B rum regionum, sed fm ꝙ reputo in terra Æthiopum, aut in vicinis eis. & similiter de cetuase I domo regis de Maroche, quam erexit Almuide de Hateno, anno á pdicatione Maumeti. ccccc & xiiij Deinde d. & existunt in illis locis, quoniam loca aggregantur illic, & sic inueniuntur. idest elephantes existunt in illis locis propter paucitatem eorum, & inueniũtur illic elephantes, quia conueniũt in cõplexione cõueniẽti genere rationi elephãtum pp vicinitatem.

Ex hoc potes scire tẽpus, in quo fuit Auerr.

C Mathematicorũ etiã, qui circunferentiæ magnitudinẽ ratiocinari tentant, ad quadringenta esse dicũt stadiorũ millia. ex quibus cõiectantibus nõ solũ sphęricã esse terræ molem necessariũ est, sed & non magnam, ad aliorum astrorum magnitudinem.

Et testantur nobis etiã quod figura terræ est rotunda Geometræ, & Mathematici, qui laborant ad sciendum quantitatem reuolutionis terræ, & dicunt quòd quantitas reuolutionis terræ est .xxiiij. milia miliarium terræ, & ex hoc sciuerunt quòd terra habet figuram sphæricam, & quòd est parui corporis necessario, in respectu magnitudinis cęterarum stellarum. Iam igitur compleuimus determinationẽ, & declarationem de figura terræ, & quòd est quiescens, non mota. D

Abstrahunt mensuram maximi circuli terræ per viam, quam narrauimus, & ex mẽsura maximi circuli inueniunt mensurã sphæræ fm Archimenidem, & abstrahunt quanti- 112
tatẽ terræ in respectu Solis, & Lunæ per eclipses lunares, & abstrahunt quantitatem cęterarum stellarũ per instrumentum, quod dicitur habẽs duas regulas, illud enim instrumentum terminat angulum, qui respicit diametrum cuiuslibet stellæ. &, cum diameter alicuius earũ est nota diametri cæterarum stellarũ, erũt notæ. &, cũ diametri fuerint notæ, erit mensura suorum corpoꝝ nota. Cum ergo sciuerint mensuram terræ, & mensuram Lunæ in respectu terræ, & proportionem cęterarum stellarum ad Lunã per istud instrumentum, sciuerunt proportionem terræ ad alias stellas. & ex hoc uidetur ꝙ corpus est ualde paruum. Et etiam manifestat paruitatem corporis eius figura eius rotunda. superficies enim non circularis, quæ continet æquale ei, qd cõtinet circularis, ẽ necessario maior circulari. & hoc intendit, cum dixit: & ex hoc sciuerunt quòd terra est sphęrica. & quia declaratæ sunt tres quęstiones, quas promisi, dicit: Iam ergo compleuimus, &c.

Supficies nõ circularis, q̃ cõtinet eq̃le, et q̃d continet circularis est necessario maior circulari.

ARISTOTELIS DE COELO

LIBER TERTIVS,

Cum Auer. Commen.

SVMMAE LIBRI.

Prima, veluti exordium est totius libri, dicta commemorans, dicendaq; proponens.

Secunda Antiquorum sententias de Generatione, & Corruptione rerum Naturalium enuntiat.

Tertia, sermonem destruit, dicenté partẽ dari indiuisibilẽ per propositiones Naturales, alias à propositionibus Mathematicis, de quibus in Physicis.

H Quarta, Generationem nõ omnibus, sed aliquibus Naturaliũ corporum inesse posse ponit.

Quinta scrutatur causas Generationis in Compositis.

Sexta, Generationẽ in Elementis esse ostẽdit, & hanc ſm partẽ, non ſm totum.

Septima, Elementorum Generationem non ex vno corpore, nec ex non corpore, sed ex alterutris esse ostendit.

Octaua, Antiquorum sermones de mutua Elementorũ Generatione refellit.

I DE primo igiẽ cęlo, & partibus, insup aũt de astris in ipso latis, & ex quibus cõstãt. & qualia natura sunt, ad hæc aũt & ꝙ ingenita sunt, & incorruptibilia, percurrimus prius. Quoniã aũt eorum, quæ natura dicunẽ, hæc quidem sunt substãtiæ, illa vero opera, & passiones harũ: (dico aũt Substãtias quidẽ, simplicia corpora, vt ignẽ & terrã, & quæ sunt eiusdem cũ his ordinis, & quæcũq; ex his, veluti & totum cœlum, & partes eius, & rursus aĩalia, & plantas, & partes horũ, Passiones aũt, & Opera, & motus horũ vniuscuiusq;, & aliorũ, quorũ causæ sunt hæc elementa ſm virtutem suã, insuper aũt alterationes, & inuicem transitiones:) manifestũ ꝙ plurimam accidit de natura historiã de corporibus esse. oẽs enim naturales substantiæ, aut corpora, aut cũ corporibus generantur, ac magnitudinibus. hoc aũt manifestũ est & ex eo, ꝙ determinatũ est quæ sint natura, & ex singulorũ contemplatione. De primo igiẽ elementorum dictũ est, & quale quid est ſm naturã, & ꝙ incorruptibile, ac ingenerabile. Reliquum est aũt de duobus dicere. simul aũt accidet de his dicẽtibus, & de generatione, & corruptione consyderare. K L

Iam autem diximus superius in nostro Libro de primo cœlo determinatione sufficienti, & etiam de stellis existentibus in eo, cuiusmodi corporis sunt, et cuiusmodi naturæ, & quòd non sunt de aliquo aliorũ quatuor, & quòd non cadunt sub corruptione: Modo autẽ dicamus, quòd naturalium quadã sunt substantiæ, & quadam ex operatione substantiarum, et passione earum. & intelligo per Substantias quatuor corpora simplicia, vt terram, & ignem, & duo corpora alia simplicia, & quod fit ex eis, vt animalia, & plantas: & intelligo per M

Opera-

A *operationes motus omnium corporum, & motus aliorum, quorum hæc corpora sunt causæ alterationes eorum. & transmutationes eorum adinuicem. manifestũ est igitur quod tota perscrutatio de natura est de corporibus. quoniam substantiæ naturales, aut sunt corpora, aut cum corporibus. & hoc manifestum est ex hoc, quod diximus superius de primo elemento, & declarauimus naturam eius declaratione perfecta, & quod non cadit* B *sub corruptione, aut generatione. Volumus modo dicere de duobus corporib. residuis. s. terra, & aqua. & dicamus etiam de corruptione et generatione, quia hoc accidit eis propter transmutationem istorum duorum corporum, & quia dicuntur in esse generationis, & in quibus rebus existit.*

I Q Via intentio eius in hoc libro est loqui de partibus mundi simplicibus, s. in C demonstratione suorum accidentium, in dando causas suorũ essentialium, & iam locutus fuit in Primo, & Secundo illius libri de corporibus cœlestibus, & accidentibus eorũ, vult modo dicere de aliis quatuor simplicibus, quæ recte mouentur. Et incipit in hoc Tertio dicēdo de eo, in quo locutus fuit in duob' prędictis tractatibus, s. in natura quinta, & d. Iam autem diximus, &c & intēdit per primum cælum omnes motus cęli, & partes eius, & vocauit ipsum primum propter æquiuocationem. D. d. & etiam de stell. s &c. D .i. & demonstrauimus etiam cuius modi naturæ sint stellæ, & q̃ sunt de natura quinti corporis, & non de natura aliorũ quatuor, neq; de aliquo facto ex eis. Et potest intelligi p hoc, qd d. nō sunt de aliquo aliorum quatuor. i. nō de natura alicuius alterius compositi ex quatuor: aut potest intelligi nō de substantia alicuius partis elementorum: & potest intelligi vtrunq; D d q̃ demonstrauit etiam cum hoc illud, quod fuit magis necessarium vt sciret ex accidētibus, s. q̃ est neq; generabile, neque corruptibile. Et, quia scire hoc E non fundatur, nisi sup hoc, q̃ consyderatio de omnibus partibus simplicibus mundi est sciæ naturalis, sicut demōstrauit in principio libri, demonstrauit hoc, & d Modo autē dicamus q̃ nãlium quædã sunt &c. .i. modo dicamus q̃ ferè omnia, quæ Naturalis consyderat, sunt substantię, aut accidentia. Et, quia substantiarum quędã sunt mobiles, & q̃dam immobiles, explanauit hoc, & d. & intelligo p Substantias, in qbus Naturalis consyderat, corpora simplicia mobilia, q̃ sunt quatuor F elementa, & composita ex eis, vt aĩalia, & plantæ. Et intelligēdũ est etiã q̃ ex substantiis, de quibus Naturalis consyderat, sunt causæ istorũ corporum mobilium. causa enim substantię est substantia. & d ferè, quia consyderat de corpore cęlesti, quod tñ non est ex quatuor, neq; ex composito ex eis. & d hoc, ne aliquis existimet q̃ consyderatio de quatuor elementis, & corpore cęlesti, non sit eiusdem scię, cum hoc sit æternum, & hoc non. Et, cũ explanauit q̃ intendit- Cã substã tiæ ẽ substantia.

G tendebat per substātias, explanauit quod intendebat p operationes, & passiones, & d. & intelligo per operationes, &c. & intendebat p passiones accidentia essentialia. hoc n. nomen dr cōiter, & proprie. cōiter. n. demonstrat accidens, siue essentiale, siue non, proprie aūt demonstrat essentialia, & vlr quæ existunt in corporib⁹, aut sunt actiones, aut passiones. Et, cum declarauit ea, de quib⁹ Naturalis consyderat, & declarauit cum hoc, ꝙ consideratio de elemētis, inquantum sunt simplicia, est in hoc libro, s. consyderare de simplicibus, d. manifestum est igit &c & in-

Passio cōiter, & proprie.

H tendit per substantias, quę sunt cū corporibus, formas, quæ sunt in eis. quasi ergo d. ꝙ ferè oīs consyderatio Naturalis est de corporibus, cum ferè oīs eius consyderatio fit de substātijs. substantiarum autem quædā sunt corpora, & quædam sunt partes corporis. D. d. & hoc manifestū est ex hoc, ꝙ diximus superius de primo elementorum. potest intelligi hoc, quod d. de corpore cœlesti in tractatibus prædictis idest & quia omne, quod necessarium est scire de corpore quinto, declaratum est

Fere oīs cōsyderatio naturalis est d corporib⁹. idē 1. cę. t. c6. 1.

I ex hoc, quod diximus de natura corporis quinti, cum sufficienter declarauimus naturam eius, & ꝙ non est neque generabile, neq; corruptibile, oportet nos loqui de corporibus cęteris simplicibus. Et potest intelligi, ꝙ innuit hoc, ꝙ declaratum est ī primo tractatu istius libri de substātijs istius scientiæ. i. & hoc, qđ diximus, manifestum est ex hoc, quod diximus superius, cum locuti fuerimus sufficienter de primo elemētorum. & innuit primum tractatum istius libri, qm̄ ī illo tractatu demōstrauit naturam corporis cœlestis, & ꝙ est non generabile, neq; corruptibile. D. d. Volumus modo dicere de duobus corporib⁹, s. de graui, qđ est terra, & aqua, & leui quod ē aer, & ignis. Et, quia vult incipere loqui in eis, d. in quo vult incipere de eis, & est ꝙ primo vult consyderare, vtrum generatio, & corruptio simpliciter sit, aut non sit: &, si est, vtrū in rebus compositis, aut in simplicibus: &, si est in rebus simplicibus, & compositis, vtrum sit in eis pp hęc corpora simplicia, aut propter alia. K

L consyderatio enim de omnibus istis est proprium corporibus simplicibus quatuor. Et ideo hæc consyderatio de eis differt a consyderatione de eis in lib. de Generatione, & Corruptione Illic enim non consyderat de eis, nisi propter consyderationem de cōpositis generabilibus, & corruptibilibus, hic autem consyderat de eis, inquantum sunt partes mundi & consyderat de generatione, & corruptione, qm̄ sunt accidentia essentialia eis. Hic igitur consyderat in eis, inquantū subiectum sunt, illic autē, inquantū sunt causę: & in hac scientia debet compleri consyderatio fm istos duos modos, fm causā

Differētia de consyderatione elemētorum hic, & in lib. de gen. & cor. idem inf. com. vltimo.

M s. & subiectum. Et hoc intendebat, cum d. quia hoc accidit in eis ꝑpter transmutationem istorum duorum corporū. i. ꝙ hic nō perscrutatur de generatione, & corruptione, nisi qa sunt accidentia primo istorum duorum elementorum, aut omniū elemētorum, & cęterarum rerum propter ea. D. d. & quia dicuntur, &c. i. & quia data sunt in causa esse generationis, & in demonstrando ea, de quibus existit generatio.

SVMMA

A SVMMA SECVNDA

Antiquorum sententias de Generatione, & Corruptione rerum Naturalium enunciat.

Generatio enim, aut omnino non est, aut solum in his est elementis, & ijs, quę ex his sunt. hoc autem ipsum primum forte est contemplandum, vtrum sit, an non sit. Ij igitur, qui prius philosophati sunt de veritate, & in ijs, quos nunc nos dicim⁹, sermonibus, & inuicem discrepantes fuere. Quidam enim ipsorũ auferebant omnino generationem, & corruptionem, nihil.n. eorum quæ sunt, aut generari aiunt, aut corrumpi, sed solũ videri nobis, vt Melisso, atq; Parmenidi, quos, & si alia dicũt bene, nõ tamen oportet putare naturaliter dicere. esse enim entiũ quædam ingenerabilia, & omnino immobilia, magis est alterius, atq; prioris, quàm naturalis cõsyderationis. illi vero, quia nihil quidem aliud pręter sensibilium substantiam existimauerunt esse, tales autem quasdam naturas intellexerunt primi, si aliqua cognitio, aut prudentia erit, sic transtulerunt ad hæc illinc rationes.

Priscorũ opiones.

B

Melissus Parmenides.

C

Dicamus igitur, quòd omnino non est generatio, aut, si est, est in quatuor elementis, & in factis ex eis tantum; sed primo perscrutandum est, & quærendum est, vtrũ sit generatio, aut omnino non est, Dicamus igitur, quòd Antiqui primi, qui philosophati sunt vera philosophia, cõtradicũt sibi in hoc, & etiam contradicũt nostris sermonibus, quos nos modo dicemus. Quidam enim dicunt quòd non est generatio, neque corruptio. nihil.n. generatur, aut corrumpitur in se, sed apparet nobis tantum, vt Pythagorici. Nos autẽ dicimus quòd, licet isti bene dicant de quibusdã rebus, tamen in naturalibus peccant. & non oportet nos perscrutari hic de rebus, non cadentibus sub generatione, & corruptione, quæ neque mouentur omnino motu in qualitate. hoc enim conueniens est libro de auditu Naturali, in quo perscrutamur de natura. Et dicũt hoc, quia non concedunt aliam sciẽtiam, nisi visus tantum. & dicunt quòd nihil scitur, nisi substantiæ sensibiles. Isti enim dicunt quòd nihil est generatio, & corruptio, & ratiocinantur sic. Si aliqua sciẽtia, aut cognitio inuenitur, necessario illud scitum, aut cognitum debet esse permanens, & fixum, neque corruptibile, neque alterabile. &, cum hoc opinabantur, dixerũt de istis naturis, quòd non recipiũt generationẽ, neq; corruptionẽ, quia cadunt sub visu, & cognitione.

D

E

F

Cum voluit perscrutari vtrũ sit generatio, aut non, ad declarationẽ maiorem, quamuis etiam sit manifestum

G festū, incœpit dicere hoc, quod est magis famosum, & magis manifestum, q̄ generatio, s. quod, si generatio, & corruptio est, necessario est in istis corporibus quatuor, & in compositis ex eis. Et, quia hoc non concedit, nisi qui concedit generationē esse, & corruptionem, & ipse locut⁹ est cum eis, qui non concedunt generationem esse, & corruptionem, d. sed primo est perscrutandum, & quærendum, &c. i. ꝙ ista perscrutatio est prior natura perscrutatione, vtrum generatio, & corruptio existant in ipsis elementis, & in alijs ꝑpter ea. D. induxit opiniones Anti-
H quorum in hoc, & d. Dicamus igit̄, ꝙ Antiqui primi, qui philosophati sunt, &c. i. qui inquirūt desensiones legum. & dicit ꝙ illi, qui perscrutati sunt de entibus, inquantum sunt entia, contradicunt sibi, & nobis in hac quęstione. & isti sunt duplices. quidam enim istorum negāt generationem, & corruptionem esse omnino, & quidam affirmant in omnibus entibus eas. Et, quia vtraq; opinio vera est in parte, & falsa fm totū d. contra dicentes: ꝙ nihil est corruptibile. quod isti, licet bene dicāt in quibusdam rebus, i. in rebus, q̄ non
I sunt in materia, neq; habent motū, tn̄ peccāt in natura s. in hoc, quod ponunt, ꝙ naturalia nō habent generationem, & corruptionem. & locutus fuit contra istos, & non contra alios, quamuis vterq; sermo sit verus fm partem, quia pars vera in sermone istorū nobilior est, & paucissimi Antiqui intellexerunt hoc. pars autem vera in sermone dicentium ꝙ omnis res generat̄, aut corrumpitur, manifesta est sensui. Et, quia hæc perscrutatio cōtinet in se quatuor corpora naturalia simplicia, & composita ex eis, & etiā principia rerum naturalium, quæ declarauit esse ingenerabilia, & incorruptibilia, & iam declarauit de istis in Physicis, d. & non oportet nos perscrutari hic, &c. & intendit per hoc, primum mouēs, quod declaratum est in fine Octaui Physicorū, & prima principia in primo tractatu ei⁹, & illud, quod circulariter mouetur. Declaratum est. n. illic ꝙ in mūdo est motus circularis, nō transmutabilis in qualitate omnino, neq; fm motū alterationis, neq; generationis, & corruptionis. & hoc est cōueniens illi libro, quia principia sunt ex rebus cōibus rebus naturalibus: consyderatio autem de rebus naturalibus cōib⁹ est de Physico auditu. & quia causę vl'es continent hoc nomen natura, dixit in quo ꝑscrutat̄ de natura. Et, cum d. opinionem dicentis ꝙ nihil generatur, aut corrūpitur, dixit rationē, quę mouit eos ad hoc, & d. Et dicunt hoc, quia nō concedunt, &c. i. quia nō concedūt ꝙ aliquid fit, nisi hæc indiuidua sensibilia, propter hoc, ꝙ opinabantur ꝙ scita sunt indiuidua sensibilia, & dicebāt ꝙ nihil est generatio, & corruptio, quia opinabant̄ ꝙ sciētia nō est, nisi de rebus sensibilibus indiuiduis, & quod scientia est permanēs, & fixa, non transmutabilis, quapropter scitum debet esse permanens, non transmutabile, s. indiuidua, & dixerunt quod apparet ex hoc non est, nisi phantasia, nō vera, sicut phātasticæ visiones. D. d. &, cum hoc opinabantur, dixerunt de istis naturis ꝙ non recipiunt, &c i. cum hoc credebant, & opinabantur, s. ꝙ sciētia est intransmutabilis, & ꝙ scientia

K

L

Cōsyderatio de rebus nālib. cōib. est de Physico auditu. idē in proemio. 1. Phy. & 1 c. 4. eiusdem.

M

A tia pēdet ex his indiuiduis, quapropter indiuidua sunt intransmutabilia, & ideo dixerūt ꝙ indiuidua nō recipiunt generationem, neq; corruptionem. & d. dixerunt de istis naturis, i. de indiuiduis, quia in hoc non accidit eis quæstio. & dixerunt hoc, vt possent dicere ꝙ scientia est fixa. & isti, sicut dicit Aristo. sunt illi, qui dicunt ꝙ opiniones vl'es vincūt sensum, & hic est mos disputantium.

Alij autem, quasi de īdustria, contrariam his habuerunt opinionem. Sūt enim quidam, qui B aiunt nullam rerum ingenerabilem esse, sed omnes generari: generatas vero, has quidem incorruptibiles permanere, alias autē rursus corrumpi, maxime quidem Hesiodus, deinde & aliorū ij, qui primi de natura disseruerūt. Alij autem omnia alia aiūt generari, & fluere, esse vero fixe nihil: vnum autem quoddā solum persistere, ex quo hæc omnia trāsfigurari nata sunt: quod quidem videntur velle dicere, & alij multi, & Heraclitus Ephe C sius. Sunt autem quidam, qui & omne corpus generabile faciūt, componentes ex superficiebus, ac dissoluentes in superficies.

Hesiod. Heraclit.

Et quidam contradicunt sermoni istorum omnino, quasi si hoc tantū intenderent, & dixerunt, quod omnia sunt generata, & nihil est non generatum: sed quædam generantur, & non corrumpuntur, sed semper remanēt, & quædam corrumpuntur, vt dicunt Pythagorici, & alij Naturales, qui philosophantur de naturalibus primo. Et D *quidam dicunt, quod omnia sunt generata, & declinabilia, & nihil est fixum, permanens in sua dispositione omnino, nisi vna res tantum, quæ est fixa permanēs, super quam omnes cæteræ res figurantur, & generantur, & est deferens eas, quemadmodum dicit Heraclitus Ephesius, & alij plures Naturales, Et quidem eorum ponunt corpus generatum, sed compositum ex* E *laminis, s. superficiebus, & dissoluitur etiam in laminas.*

Cum dixit sermonem opinātiū, 3 ꝙ nihil generatur, aut corrumpit, dixit sermonem contrarium istis. s. dicentium ꝙ omnis res generat. & isti sunt bipartiti. Quidam enim dicunt, ꝙ generabilium quædam sunt generabilia, non corruptibilia, & q̄dam generabilia, & corruptibilia, vt Plato in mundo, & Quidam dicūt ꝙ omnia sunt generabilia, & omne generabile est corruptibile. Et isti etiam sunt bipartiti. Quidam enim opinantur, ꝙ illud, cuius est generatio complete. est permanēs, & fixū, F quousque corrumpat, Et quidā opinant ꝙ illud non est permanens, & fixum, & ꝙ omnia semp sunt in motu, & ꝙ non est hoc, nisi subiectum, super quod est ista transmutatio æterna, cū omnis transmutatio debeat esse super aliquod permanens. Isti autem non diuersantur in hoc, sed in eo, quod sit hoc permanens. Quidam enim dicunt ꝙ hoc pmanens est ignis, vt opinio dicentis ꝙ elemen-

G elementum est ignis, Quidā autem aerem, Quidam vero aquam. D.d. Et quidam eorum ponunt corpus generatum, sed compositum, &c. innuit Platonem, opinantem ꝙ corpora componūtur ex superficiebus, & dissoluuntur in eas.

SVMMA TERTIA.

Destruitur sermo, dicens partem dari indiuisibilem per propositiones Naturales, alias à propositionibus Mathematicis, de quibus in Physico auditu.

Pars Prima.

H *Impossibilia Mathematicis consequentia, & Naturalibus consequi, non autem econtrario.*

DE alijs igitur alterius erit sermo. Ijs vero, q hoc modo dicunt, & omnia corpora constituunt ex superficiebus, quæcunq; quidem alia accidit dicere cōtraria ipsis Disciplinis, prōptum est videre, attamen iustū erat, aut non amouere, aut ipsa credibilioribus rationibus ꝙ suppositiones sint amouere.

I *Dicamus modo igitur quod in futuro perscrutabimur de alijs sermonibus. Modo vero volumus perscrutari de sermone dicentiū quod corpora fiunt ex laminis. Dicamus igitur quod contingit dicenti hunc sermonē dicere contrarium ei, quod accidit in Geometria. & hoc manifestum est. & oportet hunc sermonem dicentem, aut vt non dicat hunc sermonem omnino, aut vt cōfirmet suum sermonem rationibus firmioribus, & verioribus.* K

4 Quod autem ex istis opinionibus est naturale, perscrutandum est de eo in hac sciētia. vt est opinio dicentis ꝙ aliquid est generatum, & non corruptibile, sicut ipse fecit in fine primi tractatus. qui vero negat generationem, & corruptionē, non debet ei respondere in hac scientia, nisi s̄m disputationem, cum hoc ponat Naturalis pro constanti in sua scientia, sed diuin⁹, qui verificat subiecta facultatum particulariū. & similiter Diuinus debet loqui cōtradicentem ꝙ nihil est permanens, & L fixum. ille enim negat scientiam esse, scientiam aūt esse est subiectum Logices, & sīr Diuinus, qui defendit subiecta disciplinatum particularium, debet loqui cum eo. Et d ꝙ pscrutabimur de alijs sermonibus, & innuit quod dicit post ꝙ impossibile est vt omnis res sit generabilis, & corruptibilis. Et, quia remanet ei dicere ex opīonibus proprijs huic sciē opinionem dicentis ꝙ corpora sunt composita ex superficiebus, d. Modo vero volumus pscrutari, &c. D.d. Dicamus igitur ꝙ contingit dicenti hunc sermonem, &c i. dicam⁹ igitur ꝙ contingit dicenti hunc sermonem, contrarium dicere ei, qđ accidit in Geometria, i. contrarium M eis, quæ sunt principia I Geometria. vt hoc, quod ponunt ꝙ omnis linea diuidit in duo media, & sīr ꝙ omnis superficies, & ꝙ quædam lineæ non habent proportionem adinuicem, sicut numeri ad numerum. & manifestum est ꝙ pars lineę est linea, & ipse dicet post quomodo sequantur impossibilia dicētes hunc sermo-

Sciam est est subm Logices. Diuinus defendit subiecta sciarum particulariū. idem 1. ph. cō. 8. & 8. ph. 22. & 1. cœ. 78. idem. 4. me. cō. 1.

A sermonē. Et,quia iste sermo in nullo est sufficiens, neq; conueniēs naturæ,d. & oportet hunc sermonem dicentem,aut vt non dicat ipsum omno,&c. & vr q ratio magis dicentiū hoc,est q opinant q linea est composita ex pūctis, ergo superficies ex lineis, & corpus ex superficiebus. si enim diuisio lineæ in puncta faciat lineam compositam ex punctis, necesse est vt diuisio superficiei in lineas faciat ipsam compositam ex lineis, & sic corpus ex superficiebus. & possibile est confirmare hunc sermonem,s. q linea componit ex pū-
B ctis ex, rationibus, quibus vtuntur dicentes partem esse indiuisibilem.

Deinde manifestū est q eiusdem rationis est, solida quidem ex superficiebus componi, superficies autem ex lineis, has autem ex punctis. sic autem his sese habentibus non est necesse lineæ partem lineam esse. De his autem consyderatum est prius in ijs, quæ de motu, sermonibus, q longitudines non sunt indiuisibiles.

C *Et dicamus etiam quod error dicentis hunc sermonem est manifestus. quoniam sicut corpora existunt ex superficiebus, sic superficies ex lineis, & linea ex punctis. & si ita sit, impoßibile est vt pars lineæ sit linea. De istu autem perscrutati sumus in sermone, quem fecimus de motu, & diximus quòd nulla linea est, quæ non recipiat diuisionem, & partitionem.*

Quia vult perscrutari de hac opi D nione,quam sequunt impossibilia, 5 q sequuntur dicētes q continuum est compositum ex indiuisibilibus, & plura impossibilia doctrinalia, & etiam alia impossibilia naturalia,incipit dicere q illa impossibilia, quę contingunt dicenti continuum esse compositum ex indiuisibilibus contingit dicenti hunc sermonē & hoc dictum est in Sexto Phys. Et,quia dicentes q corpora componunt ex superficiebus nō dicunt, vt mihi videt, q lineæ componant ex punctis neq; q superficies ex lineis, iccirco demonstrauit q necesse est dicere E eis hoc, & dixit: qm̄ sicut corpora existunt ex superficiebus,&c.i.dicētes autem q corpora cōponunt ex superficiebus, necesse est eis dicere q superficies cōponuntur ex lineis, & lineæ ex punctis. proportio enim superficiei ad corpus,est sicut ꝓportio lineæ ad superficiem,& pūcti ad lineam. & ideo, si superficies sint elementa corporis,ergo & lineæ erunt elementa corporis,& etiam puncta.

Et,quia puncta sunt habentia situm, sicut indiuisibilia,& hæc est dispositio partium indiuisibiliū,& in F Sexto Phy. iam locutus fuit de impossibilibus, quæ sequunt dicentes hunc sermonem, fecit de hoc rememorationem. Et etiam dixit quędā impossibilia contingentia eis, & dixit:&, si ita sit,&c.i.&, si hoc contingit, cōtinget necessario vt pars lineæ nō sit linea,neq; pars superficiei superficies,neq; pars corporis est corpus. & hoc est contrarium eis, quæ ponunt Geometræ,s. q omnis linea diuiditur in duo media,& q diuisio sm̄ medietatem procedit in infinitū in tribus magnitudinibus. Et,quia per

G perscrutatus est de hoc in Physicis, narrauit hoc, quoniam in illo libro cōsyderauit in hoc secundum terminos continuos, & contiguos, quæ est consyderatio de continuo, inquantum est in materia; quod secundum modum hunc appropriatur naturali, & similiter hoc, quod cōsyderauit illic de velociori, & tardiori, est naturale. quod autē induxit illic de Mathematicis, fuit ad cōfirmādum. hic vero vult de hoc consyderare per propositiones naturales propinquiores illi materię, & magis proprias, cum cōsyderatio in hoc libro sit magis propria cōsyderatione in Physicis.

H

Con'yde... in mā, ap propriat nāli id. 2. physi. cō. 18. 19 & 20. idē 3. phys. 60. & 4 phy. 71. & 1. d Ala 16. & 17. idē 3. ph. 71.

Quæcunque vero de naturalibus corporibus impossibilia accidit dicere facientibus indiuisibiles lineas, paululū nūc quoque consyderemus. quæ enim impossibilia in illis accidunt, & naturalia sequuntur, quæ vero hæc, in illis non omnia, propterea quod hęc quidem ablatione, Mathematica, Physica vero appositione dicuntur.

I *Modo vero volumus perscrutari parum de impossibili, contingenti corporibus naturalibus, & quod est impossibile ex sermone dicentiū partem esse indiuisibilem. quoniā impossibile, quod accidit Geometricis, accidit etiam dominis corporū Naturalium. & non accidit Geometricis etiam omne impossibile, quod accidit dominis corporū Naturalium. corpora enim geometrica fiunt ex diminutione ex corporibus naturalibus, corpora autem naturalia fiunt ex additione in superficiebus geometricis.* K

6 Manifestum est quod Naturalis, & Geometra cōicant in consyderatione de tribus magnitudinib', sed diuersis modis. &, cum ita sit, cōicātes sunt in propositionibus. & conclusionibus: ergo impossibilia, quę accidunt a positione falsa de istis magnitudinibus geometricis, accidunt & naturalibus, nisi sint aliqua accidentia existentia in eis, inquantum sunt abstracta a materia, & non existentia in eis, inquantum sunt in materia, aut econuerso. v. g. quod, cum Naturalis consyderauit de cōtinuo, secundū quod est vltimum corporū sensibilium, videbit ipsum diuidi in aliquod diuisibile semper, & similiter Mathematicus, cum consyderauerit de hoc, inquantum est non separatum a materia. Cum autem consyderauerit Mathematicus in eo secundum abstractionem, nō erit ei impossibile augmentare corpus in infinitum, cum consyderet de eo, inquantum est abstractum a corpore naturali. Naturalis autem dicit hoc esse impossibile, quoniam, inquantum est vltimum terminās corpus naturale, est quasi forma, forma autem inquantū forma, impossibile est augeri in infinitū. augmentatio. n. in infinitum est ex materia, non ex forma, vt determinatū est in Physicis. & ideo dicit Arist. quod Geometer non debet ponere quod magnitudines augmentantur in infinitū sed pōt ponere magnitudines in quacūq; quantitate voluerit. Et, cum hæc impossibilia, quę contingunt naturalibus a positione falsa in magnitudinibus, contingunt et in Geometricis, sed in parte maiori quod accidit Natura-

Nālis dicit continuū eē diuisibile in semp diuisibilia. Idē 3. ph. 60. sed vide opp. 4. phy. 72. Vide cōt. Zim.

L

M

Forma, in quātū forma, ipossibile augeri in infinitū. Idē 3. ph. 65. & quę ibi.

A Naturalibus, nō accidit Geometricis, cum consyderetur de magnitudinibus, nō fm q; sunt absolute, sed fm q; sunt in concretione, & qd accidit rei fm q; est in concretione, non accidit ei fm q; est simplr. Et ideo, cum voluerit demonstrare impossibilia, q; contingunt huic positioni in hac scientia, cum iam demr̄auit impossibilia, q; contingunt ex altera scia, d. Modo vero volumus pscrutari parum, &c. & dixit parū, quia non perfecte impossibilia induxit consequentia hanc opinionem in oībus, B q; apparent in rebus naturalib'. i. &, cum inducta sint hæc impossibilia, q; ptinent Geometricę, volumus modo dicere ipossibilia, q; ptinent huic sciæ. Et, quia aliquis posset dicere ei quō inueniunt in scia Naturali impossibilia contingentia falsæ positioni in Doctrinalibus, cum cōsyderatio vtriusq; sciæ diuersa sit, & ppositiones earum sint diuersæ. &, cum consyderatio in aliqua scia est ex ppositionibus primis, & conuenientibus, & nulla dr̄ia est īter propositiones affirmatiuas alicuius, & contradictorias alicuius in illis cōditionibus, & ex hoc oībus vr̄ q; impossibilia contingentia alicui falsæ positioni in aliqua scia, non contingent ei in altera scia. Et ideo d. respondēdo q; impole contingens Geometricis, continget etiā Naturalibus. & hoc intelligendū est in plurib' locis, nō in oī loco. & cum, contingit in vtraque scientiarū, continget duob' modis diuersis, non eodem modo. &, præcipue cum remotæ fuerint illæ duæ sciæ, s. cum remota fuerit cōsyderatio simplr, quam vocant consyderationē fm diminutionē, a consyderatione adiuncta, quam vocant consyderationem fm additionem. D Et, cum narrauit hoc, dedit cām ei', & d. corpora. n. Geometrica, &c. i. & causa in hoc est, s. q; impossibilia, q; contingūt falsis positionibus de magnitudinibus in Geometria, contingunt in maiori parte in scia Naturali, & non ecōuerso. quia Geometer consyderat in hoc, inquātum est diminutum ab accidentibus existentibus in eo in materia, i. inquantum est simplex, non adiunctum: & hoc manifestum est, cum consyderatio eius non sit in corpore, nisi inquantum est quantum sine illis accidentibus: Naturalis aūt, inquantum est E quantum cum cæteris accidentibus cæterorum prædicamētorū. Et hæc est causa vl'is in quibuslibet duabus scientijs, conuenientibus in eodem subiecto, si in altera earū consyderatur absolute, & simplr, & ī altera cōiuncte. vt Geometria cum Aspectiua, & Arithmetica cum Musica, & scia Naturalis cum Geometria ī quibusdam partibus, qm̄ valde remotæ sunt. Sed quocunq; modo sit inter sciam altiorem, quam vocat Arist. diminutam, & inferiorē, quam vocat additam, aliqua est copulatio & ideo, s. propter hanc copulationem, F quæ est proportio essentialis, sciētia altior dat causam in accidētib' sciæ inferioris. Et, cum ita sit, sermo igit dicentis q; tales propositiones, quibus vtitur Arist. in hoc loco, non sunt essentiales, est sermo non ver'. & ex ista parte verum est dicere q; oē, quod accidit in superiori sciētia diminuta, accidet in scientia inferiori, & non conuertitur, s. quod illud fm modum, quo id, quod continet sub superiori scia, est causa eius, qd continetur sub scientia inferiori, si autem

G autem in scientia superiori fuerint res, quæ non sunt causæ eorum, quę continentur sub inferiori, tunc non sequitur vt oē, quod accidit superiori accidat inferiori, & maxime cum fuerint remotarum naturarũ. & hęc est dispositio Geometriæ cũ scientia Naturali. s. φ Geometria continet ĩ se res, q̃ non sunt causę eorũ, q̃ apparẽt ĩ scia Naturali, & res, q̃ sunt causæ eorũ. fm hoc igitur intelligenda est cõicatio inter scias diminutas, & additas, quæ sunt sub eis.

Multa autem sunt, quæ indi-
H uisibilibus inesse non possunt, naturalibus autem necessarium est. veluti. si quid est indiuisibile: in indiuisibili. n. diuisibile esse impossibile est. Passiones aũt omnes diuisibiles dupl'r sũt. aut enim fm spẽm, aut fm accidẽs. fm Speciem quidem, veluti coloris album, & nigrum: fm Accidens autem, si id, cui inest, diuisibile sit: quare passionum, quæcunq; simplices sunt, omnes sũt diuisibiles hoc modo.

Et accidit diuisioni corporum
I *naturalium necessario simile partitioni. impossibile est enim vt aliquid partiatur in aliquo non receptibili partitionis. Passiones autẽ diuiduntur duobus modis, aut per formam, aut per accidens. secundũ autem Formã, vt color diuiditur in album, & nigrum: secundũ vero Accidens est illud, quod recipit diuisionem, non propter se, sed propter deferentem ipsum. & si ita sit, manifestũ ẽ quod quælibet pas-* K
sionum, quæ recipit diuisionem, nõ recipit ipsam, nisi secundum hunc modum, quem diximus.

In hoc cap. vult dare causam, pp̃ 7
quam possibile est vt Naturalis cõsyderet de accidentibus proprijs sciẽtiæ eius in hac quæstione de magnitudinibus, s. in diuisione magnitudinum in aliquam magnitudinum, quãuis iste modus diuisionis sit proprius magnitudini in eo, qd est magnitudo, & d. Et accidit diuisioni, &c. i. & poss̃e est vt Naturalis consyderet de hac q̃one. accidit. n. corpo- L
ribus naturalibus diuisio, similis diuisioni existenti in corpore mathematico, & causa istius diuisionis accidentis corporibus naturalibus est diuisio accidens abstracto. v. g. φ leuitati, & grauitati non accidit diuisio, nisi quia existunt in continuo, cui diuisio fm terminos est propria, & ideo dicit impossibile est enim vt aliquid diuidať, & sit in aliquo non recipiente diuisionem. i. & cã istius diuisionis, quæ existit in * disposi- *a l. diuisionibus.
tionibus, quæ sunt in corpore naturali, est, quia est in aliquo diuisibili M
primo, & essentiaľr. qm̃ impossibile est vt aliquid, quod recipit diuisionem, sit in aliquo indiuisibili. Et, cũ demonstrauit φ accidentia existentia in corpore diuiduntur, quia corpus diuidiť, & accidentia diuiduntť duobus modis, d. Passiones autem diuiduntur, &c & intendebat p formam diuisionem generis p differentias in spẽs, differẽtiæ. n. sunt formę: & intendit per accidens diuisionem fm accidens, quia indiuisibilia sunt essentialiter, diuisibilia vero, qa sũt in rebus diuisibilibus essentialiter.

Quan-

A Quantitas enim est diuisibilis essentialiter, Qualitas autem per accidés, quia est in re diuisibili, s. quanto. D. d exemplum, & d. fm autē Formā, &c. & hoc, sicut diximus, est diuisio generis in species. D. d. fm vero Accidens, &c. & hoc est illud, quod diuiditur, non per suam naturam, sed quia existit in re diuisibili naturaliter. D. d. &, si ita sit. manifestum est, & cætera, idest, manifestum est, hoc ex hoc sermone quòd qualitates accidentales recipiunt diuisionem, & quem modum diuisionis. Et istud capitulum, quasi cōtinet in se tria, B quorum Vnum est, ꝙ passiones recipiunt diuisionem, Secundum est dare causam in hoc, Tertiū est quē modum diuisionū recipiunt, & cum istis tribus contingit etiam Quartū & est ꝙ possibile est vt Naturalis cōsyderet etiam de accidentibus, quæ sunt in qualitate in hac quæstione.

Quātitas ē diuisibil' essētiālr, & q̄litas accñtalr. 1d. 5. me. te. c 18. & 6. ph. 55.

Summa.

Dubiū.

Et habet quæstionem. qm̄ aliquis potest dicere, si diuisio qualitatum est p accidens, qūo Naturalis consyderat de eis in aliqua quæstione? oīs enim artifex non consyderat, nisi in quæstionibus essentialibus sui subiecti, C & per propositiones essentiales.

Solutio.

Dicamus respondendo ꝙ accidētia, de quibus artifex consyderat, quędā sunt quæ existūt in suo subiecto primo, & essentialiter, vt par, & impar in numero, & quædam existunt fm similitudinem ad accidentia existētia in subiecto alterius sciē naturaliter, vt Arithmeticus consyderat de numeris superficialibus, & solidis, & consyderat Geometer de superficiebus, & lineis, & corporibus communicantibus: & plus de hoc est cōsyderatio domini inferioris scientiæ in accidentibus contingentibus suo subiecto propter subiectum altioris scientiæ, vt prædictum est. Et, cū inspexeris consyderationem Naturalis in diuisione continui, inuenies D ipsam esse in consyderatione demōstrata his duobus modis, quos diximus, s. modo per assimilationem, & modo per causam, quū diuisio qualitatum sit similis diuisioni quantitatis, & causa diuisionis earū sit diuisio quantitatis, in eo qd est q̄titas.

PARS SECVNDA.

Contradicit dicētibus generationem fieri ex superficiebus.

Impossibilia, ita dicentes comitantia enumerata. Cap. 1.

E

QVapropter impossibile ipsum in talibus est consyderandum. Si itaque impossibilium est, vtroque nullam habente grauitatem, ambo habere grauitatem: sensibilia autem corpora, aut omnia, aut aliqua grauitatem habent, veluti terra, & aqua, vt & ipsi dixerūt: si punctum nullam hēt grauitatem, manifestum est ꝙ neque lineæ. si aūt nō hæ, neque supficies: quare neque corporum vllum.

F *Volumus modo perscrutari de parte indiuisibili, & quòd impossibile contingit ex eo. Dicamus igitur, quòd impossibile est, vt duo sint, quorum neutrū habet grauitatem, & cum congregātur, vtrūque habeant grauitatē: omnia vero corpora sensibilia habent grauitatem, vt terra, & aqua. & cum ita sit, & punctus non habeat gra*

 uitatem

G *uitatem omnino, manifestum est quod neq; linea: ergo neq; superficies. & cum ita sit, ergo nullũ corpus habebit omnino grauitatem.*

2 Modo incœpit perscrutari de pte indiuisibili, & d. Volumus mõ, &c.i. dicamus q̃ vna propositionũ, quas ponimus in hac intẽtione, est q̃ impossibile est, vt duo, quorũ neutrũ habet grauitatem, habeant grauitatem, cum congregant̃. Alex. autẽ laudauit Arist. super hoc, q̃ addidit in hoc sermone, cum congregãtur, habebit vtrunq; eorum grauitatẽ, & non dixerit cum congregant̃, habebit grauitatem ex eis congregatũ, sed vtrũq; eorum habebit grauitatem. & d. q̃ ista additio est valde subtilis. & d. q̃ addidit eam pp formam, & materiam, quarum neutra habet grauitatẽ, & corpus, quod cõgregatur ex eis, habet grauitatem. Et hoc, quod Alex. dicit, est rectum, tñ ista additio nõ fuit solum pp formam, & materiam, sed pp aliud vniuersalius forma, & materia. Omne enim quod non vere dicitur de singulis, non vere dicitur de toto, quia vnaquæq; partium non est totum, & congregatio est totum; & vnusquisq; trium hoĩum non mouet nauem, & congregatio eorũ tñ mouet nauem. Et, si ista additio non esset, esset, quasi diceret q̃ impossibile est q̃ vnusquisq; trium hominum non moueat nauem, tamẽ tres moueãt. & hoc manifestũ est q̃ falsum est. cum autem in hoc sermone additio ista addetur, erit verius. iste.n. sermo, s. q̃ impossibile est vt vnusquisque trium hominum nõ habeat potentiam, qua moueat nauem per se, vnusquisq; eorum in congregatione habeat potentiam, qua moueat nauem per se, ita, q̃ vnusquisque eorum per se non habet potentiam vt moueat nauem in actu, &; cum est in congregatione, habet potentiam vt moueat ipsam in actu, est sermo valde impossibilis. Ista igitur additio non ponebatur ab Aris. propter materiam, & formã, quoniam hoc non esset dicẽdum, nisi ista additio esset tñ necessaria propter materiã & formam, & tunc esset causa illius additionis difficilis valde ad intelligendum, & tunc laudandus eẽt Alexan. quia sciuit ipsam, & esset mirũ de Arist. q̃ oblit' esset tale aliquid. Modo autem, cũ ista additio sit necessaria, nõ debet esse mirum de additione, aut quomodo sciuit eam Alex. qm̃, cum ista additio non fuerit, erit sermo sophisticus. &, si ista additio non esset, nisi propter formam, & materiam, tunc sermo sine ea esset sermo disputabilis ĩ fine carentiæ contradictionis: & tunc ista propositio contradiceret dicentibus corpus esse ex materia, & forma,* & esset ratio dicentium partem indiuisibilem eẽ. Possunt enim dicere quo modo est possibile, vt duo, quorum neutrum habet quantitatem, cũ cõgregantur, congregatum ex eis habet quãtitatem. Nos autem diximꝰ q̃ hoc est verum. impossibile autem est vt, cum congregantur, habeant vtrunq; eorum quantitatem, quam ante congregationem nõ habebant. Et cum posuit hanc propositionem, manifestam per se, coniunxit ei secundã, & d. omnia vero corpora sensibilia habent grauitatem, vt terra, & aqua. i. omnia corpora habent grauitatẽ, aut leuitatem. & hæc propositio concessa est a dicenti-

Marginalia: H; I; K; L; M; Alex. expõ.; Contra Alexand.; Vna partiũ n ẽ totum, & cõgregatio ẽ totũ. idẽ. 1. ph. 17. & 4. ph. ca. 43.; *a. l. tunc ẽt eẽt cõtradicentes.

A centibus corpora dissolui in superficies. D.d.&, cum ita sit, & punctus non habeat grauitatem, &c.i.&, cũ hæ duæ propositiones concessæ fuerint, manifestum est, ꝙ ex eis sequit ꝙ linea, quæ est composita ex punctis, non habet grauitatem: &, quia superficies componitur ex lineis, nõ habet grauitatẽ: &, quia corpus cõponitur ex superficiebus, non habet grauitatem: sed iam posuimus omnia corpora habere grauitatem. & hoc tunc est impossibile. Et syllogismus ita cõponitur. ponatur, ꝙ corpora componãtur ex punctis, quæ est propositio dubitabilis: & coniũgamus ei hanc secundam, s. ꝙ puncta nõ sunt grauia, neq; leuia: ergo corpora componuntur neq; ex grauibus, neq; ex leuibus: & omne compositum neq; ex grauibus, neq; ex leuibus, neq; habet grauitatem, neque leuitatem: ergo corpora nõ habent grauitatem, neq; leuitatem: qđ est cõtrarium positioni. Et quia aliqua istarum propositionum est dubitabilis, incœpit verificare eas, & d.

Constructio syll.

B

At vero ꝙ punctũ non possibile sit grauitatẽ hr̃e est manifestum graue.n.oẽ, & grauius, leue vero leuius contingit aliquo esse. grauius aũt, aut leuius forte non necesse est graue, aut leue esse. quemadmodũ & magnũ quidem est maius, maius aũt * non oĩno magnũ. multa.n. sunt, quæ cum sint parua simpl'r, maiora quibusdam alĳs sunt. Si itaꝙ id, quod cum graue sit, grauius est, necesse est grauitate maius esse, & graue oẽ diuisibile vtiꝙ erit: punctum autẽ indiuisibile supponitur esse,

C

*a.l. nõ oẽ magnum necesse eẽ

Reuertamur modo, & dicamus quòd punctus non habet grauitatẽ, & hoc manifestum est. si igitur hẽt grauitatem, possibile est vt sit grauior alio, & leuior alio. grauius autem, & leuius non est graue, neque leue necessario, vt magnus, & maior. omne enim magnũ est maius, sed nõ omne maius est magnũ. sunt enim aliqua parua maiora alĳs. Reuertamur igitur, & dicamus quòd, si aliquid est graue, & est maius alio, necessario est maioris grauitatis eo. & si ita sit, & oẽ graue recipit diuisionem, punctus autem non recipit diuisionem: & cum non recipiat diuisionem apud eos, non est grauis omnino. D

E

Vult declarare propositionem, quam induxit ĩ probatione pdicta, & d. Dicamus igit, ꝙ punctus, &c.i. qm̃ punctus, si haberet grauitatem, aut leuitatẽ simpliciter, & per se, nõ in comparatione alterius, necesse esset vt eẽt grauior alio, & leuior alio. qm̃ oẽ graue, & leue simpliciter nõ in comparatione alteri⁹, necesse est vt sit grauius alio, & leuius alio: ergo omnis punctus, si est grauis, aut leuis, necesse est vt sit grauior alio & leuior alio. Et, quia hæc propositio non conuertitur, demonstrauit hoc, ne aliquis erret, & reputet ꝙ, sicut non est verum dicere ꝙ omne grauius, aut leuius alio est de natura grauis, aut leuis simpliciter, ita non est verum dicere ꝙ illud, quod est ex natura grauis, aut leuis, ẽ grauius, aut leuius alio, siue ꝙ, si sit ali- 9

F

G quid grauius, vel leuius alio, ꝙ id sit graue, aut leue simpliciter. Et dixit: grauius autem, & leuius, &c. i. grauius autem, & leuius, quæ dicuntur in comparatione, s. quę sunt sm relationem, non sm qualitatem, non sequit vt sint sm qualitatē, s. vt sint de natura grauis, aut leuis, quæ dicuntur per se. Et quod d. manifestū est. qm̄ omne, de quo dicit aliquid sm comparationem; non est necessariū vt habeat illud per se, nisi substantia rei diceretur in respectu alterius. Si igitur de aliquo aliquid dictum fuerit sm comparationem, &

H illud existit in eo per se, necessario illud dictum non est in eo, sm ꝙ est comparatiuum, sed sm ꝙ comparatio accidit ei, comparatio enim accidens est separabile a re. res autē non separatur a se, sm enim ꝙ est respectiuū. habet dispositiones cōtrarias, & infinitas, & sm ꝙ est essentia, non habet nisi vnam, & est quasi sua essentia. & sermocinari in hoc est superfluum. & quia hoc magis apparet in maiori: & magno, d. vt magnus, & maior, &c. D. d. causam in hoc, & d. sunt enim aliqua parua maiora alijs. & forte magis manifestum est

I graue esse simplr, quā magnum esse simplr. non enim est magnitudo, de qua dicitur magnum simpliciter, nisi maxima, s. mundi. Sicut etiam sermo noster ꝙ, id, quod est magnum est maius alio, magis est manifestus sermone, s. ꝙ illud, quod est graue, est grauius alio. & causa in hoc est, quia maius magis apparet sm comparationē q̄ simpliciter, grauis autē, & leuis quodam est simpliciter, & quodam comparatiue. Et quia maius magis apparet sm comparationem, dedit rationē ex eo, quod hæc propositio non conuertitur, s. ꝙ nō

K est necessarium dicere ꝙ omne, qd est maius in aliqua dispositione, ꝙ simpliciter habeat illam dispositionem. D. d. Reuertamur igitur, & dicamus, &c. i. &, cum posuerimus ꝙ graue simplr est grauius alio, & omne grauius est maius eo, quo est grauius, necesse est vt omne graue simpliciter sit maius eo, quo est maius.

Et non debet aliquis cōtradicere huic, dicendo nos videmus vnā partem terræ grauiorem parte aquæ, licet sit minor, & partem plumbi minorem grauiorem parte terræ maioris. Quomodo igitur verificabitur hæc propositio? Respondemus eis — *Obiectio.*

L ꝙ hæc propositio non ponitur ab Arist. simpliciter, nisi sup hoc, quod graue simpliciter est eiusdem naturæ: aqua aūt & terra non sunt eiusdem naturæ. terra enim est grauis simpliciter, aqua autem grauis sm comparationem. & etiam est manifestum ꝙ simplicia cum compositis & cōposita adinuicem nō sunt eiusdem naturæ. Nec etiam aliquis pōt dicere ꝙ non est necessarium vt omne graue simpliciter debet esse mai⁹ — *Solutio.*

Obiectio. Minima q̄titas terrę ē terminata. Idē, vel ɔsile. 6. phy. 32 & q ibi Solutio. Ari. nō dicit ꝙ graue simplr

M aliquo graui simplr. qm̄ minima quantitas terræ est terminata, cum, sit impossibile ꝙ quælibet pars terræ habeat partem minorem ipsā: & sisr de alijs corporibus. pars igit minima terræ, quæ, cum diuideretur, corrumperetur, & non poterit remanere terra, est grauis simplr, & non est maior alio graui simplr. Qm̄ Arist. non dicit hoc, ꝙ omne graue simpliciter est grauius alio, sm ꝙ est terra, aut ignis, aut aqua, sed sm ꝙ est graue *tm̄. Cum enim positum fuerit ꝙ punctus sit grauis, sequetur ex hoc vt diuisio sit in eo possibilis, in

est graui⁹ alio, sʒ ꝙ est terra, aut aqua, sed sm ꝙ ē graue tā tū. cōsiſe. hēs 4. ph. 72. de subtilitate. & 6. ph. 15. velocitate. & 5. ph. 45. de regularitate motus.

**a. l. quātum.*

A inquantum est quantum, non inquātum est grauis: sed diuisio est in eo impossibilis, quia non recipit diuisionem: concluditur ergo ex hoc in secunda figura ꝙ punctus nō est grauis, neq; leuis. & vlt. cum positū fuerit punctum esse grauem, sequetur vt graue, in eo ꝙ est graue, non recipiat diuisionem.

Præterea, si graue quidem dēsum quid, leue autem rarū quid est, dēsum autem hoc a raro differt, ꝙ in æquali mole plura insunt. Si igitur est punctum graue, & leue, erit & densum, & rarum: sed densum quidē est diuisibile, pūctum aūt indiuisibile. B

Dicamus etiam quod graue est densum, & leue est rarum, & dēsum differt a raro. dēsum enim potest habere magnitudinem æqualem cum raro, tamen est plurium punctorum eo. Et, si ita sit, & etiā punctus fuerit leuis, aut grauis, necessario erit densus, aut rarus. densum autem, & rarum recipiūt diuisionem, vt fingunt: punctus vero non recipit diuisionem: ergo pūctus neq; est graue, neq; leue. C

Cum contradixit dicentibus partes esse indiuisibiles, motas ĩ vacuo motu infinito, incœpit modo cõtradicere Platoni in hoc, quod dixit, quod mundus generatus fuit, & quod corpora, ex quibus est, mouebant ante sine ordine, deinde induxit ea Deus ad ordinẽ, quãdo fecit mundum. Et d. Dicamus igitur cõtradicẽdo quod motus elemẽtorum, &c. i. quod motus elementorum ex quibus modo mundus componitur, necesse est vt ante compositionem mũdi esset aut violentus, aut naturalis, cũ nullus motus præter istos sit. Si igitur elementa ante generationem mũdi mouebant violente, necessario habuerũt tunc motũ naturalem. & si tunc habuerũt motũ naturalem, ergo mundus fuit tunc. quod ẽ inconueniens. 21 F

G Deinde dixit:& hoc manifestũ ẽ ei,qui fuerit intuens,i.& hoc manifestũ est. q̃m necesse est,cũ elementa mouebant ante mũdũ,vt primus motor eorũ sit motus nãlr, sicut diximus ante superius. D.d.& elemẽta,quæ mouẽtur sine violẽtia,&c.i. necesse est, tũc cũ primus motor elementorũ inueniebat nãlr, vt illud ex eis,quod non mouet ab illo motore,sit quiescẽs nãlr in suo loco naturali iam enim declaratũ est q̃ oẽ, quod mouet à motore extrinseco, mouet violente:& oẽ, quod mouet violente,est in illo loco quiescẽs na H turaliter: manifestũ est ergo q̃, cũ primus motor elemẽtorũ fuerit mouens in loco, q̃ necesse est vt essent elementa in illis locis quiescẽtia naturaliter,dummodo motor primus non mouerit ea: &,cum tunc fuerit primus motor nãlr,& elemẽta,quæ ab illo mouent, & quiescũt in illis locis nãlr, necesse est, cum primus motor dimiserit illa mouere, quæ mouent,& quæ sũt extrinseca ab illis locis, vt moueantur nãlr ad illa loca,in quibus quiescũt nãlr,dummodo primus motor non mouerit ea.&, cum ĩ illa hora fuerit primus motor nãlr, & elementa, quorum I quædam partes mouent ab eo violente,& quædam quiescunt nãlr in suis locis, necesse est etiam,cũ dimiserit mouere ea,quę mouet ex eis,& quæ sũt extrinseca à suis locis, vt reuertant ad ipsa naturaliter, & quiescant in eis:sed ista est dispõ mundi modo igitur mũdus fuit in illo tpe. quod est inconueniens. Et cum d. q̃, cũ contingeret eis ponere primũ motorem elementorum, quæ mouentur motu irregulari, necesse eis est vt in illo tpe sit primum motum naturaliter existens, s.corpus cœleste, & vt quædã partes elementorũ moueant ab eo violente,s.ab extrinseco,si alius motus vocet violentus, & quędam quiescant nãlr in suis locis,d.etiam hoc,quod contingit eis secundo,& est q̃ quædam eorũ moueãtur naturaliter ad sua loca. Istæ K enim tres dispõnes sunt dispositiones partiũ elementorũ in hoc mundo,s.vt quędam eorum moueant à primo moto, & quædam quiescant in locis suis,& quędam moueantur ad sua loca,& sunt illa,q̃bus accidit q̃ generata fuerunt extra loca sua. Et,cum d. duas dispositiones, dixit L tertiam,& d.sed dico q̃ elemẽta grauia,&c. i.& vlr, cum necesse fuerit vt primum motum sit,s.corpus cœleste,necesse est vt illic sit sursum,& deorsum,& corpus graue, quod ad centrum nãlr mouetur,& leue, q̃d ad circunferẽtiam.& hæc est dispositio mundi modo, & ordo eius. Et possibile est vt iste sermo sit demonstratio per se, & potest esse pars demonstrationis prædictæ, vt nos demonstrauimus, sed tamẽ abscindit ipsam per hanc coniunctionem, s. ad demonstrandum q̃ iste sermo est contentus per se.

M Præterea tantum insuper percunctabitur aliquis, vtrum possibile erat,an non possibile,quę mouẽtur inordinate, etiam misceri talib⁹ mistionibus aliqua, ex quibus constant ea, quæ secundum naturam cõstituuntur corpora (dico autẽ, veluti ossa, & carnes) quemadmodum Empedocles inquit fieri ĩ amicitia. dicit enim Multa quidem sine, „ collo capita emerserunt. „

Et

A *Et potest aliquis quærere, & dicere quòd, si elementa tunc mouebantur motu irregulari, non esset possibile, vt ex motibus illis fuisset talis congregatio, ex qua fiunt corpora naturalia, dico vt magnitudo, & corpus, neq; quod dicit Emped. quòd amicitia congregat elementa adinuicem, & ex hoc fiunt multa capita sine collo.*

22 Hæc est, fm ꝙ apparet, alia cõtradictio a prædicta, & est ꝙ, si ante generationem mundi mouebant elementa irregulariter, necesse est vt ille B motus eis esset, fm ꝙ sunt elementa, s. esset eis motus substantialis. & si ita esset, non haberet naturam recipiendi a primo motore hũc ordinem: cum illud, quod habet naturã carendi ordine, impossibile est vt recipiat ordinem. Et hoc intendebat, cum d. non esset possibile, vt ex motibus illis, &c. i. ꝙ si ex naturis eorũ mouebant per se motu irregulari, non esset possibile, vt ex motibus eorum fuisset ista congregatio. corpora. n. facta ex congregatione elemẽtorum, non fiunt, nisi, quia elemẽ C ta mouent essentialiter motu ordinato. &, si habuissent naturam carẽdi ordine, & veniendi ad finem terminatum, non esset possibile eis in aliqua hora ad finem terminatũ, vt moueantur, quod est generatio. & sic. Empedocli accidit. qm̃, si elemẽta non habuissent naturam vt congregentur, non congregarentur, & ex eis fierẽt capita sine collis. & colla sine capitibus. deinde etiã, si qdlibet simile esse congregatũ cũ suo simili, non esset possibile vt amicitia faceret hoc. Themistius autem D explanauit hunc locum sic, ꝙ Arist. Expo. Themistij. vult demonstrare ꝙ etiam contingit eis hoc, quod contingit primæ sectæ, s. ꝙ mundus fuit, anteq̃ fuit, alio modo a prædicto, & dixit ꝙ, cũ intrauit Arist. in hunc sermonẽ, dimisit nobis vt cõpleremus ipsum, & est, quòd debem⁹ quærere ab eis, vtrum sit poſſe in istis motibus sine ordine vt congregent adinuicẽ fm conuenientiã, & admisceant tali admixtione, naturali mõ, s. quod mixtio eũ fuerit, proueniat animal aut planta, vt dixit Emped. in amicitia, ꝙ primo fuerunt capita sine collis, & alia membra per se, deinde cõgregabant, & ex illa congregatione E fuerũt animalia, & alia entia, aut in poſſe ẽ vt admisceant tali admixtione. & d. &, cum Aristot. peruenit ad hunc locum, tacuit, vt nos compleremus. qm̃, si poſſe est vt admiscerentur tali admixtione, ergo plantæ, & animalia inueniebant ante mũdũ, & ista sunt partes mũdi, immo mũdus cõpletus ordinatus; qm̃ esse partis est ligatum cum toto. & intẽdit. & si impoſſe est vt admiscerent tali admixtione, tunc motus eorum nõ fuerunt nõ terminati in infinitum, sed ordinati quia impoſſe est vt trãsferant ab eo, fm ꝙ sunt. &, si nõ, nihil prohiberet in hoc modo admixtionis vt motus eorum esset sine or F dine: motus enim non terminatus non habeat aliquã partem localem prohibitam. Et abbreuiatio isti⁹ ser Abbreuiatio. monis est, ꝙ debemus dicere ꝙ motus irregulares impossibile est vt recipiãt per se casu in aliqua hora talem ordinem existentem modo, s. ante mundũ in tempore, quod fuit ante mundum in ĩfinitum. & si hoc fuit

G fuit po'e, ergo mundus fuit anteq̄ fuit si igit' dixerint ꝙ hoc ē impoſſe. eis dicemus neceſſe eſt vt ſint ordinati, & regulares intentio enim inordinationis eſt ꝙ ſit impoſſe recipere aliquam formā'. & iſte ſermo eſt difficilis ad intelligēdum ex verbis Ariſ. ſm trāſlationem, quam habem', & explanatio nr̄a ē veriſimilior.

His autem, qui infinita in infinito ea, quæ mouent, faciunt, ſi vnum quidem eſt id, q̄d mouet, neceſſe eſt vna latione ferri, quare non inordinate mouebūtur.

H Si aūt infinita ſint ea, q̄ mouent, & lationes infinitas eē eſt neceſſe. Si. n. finitæ ſint, ordo aliquis erit. nō. n. ex eo, q̄a non feruntur in idē, inordinatio accidit. neq; enim nunc in diem feruntur omnia, ſed quæ eiuſdem ſunt generis ſolum.

Volumus modo contradicere dicentibus quòd elementa ſunt infinita, & quòd mouentur in infinitum. Dicamus igitur quod, ſi motor fuerit vnus tantum, motus ēt

I *erit vnus neceſſario, & elementa non mouentur motu irregulari. Et, ſi motores fuerint infiniti, motus ēt erunt infiniti. Si igitur motus fuerint finiti, neceſſario elemēta erūt ordinata, quoniam omnia mouentur ad loca diuerſa. & ſi ordinatio & non ordinatio ſunt idem, non inueniemus modo omnia elementa moueri ad eundem locum, niſi quæ conueniunt.*

Vult declarare in hoc cap. ꝙ dicētibus ꝙ ante mundum fuerunt corpora infinita tpe infinito in vacuo mota in infinitū, cōtingit vt aliqua ordinatio fuiſſet añ ordinationem mūdi, & d. Volumus modo cōtradicere, &c. i. volumus modo contradicere eis demr̄ando ꝙ contingit ſm ſermonē eorū, ꝙ aliqua ordinatio fuit añ ordinem mundi, non q̄d velit deſtruere ſermonē eorū ſimpl'r: iam. n. deſtruxit ſermonē eorū in alio loco. D d. Dicam' igit' ꝙ, ſi motor, &c. i. ꝙ, ſi motor iſtorum corporum indiuiſibilium fuerit eiuſdem naturæ, & formæ in oībus motibus iſtarum partium erūt idē in ſpē, ergo motus earum non erunt diuerſi neq; conſequentes ſubſtantias eoꝝ, ſed conſequentes formas eorum, & quaſi vult demr̄are ꝙ ordinatio erit in motibus eorū, quāuis motus eorū fuerīt in infinitū, cum ſint idem ſpē. D. d. Et, ſi motores fuerint infiniti, &c. i. &, ſi mot', de quo dixerūt ipſum eſſe infinitum, eſt infinitus, quia formæ mouētiū ſunt infinitæ, & ſpēs motuū tunc erunt infinitæ, & proceſſus eorum erit infinitus. Et hoc explanauit Themiſtius ſic, i. &, ſi fuerint hmōi, ēt erūt ordinati. Et narrauit ꝙ Alex. non dixit hanc explanationē, ſed dixit ꝙ diminutus fuit ſermo, & non compleuit ipſum cū dēbat dicere ꝙ impoſſe ē, ꝙ modi motuū ſint infiniti, & ꝙ īpoſſe eſt ꝙ motus ſint īfiniti. Dixit Themiſti'. & iſte ſermo eſt turpis, ſ. vt, cū aliqs poſuerit ſm poſitionē p̄dictā ꝙ motus eſt infinitus, inquirendo q̄d contingat ex, hoc dicat ꝙ ſequit' ex hoc vt motus ſit infinitus. hoc. n. ē ſiſe. ac ſi diceret ꝙ, ſi hoc eſt aīal, contingit vt ſit animal. vt intendit, vt qui

K 23

L

Themiſtii expoſitio. Alex. expō.

M

The. contra Alex.

vult

A vult destruere aliquã positionẽ, debet consyderare quid sequit̃ ex illa positione: &, si illud non fuerit, non erit illud positũ. v. g. ꝙ, si hoc ẽ aĩal, ergo Tragelaphus, sed non est Tragelaphus, ergo non est animal. Et ẽt dixit ꝙ hoc, quod dixit Alex. non fuit intentio Arist. in hoc sermone, i. quod Arist. non voluit destruere motus esse infinitos infinitarũ formarum, & motus esse infiniti ꝓcessus, sed intendit ꝙ contingit eis dicere ꝙ aliquis ordo fuit ante ordinẽ mũdi. Et intentio sermonis Themistij est ꝙ hoc, qđ dicunt ꝙ corpora B infinita indiuisibilia mouebant̃ añ mundum in vacuo motu infinito si intendunt per hoc, quod dicunt motũ infinitũ, quod illa, q̃ mouent̃ illo motu sint infinitorum indiuiduorum, & quod motus cuiuslibet illorum indiuiduorũ est infinit⁹ in processu, s. ad nullum finem. Si igit̃ illa indiuisibilia fuerint eadẽ in forma, continget vt motus eorum habeant ordinem, cum sint idẽ in spẽ. Et, si intendebant p suum sermonẽ ꝙ motus eorum est infinitus, quia formæ corporum naturalium infinitorũ ẜm indiuiduum sunt infinitæ, etiam continget vt, cum motus C sint ĩfiniti ẜm formas, & processum in infinitum, ꝙ motus eorũ habeãt ordinẽ. & hoc est aliqua ordinatio. diuersitas. n. spẽrum motuum ĩ hoc loco consequit̃ diuersitatẽ spẽrũ formarum. Et, si intendebant, cũ ponebant esse infinitos motus, quia indiuisibilia partiũ corporũ sunt infinita, & formæ eorũ sunt finitæ, & motus eorũ in se sunt finiti, hoc ẽt erit valde ordinatũ. ista. n. est dispositio partiũ elementorum apud nos, siue fuerint posita finita, aut ĩfinita, s. ꝙ formæ eorũ sunt finitæ, & ꝙ mouent̃ ad loca finita in spẽ. Quasi igit̃ Arist. ẜm hanc explanationẽ in hac secunda diuisione induxit aliquid quasi añcedens, & aliquid quasi cõsequens, & tacuit consequens. & iõ resistit Alexã. in suo sermone ꝙ debebat destruere motus esse infinitarũ formarũ, & terminorũ. hoc. n. ipsum fuit positio apud Themistiũ, aut potentia positionis. Et hoc non contingit Alex. Sermo. n. Arist. ẜm Alex. continet in se añcedens, & cõsequens, ita, ꝙ sic debet intelligi. &, si intendebant, cũ dixerunt motum infinitũ, quia formæ mouentes sũt E infinitæ ĩ numero, & infinitæ ĩ motione in alterũ, continget eis vt spẽs motuũ, & ꝓcessus eorũ fuerint ĩ infinitũ: sed hoc est ĩpoſe: ergo est impoſe vt formæ illorũ corporũ sint infinitæ, & ꝙ motio in altero eorũ sint infinita. Thẽ. aũt, qñ posuit potentiã cõsequẽtis in sermonẽ, quẽ ꝓpalauit Aris. eandẽ cũ potentia ꝑcedẽtis, fuit consequens apud ipm ablatũ a sermone suo. &, cũ d. Alex. ꝙ debebat destruxisse cõsequens, d. ꝙ cõtingit ei ꝙ posuit oppositũ positionis, cõsequens. s. oppositũ, cõsequẽs ad positũ. Sermo. n. Arist. s. ꝙ, si mo F tus fuerit infinitus, & processus erũt infiniti, põt intelligi duob⁹ modis. quorum Vnus est quod, si intendebant p sermonem suum quod motus est infinitus, quia motores eorum sunt infiniti ẜm formã, & qđlibet eorum est infinitæ motionis in alterũ, contingit vt spẽs motuũ sint infinitæ, & processus eorũ sit infinitus. & in hoc potest esse vt destruat̃ consequens, & concludat̃ oppositũ ꝑcedentis: qm̃ consequens ẜm hanc explanationẽ est aliud a præcedẽti.

Diuersitas spẽrũ motuũ cõsequitur diuersitatẽ spẽrũ formarũ. idẽ 1. cœ. cõ. 5. & quæ ibi.

Et

G Et potest intelligi etiam quod intẽdebant per sermonẽ suum motum infinitum, quia formæ mouẽtium in hoc motu sunt infinitæ: & nulla dria erit inter ponentem hanc positionem, aut ponentem ꝙ spẽs motuum consequunt spẽs mouẽtium. & hæc est aliqua ordinatio. Et, cũ Themistius non intellexerit driam inter præcedens, & consequens ĩ sermone Arist. dixit ꝙ cõtingit Alex. ꝙ. si destruxisset consequens, destruxisset ipsam positionem. nihil. n. est obiectio Themistij contra Alex. Et ẽi quod Alex. resistit Arist. nihil est.
H qm̃, si fuerint ẽm explanationẽ Alexan. tunc Arist. non diminuebat a sermone, nisi destructionem consequentis tm̃. multotiens enim fecit Arist. hoc, confidẽdo ꝙ audiens intelligat, sicut diminuit multas propositiones manifestas per se. q̃ igit diminutio continget in hoc Aristo. nisi Alex. cõicet cum Themistio, ꝙ intentio Arist. in hoc sermone fuit, cũ fecit eis contingere istos tres modos, s. vt ordinatio aliqua sit añ ordinationẽ, qm̃ ẽm hũc modum cõcedit eis Arist. motus esse infinitos in specie, & infinitos in processu. Vi
I detur igitur ꝙ Alex. resistit ipsi sup hoc, ꝙ concedit eis hoc, cum posset nõ concedere. & ideo melius est intelligere suum sermonem ita, ꝙ nõ concedat eis secundam diuisionem trium diuisionũ. & hoc nõ destruit suam primam intentionẽ, & est vt cogeret eos dicere ꝙ aliqua ordinatio est ante ordinationem. sicut existimauit Themistius. Arist. enim potest dicere eis hoc, qd dicitis ꝙ partes infinitę habent motum infinitũ aut dicitis hoc, ꝙ illæ partes sunt infinitæ, & motores infiniti, & motus infiniti, aut intenditis ꝙ partes sunt K infinitæ, & motores finiti, aut vnus, aut plures, & motus infiniti. Primæ igitur istarum diuisionum coatingit vt ordinatio sit ante ordinationẽ, duæ, aũt diuisiones reliquę sunt falsæ. & cũ prima diuisio remanet, contingет vt ordinatio sit ante ordinationem, & hanc cõclusionem intendebat, & cũ hoc destruxit motus infinitos esse in processu, & spẽ. & ẽm hoc non intendit destruere motum esse infinitũ, aut partes esse infinitas, sed concedit hoc eis aliquo modo, & fecit eis contingere vt L ordinatio sit ante ordinationem. & apparet ex istis omnibus ꝙ opinant illas partes infinitas esse easdẽ ĩ forma. Et intendit per hoc, quod dicũt ꝙ motus est earum infinitus, vt videtur, intendunt, vt mihi videt, qa sunt apud eos infinitorum indiuiduorum. &, cum ita sit, cõtingit eis necessario vt motus earum sint eiusdem spẽi, & ad eundẽ locum: & ista est dispositio partium eiusdem elemẽti apud nos, s. eiusdem in forma sicut sunt partes ignis, & terrę. & iõ vr mihi ꝙ Aristot. cum narrauit de eis in prima diuisione, & d. ꝙ mouẽtur in infinitum, intendit ꝙ motus M eorũ est ĩfinitus, quia infinita sunt in numero, non quia quodlibet eorum mouetur motu infinito. Et iõ d. post. Dicam' igit ꝙ, si motor fuerit vnus tm̃ &c. i. si, motor istarũ partium, quarum motus est infinitus, quia sunt infinitæ in numero, fuerit vnus in forma, continget vt motus earum sit idem ĩ specie, & ad eũdem locum: & sic motus earum habebit ordinationem, quam modo habet, & nulla differentia erit inter hanc diuisionẽ, & diuisionẽ tertiã.

Sed

A Sed in tertia posuit formā, qua istæ partes mouenť, plures, sed finitæ, in hac autē vna. & vř apparet ex hoc sermone ꝙ diuidit sermonē in tres diuisiones, & destruxit ex eis mediā & fecit eis contingere in duabus, vt ordinatio sit ante ordinationē. Themistius autem opinatur ꝙ fecit eis in tribus cōtingere vt ordinatio sit ante ordinationem. & hoc est manifestum sui sermonis apud me. Tertia autem diuisio est, quā dixit post secūdam, in qua est diuersitas, vtrū intēdebat per ipsam, destructionē, aut facere contingere eis in ea istud

Themist.

B quod contingit eis in duabus diuisionibus reliquis. quod autem idē intendebat, quod in reliquis, videť per hoc, quod dicit. Si igiť mot⁹ fuerint īfiniti, necessario elemēta erūt ordinata, quia omnia mouenť ad loca diuersa. Diuisio naturalis ī hac positione peruenit ad quatuor: Istæ enim partes infinitæ, aut formæ earum erunt finitæ, & motio earū finita: & hęc est dispositio rerum naturalium ₣m rei veritatē: & hoc est tertium cōdiuidens diuisionis Aris. Secundum aūt diuidens est ꝙ formæ earum mouentes sunt infinitę,

C & motio infinita. & hoc ꝯdiuidens est oppositū primo perfecto naturali ordinato. Et ideo fuit dubitatum de eo, vtrū contingat eis in hoc sermone vt ordinatio sit ante ordinationem. Themistius autem intelligit ꝙ Arist. non induxit ipsum, nisi vt contingat eis hoc. Alex. autem intendit ꝙ non induxit ipsum, nisi vt destrueret ipsum. Vnum aūt duorum condiuidentium, ꝗ sunt inter duo opposita, est ꝙ formæ istarum partium, ꝗ sunt mouentes eas sint finitæ, & motio infinita: & hoc est primum condiuidens, ₣m ꝙ explanauimus sermonem Arist. & est ꝓpinquum naturali. & ideo existimatur ꝙ induxit ipsum, vt contingat eis ꝙ ordinatio est prior ordinatione. Quartum vero est, vt formę istarum partium sint infinitę, & motio sit finita. & existimatur ꝙ Arist. tacuit hoc condiuidens, aut quia collocatur apud ipsum in condiuidente, in quo intendebat dicere ꝙ continget eis vt ordinatio sit ante ordinationem, aut quia collocatur sub condiuidente, in quo intendebat destructionem ₣m illum, qui dicit ꝙ per quandam istarum diuisionum intendebat destruere, si debebat intendere per eas destructionem ₣m alteram duarum explanationum Alex. D. d. &, si ordinatio, & nō ordinatio sūt, &c. i. &, si ordinatio, & non ordinatio essent idem, possibile esset vt omnia mouerenť ad locū quemlibet. &, si hoc esset possibile, possibile esset vt omnia mouerenť ad eundem locum, & non mouerētur ad ipsum: & nos videmus ꝙ nō mouentur ex eis ad eundem locū, nisi ea, quæ habent eandem formā. & hoc intendebat, cū dixit, nisi quę conueniunt. Et d. hoc, quia demonstratio eius fundata est sup hoc, ꝙ ordinatio est opposita non ordinationi. &, quia aliquis pōt cōtradicere ei in hoc, induxit hunc sermonē.

D

E

F

Præterea inordinatio nihil ē aliud. ꝗ̄ quod præter naturam, ordo enim est propria sensibiliū natura. At vero & hoc absurdū est, ac impossibile, quod infinitum est inordinatū habere motum. est enim natura illa rerum, quā habent plures, & pluri tempore.

G pore. Accidit igitur ipsius contrarium, inordinationem quidem esse fm naturam, ordinem vero, & mundum præter naturam quanquam nihil vt contingit fit eorum, quæ fm naturam.

Et etiam contradicimus eis, & dicamus, quod illud, quod non hēt ordinem, neq; definitionem, est illud, quod est extra naturam: definitio autem essentialis in sensibilibus est natura. Et dicamus etiam, quod impossibile est vt infinitum
H *habeat motum non definitum, quoniam natura rerum est illa, quæ est in pluribus illarum rerum, & in plurimo tempore. Ponatur igitur tunc contrarium ei, super quod sint res. modo dico quod illud, quod est non ordinatum, & non definitum sit naturale: & naturale, & ordinatum sit non naturale. & nos nō videmus aliquod naturale factum casu, ita quod sic sit.*

14 Vult in hoc sermone ēt contradi
I cere Plat. in hoc, qđ dixit, ꝙ res mouebant ante mūdum motu inordinato tpe infinito, & posuit duas propositiones concedēdas, & sunt ꝙ nō ordinatum, & non definitū est non naturale, & ꝙ ordinatio, & definitio est res nālis exñs in sensibilib⁹. D.d. Et dicamus ēt qđ īposs ē, &c.i.&, cū positū sit ꝙ ñ ordīatio ē extra nām, dicamus ꝙ manifestū est ꝙ impossibile est, vt aliquid indefinitū, & in ordinatum sit in tpe infinito, vt posuit Pla. quia, cum res existentes in maiori parte subiecti, & in maiori parte temporis sint naturales tm̄, dignius est vt res naturales existant tē pore infinito. K D. d Ponatur igitur tunc, &c. i. cōtingit igitur ex hac positione vt res, quæ sunt modo, sint ī contraria dispositione illi, quam habent. i. ꝙ, cum positum sit ꝙ illa, ꝗ nō habent principium in tempore licet sint inordinata sunt naturalia, contingit in rebus, quæ sunt modo, vt sint econtrario suæ dispositioni. D. incœpit declarare hoc, & d. dico ꝙ illud, quod est non ordinatum, & non definitum, sit naturale, &c. i. cō tinget huic positioni, vt ea, quæ nō habent ordinem, neq; definitionē, L sint naturalia, quia fuerunt in tempore infinito, & ꝙ habentia ordinē & omnia sensibilia sint nō naturalia, quia sunt in tempore finito. D. d. & nos non videmus aliquod naturale factū casu. i. & cōtingit ex hoc vt res sensibilis sit non naturalis, qa nihil videm⁹, cuius duratio fm suā dispōnē nālē sit minor ꝗ fm nōnālē. v. g. qa sanitas ē nālis, & infirmitas nō naturalis, necesse est vt tēpus sanitatis sit maius tēpore infirmitatis. & cum ita sit, necesse est vt oīa entia sint in hoc esse non naturalia, & ante hoc esse fuerunt in dispositio- M ne naturali. Et intēdebat per casum tps minus. qm̄, cū illud quod casu fit, fit in minori tpe, accipit vnū verbum pro altero. quasi igit dicat nihil videmus in dispositione naturali, cuius tempus sit breuius, ꝗ in dispositione non naturali, ita, ꝙ īpossibile est credere ꝙ ita sit in aliquo ente, s. ꝙ tempus sui esse in dispositione non naturali sit longius.

Idē 2. ph. t.cō.48.

Videtur aūt hoc ipsum Anaxagoras recte accepisse. ex īmobilibus enim inchoat mundum

facere

A ſacere. Tentãt autem & alij cõgregantes, aliquo modo rurſus mouere, ac ſegregare. ex diſtantibus autem, & motis non eſt rationabile facere generationem. Quapropter & Empedocles p̃termittit eum, qui eſt in amicitia. neq; .n. potuiſſet conſtituere cœlum, ex ſeparatis quidem cõſtruens, cõgregationẽ aũt faciẽs ꝑ amicitiam. ex ſegregatis .n. elementis mundus eſt conſtitutus. quare neceſſarium eſt vt fiat ex vno, & congregato.

B *Et ſecundũ hoc bene dixit Anaxagoras, cum dixit, quòd mundus fuit generatus ex rebus nõ mobilibus omnino.* Et multi alij hoĩes *ſtuduerunt, & laborauerunt, vt facerent generationem mundi ex rebus, quæ primo fuerũt congregata, deinde mouebantur, & ſegregabantur, & dixerũt quòd nõ eſt neceſſarium quòd mundus fuit ex rebus mobilibus ſegregatis.* Et iuuabatur ĩ hoc Empedocles *per amiC citiam, & litem, cum fecit eſſe generationem totius mundi ex rebus ſegregatis, deinde congregabãtur ex amicitia, vt fugeret compoſitionem per motum. & ideo dixerũt, quòd mũdus fuit generatus ex vna re congregata, ſicut diximus ſuperius, deinde ſegregabatur.*

25 Cum declarauit, ꝙ neceſſarium eſt vt omne corp᷈ naturale habeat motum naturalem, & quod impoſſe eſt vt in aliquo tpe inueniatur corpus ſine motu naturali, & demonſtrauit impoſſibilia cõtingentia dicentibus ꝙ ante generationem mũdi erant res ſine ordine, & cum hæc impoſſibilia non conſequuntur ponentes mundum eſſe generatum ex reb᷈, quæ ante ſuam generationem erant quieſcẽtes, laudauit eos ſuper hoc, & d. ſm hoc bñ d. &c i & propter hęc impoſſibilia conſequentia dicentes ꝙ mũdus fuit generatus ex rebus mobilibus, bene fecit qui d. ꝙ mundus generatus fuit ex rebus qeſcentibus, anteq̃ fuit, vt Anax. dicẽs ꝙ res fuerunt ante mundum quieſcentes tempore infinito in mixtione. D. d. diſtinguebantur, & diuidebantur ab intelligẽtia. D. d. Et multi alij homines ſtuduerunt, &c. i. & propter hoc viſum eſt ꝙ homines qui in antiquo tempore dicebãt ꝙ mundus fuit ex rebus congregatis quieſcẽtibus, deinde mouebantur, & ſegregabantur, bene ſtuduerunt in perſcrutatione de hac intẽtione, cum perceperunt hoc impoſſibile, quod contingit dicenti ꝙ generat᷈ fuit ex rebus mobilibus. Et, qa Empedocles fugere voluit conceſſionẽ eius, ꝙ res mouebantur ex ſuis naturis ante mundum, poſuit litem, & amicitiam eſſe cauſas motuum, fugiendo ne cõcedat ꝙ per ſuas naturas mouerẽtur, dixit: Et iuuabatur in hoc Empedocles per amicitiam, & litem. i. cum Empedocles percepit hoc, quod contingit dicẽti ꝙ res ante mundum habebant motũ ex ſuis naturis, & impoſſibile fuit ꝙ ex eis generaretur mundus niſi mouerentur, tunc poſuit litem, & amicitiam eſſe cauſas motus eorum ante generationem mundi, & poſt. Deinde narrauit qñ fecit hoc, &c cũ fecit gene-

G generationē totius mundi, &c.i. & dicimus ꝙ Emped. iuuabatur ī hac opinione in hoc, ꝙ posuit litem, & amicitiam: quia dixit ꝙ mundus fuit ex rebus, quæ erant ante suā generationem segregatæ, & istū motum habebant ex lite, deinde moue bantur ex amicitia adinuicem, donec ex eis fuit congregatus iste mūdus & fecit hoc, ne contingerent ei impossibilia, q̄ cōtingunt alijs. & iō fugit concessionem, s. ꝙ motus extiterit in rebus per se ante mundum, sed attribuit motū liti, & amicitiæ. D.d. & ideo dixerunt, ꝙ mūdus fuit

H generatus ex vna re, &c i. & ꝓpter impossibilia consequentia dicētem, ꝙ mundus fuit generatus ex rebus mobilibus, dixerunt illi hoīes, s. añ Empedoclem, ꝙ mundus fuit generatus ex re, quæ ante mundum fuit quiescens, deinde segregabatˀ illud vnum, & ex eo fuit mundus factus.

Digressio q̄ ostēdit ꝙ eadē inconueniētia sequuntˀ dicenti mūdū esse ghatū ex rebus quiescētibus, siue motis, vt Plato posuit. Idē l. com. 19

Et debes scire ꝙ dicenti mundū esse generatum ex rebus, q̄ erant añ generantes, contingunt cōtradictiones similes contradictionibus contingētibus dicenti mundum fieri ex rebˀ mobilibus. Quærendum est. n. a dicente ꝙ mundus fuit ex rebus quie-

I scentibus, vtrum illæ res fuerint quiescentes naturaliter, aut violente: si violente, necessario habent quietē naturaliter: &, si habēt quietē naturaliter, ergo & motū naturaliter: &, cum hæc duo habent, necesse est vt mundus sit anteq̄ sit. loca n. in quibus est quies naturalis, & motus naturalis, sunt eadem numero. mūdus ergo, in quo existunt hæc loca, ē idē numero. & hoc declaratum est vbi declaratur ꝙ, si loca non essent eadem numero, contingeret vt nō essent motus naturaliter ad superius, neq; ad inferius, & tunc nō esset ne K que superius, neq; inferius, nisi fm comparationem, nō naturaliter. & ideo qui posuit mundum esse generatū ex rebus entibus, continget ei vt mundus sit antequam sit. Et oēs Antiqui conueniūt in hoc, q̄m impossibile est vt ponatur factus ex rebus nō entibus, nisi esset pośe vt nō esse ipsius transmutaretˀ in esse. qđ est impośe, & est maxime contra eos, qui ponebant leges. Dicit Themistius Dicentes autem ꝙ mundˀ fuit ex rebus non ordinatis, nō possunt fugere ista impossibilia, & pōt homo dicere contradicendo his sermonibus, quia non inducti erant secundum ꝙ oportet, ꝙ non intellexit sermonem Platonis ꝙ mundus, & ordinatio fuerunt ex rebus nō ordinatis fm rectitudinē, q̄m hoc nō intelligitˀ ex verbis eius, sed hoc, qđ nos narrabimus modo, & est nō ex ordine, & mundo, ꝑ ordinem, & mūdum, q̄m neq; etiā ex sanitate. Sed, quia inordinatum dˀ duobus modis, vt informatum & inordinatū, q̄m vtrunque dicitur duobus modis, quorum vnus demonstrat fœditatem, & dispositionem diuersatā,

M & alius demonstrat priuationem ꝑfectam: & similiter non ordinatum vt dicitur de aliquo homine, ꝙ nō est ordinatus omnino. quemadmodum dicitur non formatum, non illud quod est formatum forma indecēti, sed illud, quod caret forma, sicut assueti sumus vocare materiā, non formatum, non illud, quod est formatum. Inordinatum igitur, de quo dicitur ꝙ mūdus fuit ex eo, debet intelligi ita, ꝙ mundus fuit ex materia carente qualitate, q̄uis nō fuerit qualis in aliquo tēpore. q̄m non

Oēs Antiqui cōueniunt in hoc, ꝙ nihilo nihil fit. idē 1. ph. t c. 34. & 35.

Defensio Themistij ꝓ Plat. in L

ꝓductione mūdi ꝯtra Ari.

A non quale est secundum alterum istorum duorum modorum non ordinatũ, cum ordinatio sit aliqua qualitas, ergo non quale & est non ordinatum. ista.n. est nostra opinio de eo, ex quo mũdus & ordinatio fuerũt. Quòd autem Plato cõcedit etiam quod ordinatio est prior non ordinatione, & quod naturale est prius non naturali, manifestum est, & notũ ex pluribus locis suorum librorum. Et bene potest homo perpendere hoc ex his, quæ diximus. quoniam, cũ posuit nõ ordinationem in malo, & omne diuinum est antiquum in sua natura, B ergo malum, sicut dixit, non existit in diuino, sed in natura mortaliũ, et in eis, quæ sunt posteriora oẽ.n. quod fuit viuum secundum hunc modum, possibile est vt sit mortale, & vt moriatur. Et in aliis locis etiam quod De' est æternus sine fine, & sine ordine. Non ergo debem' inquirere de istis sermonibus simpliciter, sed quasi essent dicti non vniuersaliter. sermo autem dicentis quod non ordinatio est prior ordinatione non est verus simpliciter. neq; etiam sermo dicẽtis quod ordinatio est prior non ordinatione. quoniam in istis parti C cularibus ordinatione inordinatio est prior, & vniuersaliter omnis ordinatio est prior inordinatione. Iste igitur est sermo Themistij, quo defendit Platonem, & contradicit Arist. Et abbreuiatio eius est, quod non ordinatio dicitur duobus modis, quorum vn' est non esse, & alius dispositio non naturalis, & quod Plato non intẽdebat cum d. quod mundus venit ex inordinatione ad ordinationem, ex qualitate non naturali ad qualitatem naturalem, sed intendebat quod venit ex priuatiõe qualitatis ad qualitatem. & hæc est dispositio primæ materiæ apud Arist. est enim non qualis, carens forma essentialiter, sed est recipiens formas. Deinde dedit rationẽ quod Plato opinatur hoc ex hoc, quod inuenitur in libris suis, ex quib' videtur opinari quod naturale est prius non naturali, & quod ordinatio est prior non ordinatione. D. induxit illos sermones, ex quib' intelligitur hoc. D. quasi resistit Arist. super hoc, quod dixit, quod ordinatio est prior inordinatione, & d. quod iste sermo non est intelligendus vniuersaliter, cum inordinatio in indiuiduis sit prior ordinatione. per ista igitur defendit The. Plato.

D

Malũ nõ existit i diuino sed i mortali. (...) 19. (...) c. 19

E Nos autem diximus quod, si iste sermo, quem narrauit Arist. fuit sermo ipsius Platonis, s. quod elementa mouebãtur ante generationem mundi motu inordinato, & irregulari, impossibile est vt per inordinationẽ, & irregularitatem intelligatur intentio, quæ est priuatio alterius illorum duorũ modorum inordinationis, vt Themistius d. mot'.n. non est priuatio. Cum enim de aliquo dicitur quod mouetur motu diuersificato, necessario intendit quod mouetur motu malo, i. inordinato, non habẽte terminum, ad quem terminetur. Et, non esset F possibile vt hoc, quod dixit Themistius, intelligeretur ex eo, nisi si dixisset quod elementa veniebant ex inordinatione ad ordinem, & non dixisset motum, s. non attribuisset ordinationem, & inordinationem motui. Nomen enim priuatiuum tria mõstrat, aut priuationem intentionis, quam demonstrat nomen habitus, vt, cum dicitur de cæco quod est non vidẽs: aut diminutionem visus. vt demonstrat hoc nomẽ debilis visus, aut malum visum, s. vt videat phantasmata falsa. ista autem tria intelligenda

Auer. defensio pro Ari. cõtra Them.

Abbreuiatio dicto rum The.

G sunt per inordinationem. Cum aliquis igitur dixerit quod motus elementorum ante fuit inordinatus, non possumus intelligere ex hoc priuationem motus iam enim diximus, quod mouebantur. neque etiam possumus intelligere quod mouebantur secundum ordinem motu debili, motus.n debilis est ex genere fortis, s. quod sunt idem specie, & non differunt, nisi secundum magis, & minus. &, cum ita sit, non remanet vt intelligatur ex motu inordinato, nisi motus non naturalis. Et etiam, si confessi fuerimus ei, quod intelligendum est ex nõ ordinatio-

H ne priuationem ordinationis, vt d. Themistius, impossibile est vt intelligatur ex eo, quod est non ordinatum prima materia, vt isti dicunt secundũ opinionem Platonis, neque etiam secundum nostram opinionẽ. Non enim esset possibile vt intelligeretur secundum nostram opinionem, nisi sermo

Corp' cœleste non hẽt mãm. Id.1.cę.10 & q ibi. Plato nũ q pcepit. primam] materiam idẽ supra com.17.

esset ex quatuor elementis, non de oĩbus primis partibus mundi. corp' enim cœleste non habet materiam, cum non habeat contrarium. Plato autem intendebat per hæc, oĩa elementa, ex quibus totus mũdus fuit


I generatus, non quædam, & ẽt Plato nunquam percepit primam materiam. Et nihil est etiã explanare suũ sermonem, ita, quod ipse non intenderit per hanc prioritatem, nisi prioritatem secundum naturam, & ipse dixit materiam esse priorem forma, non secundum tempus. Plato enim posuit tempus esse generatum, & factum, cũ apud ipsum consequitur tempus motum orbis, motus aũt orbis est nouus. Hoc autem, quod reprehendit Aristo. in hoc, quod dixit simpliciter, qđ ordinatio est prior inordinatione, & nõ fecit differẽtiam inter prius secundum naturam, & secũdum tempus, quia ordinatio quandoque inuenitur etiã prior secundum tempus inordinatione in indiuiduo. & hoc est cum speciebus generatis, & generantib', forma enim patris prior est materia filij. tempore, & natura. hoc autem iam declarauit Aristo. cum declarauit quod actus est prior potentia secundum tempus in talibus speciebus: & hoc in alio loco. K

9.Met. 13.&3. aia t c.1 & 27. 11. met. com. 31

Quòd igitur sit naturalis quidã motus vniuscuiusque corporũ quo non vi mouentur, neque præter naturam ex his est manifestum. L
Quòd aũt sit necessarium q̃dã habere propensionẽ grauitatis, & leuitatis, ex his patet. Moueri enim dicimus esse necessariũ, si aũt id, quod mouetur, nõ habebit natura propensionem, impossibile erit moueri aut ad medium aut a medio. Sit enim hoc quidem, in quo A, non graue, illud vero, in quo B, grauitatem hñs. feratur autem non graue per lineam C D, ipsum vero B, in ęquali tempore per lineam C E, p maius enim feretur id, quod grauitatem hẽt. Si itaque diuidatur corpus habens grauitatem, vt linea C D ad lineam C D (potest.n.sic se se habere ad aliquam earũ, quæ in ipso sunt, partium) si totũ fertur per totam lineam C E, partem necesse est in eodem tpe p lineam C D ferri. quare per æquale fertur non graue, & grauitatem habẽs. quod quidem est impossibile. Eadẽ aũt est ratio & in leuitate. M

Figura

A *Figura, ostendens in his, quæ rectè mouentur secundum naturam, necessariò inesse grauitatis, aut leuitatis propensionem.* D



B E C F

Manifestum est igitur quòd quodlibet corpus naturale simpliciter habet motum naturalem, non violentum, neq; extra naturam. Dicamus igitur, quòd elementorũ hæc quidem sunt grauia, hæc autem leuia. Iam enim diximus superius, quòd necessariò elementa mouentur. Si igitur corpus motum nõ habuerit grauitatem naturalem, impoßibile est vt moueatur omnino, neq; a medio, neq; ad medium: Sit igitur corpus non graue A, & corpus graue B, & moueatur corpus non graue per lineam C D, & moueatur corpus graue in illo tempore per lineam C H. mouetur igitur graue corpus in eodem tempore per spatium maius, quàm corpus non graue. & secemus etiam

G *ex corpore graui, secundum proportionem C H, ad C D. possibile est enim hoc facere, & hæc sit eius figura. reuertamur igitur, & dicamus quod, si totum graue mouetur per totam lineam C H, necessariũ est vt pars grauis moueatur per totam lineam C D. in illo tempore. s. in quo moueatur corpus non graue: sequitur igitur vt moueantur per vnum spatium quod est impossibile. Et iste sermo cõuenit parti leui.*

26 Vult declarare in hoc cap. ꝙ omne corpus naturale habet grauitatẽ, aut leuitatem, & incœpit primo dicere hoc, quod iã declarauit ex fundamentis positis istius opinionis, & dixit: Manifestum est igitur, &c. i. manifestum est igitur vt omne corpus naturale, quod est existens, modo habeat motum naturalem, non violentum. & ꝙ impossibile est vt aliquod tempus veniat, in quo corpus non habeat motum naturalẽ, sicut impossibile est etiam vt aliquod tempus fuerit huiusmodi præteritum. Et, cum hoc posuit, dixit: Dicamus igitur ꝙ elementorum, &c. i. & cum declaratum sit ꝙ omne corpus habet motum naturalem, dicamus ꝙ omne corpus non mouetur, nisi s̃m ꝙ in eo existit grauitas, & leuitas, & ꝙ impossibile est ꝙ corp⁹ nõ graue, neq; leue moueatur motu recto naturali, s. a centro, aut ad centrum. D. incœpit declarare hoc, & d. Iam enim diximus superius, &c. i. & apparet hoc ex hoc, quod declarauimus, ꝙ quodlibet elementorum mouetur motu naturali, cum fuerit extra suum locum naturalẽ. D. d. si igitur corpus motum non habuerit grauitatem naturalem, &c. i. dicamus igitur ꝙ, si corp⁹, quod naturaliter mouetur ad inferius, non habuerit grauitatem, quo moueaẽ hoc motu, impossibile ẽ vt moueatur omnino. D. d. Sit igiẽ corpus nõ graue, &c. i. demõstratio eius est ꝙ, si sermo noster eius, quod est, omne, quod inferius mouetur naturaliter, non mouetur nisi grauitate, nõ fuerit verus, tunc sit verum eius cõtradictorium, quod est ꝙ aliqđ corpus, licet non habeat grauitatẽ, moueatur ad medium, & sit A: & ponamus aliquod corpus graue, s. B, & ponamus ꝙ corpus nõn graue pertrãsit spatium C D in aliquo tempore, & ponamus ꝙ graue corpus in illo tempore moueatur a puncto C per illud idem spatium, & manifestum est ꝙ necesse est vt moueatur vsq; ad D, & vltra vsq; ad H. i. necesse est vt moueatur per spatium maius in illo tempore q̃ corpus non graue. manifestum est enim per se ꝙ, cum duo mota, s. graue, & non graue moueantur in eodem tempore, necesse est vt graue moueatur p maius spatium, q̃ non graue, cum habeat dispositionem hanc corpus graue cũ eo, quod est minoris grauitatis. & hoc intendebat, cum d. moueẽ igiẽ corpus graue, &c. D. d. & fecemus etiam, &c. i. & fecemus a graui corpore partem, cuius proportio sit ad ipsum, i. ad corpus totum graue, sicut proportio spatij, per quod mouetur corpus nõ graue, s. C D, ad spatium, per quod mouetur graue corpus, s. C D H. pose enim est inuenire hanc proportionem, vt probatum est in geometria. D. d. reuertamur igitur, & dicamus, &c. i. & cum totũ corpus

K

L

M


H

I

A corpus graue mouetur in illo tempore posito ab ipso c ad h, & secam' ab eo partem, cui' proportio est ad ipsum, sicut proportio c h ad c d, per quod mouetur corpus non graue in illo tempore, necesse est vt illa pars corporis grauis moueatur per illud idem spatium, per quod mouebat corpus nō graue, s. spatium c d, in illo eodem tempore posito', ꝙ est pars spatij c h. q̄m duo mota, quorum proportio grauitatis vnius ad alterum est, sicut proportio spatij ad spatium, necesse est vt pertranseant spatium in eodem tpe. Ponat'
B ergo corpus graue linea b v, & secemus ab eā partem b z, ita, vt ꝓportio eius ad totum corpus sit sicut ꝓportio spatij c d ad spatium c h, ita s. ꝙ proportio b z ad b v sit sicut ꝓportio c d ad c h, & ponatur tempus, in quo corpus nō graue, & corpus graue mouentur per spatiū c d, & c h, tempus g. Igitur erit proportio b z grauis minoris ad b v graue maius, sicut proportio spatij c d minoris ad c h maius. Igitur necessarium est vt b z minus moueatur ꝑ spatium c d minus in tempore, in quo mouebatur corpus b v maius per spatium c h maius, & temp' est g: sed in illo eodem tēpore, s. g mouebatur corpus non graue per spatium c d: ergo per idem spatium, & in eodem tempore mouetur duo mota, quorum alterū est graue, & alterum non graue quod est impossibile. & hoc intendebat, cum d. igit' mouentur per idem spatium, &c. D

D.d. Et iste sermo conuenit corpori leui. i. & ista eadem demonstratione vtendum est in probando ꝙ omne corpus, quod a medio mouetur, habet leuitatem, & ꝙ impossibile est ꝙ aliquod corpus, quod naturaliter mouetur a medio, sit sine leuitate. E

Figura, ostendens idem, quod supra, deseruiens Auer. Expositioni.



C


G Præterea, si erit aliquod corpus, quod mouetur, neq; leuitatem, neq; grauitatem habens, necesse est vi moueri. quod autem vi mouet, infinitum facit motū. Cum enim potētia quædam sit ea, quæ mouet, quod autem minus est, ac leuius, ab eadem potētia plus moueatur, sit motū, hoc quidem, in quo A, nō graue per lineam C E, illud vero, in quo B, grauitatem habens in æquali tēpore per lineam C D. Diuiso igitū eo, quod grauitatem habet, cor-
H pore, vt linea C E ad lineam C D, accidet, id quod auferī a corpore grauitatem habente, per lineā C E ferri in æquali tempore, qm̄ totum ferebatur per lineam C D. nam velocitas minoris sese habebit ad eam, quæ est maioris, vt maius corpus ad minus. Per æquale igitur non graue feretur corpus, & grauitatem habens in eodem tempore. hoc autem est impossibile. Quare, qm̄, omni proposito, per maius mouebitur interuallum quod graue nō est,
I per infinitum vtiq; mouebitur. Manifestum est igitur ꝙ est necesse corpus omne definitū grauitatem habere, aut leuitatem.

Dicamus etiam quòd, si aliquod corpus inueniatur motum, neque graue, neque leue, necesse est vt moueatur violente. & si violente moueatur, motus eius erit infinitus, quod est impossibile. Quoniam, cū omne corpus motū non moueatur, nisi ab aliqua potentia, necesse est vt corpus minus, & leuius moueatur per spatium maius, quam corpus maius, & grauius ex illa eadem potentia. Moueatur igitur corpus maius non graue, & est A, per lineam C H, & moueatur corpus graue, quod est B, per lineam C D in eodem tempore. Ergo, cum corpus graue diuidatur in duo secundum proportionem C H ad C D, continget tunc, vt illud corpus, quod diuisum est ex corpore graui, moueatur per lineam C H in illo tempore, in quo corpus non graue per idem mouebatur: totum enim corpus graue mouebatur per lineā C D. erit igitur proportio velocitatis motus corporis minoris ad maius corpus, sicut proportio velocitatis maioris corporis ad corpus minus. Et, si ita sit, continget quòd motus corporis non grauis, & motus corporis grauis sit idem in eodē tempore. quod est impossibile. dico quòd mouebuntur per idem spatium, & in eodem tempore. quod est impossibile. Manifestum est igitur, quòd omne corpus habet grauitatē, aut leuitatem necessario.

K L M

Figura

A *Figura ostendens, si corpus neq; graue, neq; leue recte moueatur, quod violentia mouebitur, quod est impossibile, quia infinitum motum facit.* B



27 Cum declarauit ꝙ omne corpus naturale, quod recte mouetur, habet grauitatem, aut leuitatem, inq̃tum mouetur recte, incœpit demonstrare hoc, s. ꝙ omne corpus, quod est huiusmodi, debet moueri violēte, & ꝙ motus eius est impossibilis secundum hunc modum, & d. Dicamus etiam, &c. idest, ꝙ, si posuerimus corpus, quod recte mouetur, moueri sine grauitate, & leuitate, continget vt non habeat principiū mouens: grauitas enim, & leuitas significant hoc principium. Et, quia declaratum est in Septimo Physico. ꝙ omne motum habet principium mouens, & ꝙ impossibile est vt sit aliquid mouens, & motum eodem modo, necesse est, si positum fuerit corpus motum sine mouente, existente in eo, vt mouens ipsum sit extrinsecum, quapropter mouebitur violente. Deinde d. &, si violente moueatur, motus eius erit infinit⁹. quod est impossibile, idest, & continget, si violente moueatur, vt motus eius ab agente violentiā sit infinitus. D. posuit ad hoc declarandū propositionem, qua vtemur in hoc, & d. Quoniam, cum omne corpus motum non moueatur, nisi, &c. i. & hoc declarabitur ex hoc, ꝙ dico

C F

c. e. pri. mi, & ista

G manifestum est.n.q, cum oē corp⁹ non moueť, nisi a motore, & velocitas motus fit ex augmento potētiæ motoris sup potentiam moti, manifestum est, q cū aliquis motor mouerit aliquod corpus p aliquod spatium in aliquo tpe, quod mouebit minus illo moto in illo eodem tpe p maius spatium. & consequiť hāc propositionem aliam, & est q proportio spatij ad spatium ē sicut potentiæ rei motæ ad potentiā rei motæ, f. potentię impedientis motorem. Et incœpit declarare hoc litteris, & d. Moueať igitur corpus maius, & c. H i. demonstratio eius q, si corpus nō graue non moueať a motore motu infinito, moueť igiť motu finito, & sit corpus non graue A, & spatiū finitum, quod pertransit, sit C. H, & sit corpus graue B, & moueatur ab illo eodem motore in illo eodē tempore per aliquod spatium, & manifestum est q debet moueri p min⁹ illo spatio ſm propositionem prędictam sit igiť pars lineæ C H, f. C D. D. d. Ergo, cum corpus graue diuidatur, & c, i. & diuidemus ex corpore graui partem, ad quam proportio corporis sit sicut proportio spatij, p quod mouetur corpus nō graue ad I spatium, p quod moueť corpus graue, f. vt proportio A ad illam partē sit sicut proportio C H ad C D. &, cū ita sit, accidit, sicut diximus, vt illa pars, quam diuisimus, moueatur in illo tempore posito per spatium, p quod mouetur corpus nō graue, f. C H. D. dedit causam ī hoc, & d. totum.n. corpus graue moueba ť, & c. i. & causa huius cōsecutionis est, qm̄ corpus graue mouebatur p minus spatiū, quod est C D, & motus corporis diuisi ex eo debet esse velocior, & q proportio suæ velocitatis ad velocitatem totius sit, sicut proportio totius ad partem, necesse est K vt, cum diuiserimus hanc partem, ita, q proportio suæ velocitatis totius ad ipsam sit sicut proportio spatij corporis non grauis ad proportionem spatij corporis grauis, proueniet proportio velocitatis partis ad velocitatem totius, sicut proportio spatij ad spatiū: sed iam fuit proportio spatij ad spatium, sicut proportio velocitatis corporis nōn grauis ad velocitatem corporis grauis: continget ergo ex hoc, vt velocitas partis ad velocitatem totius sit sicut proportio velocitatis corpis nō grauis L ad ipsam suā velocitatem. &, cū duo motus sunt velocitatis, quorum proportio ad velocitatem eiusdem motus est eadem proportio, necesse est vt duæ velocitates sint æquales. velocitas enim corporis nō grauis, & corporis, quod est pars maioris, est eadem. quapropter necesse est vt pertranseant in eodem tempore idem spatium. Et, qa omnia ista manifesta sunt pertrāsiuit ea. & hoc ōmne intendebat, cum d. Et, si ita sit, continget vt motus corporis non grauis, & c. & est impos̄e vt corpus non M graue habeat æqualē velocitatē velocitati grauis. quia impos̄e ē vt velocitas minoris sit ęqualis velocitati maioris grauitatis, cū ambo moueanť ab eodē motore. &, cū hoc sit impos̄e, dignius est vt sit impossibile, ęqualitatem velocitatis corporis non grauis esse ad velocitatem corporis grauis. Et possibile est etiam vt consequať ex hoc vt graue sit velocius nō graui, cū extraxerim⁹ partē ita, q proportio eius ad totum sit minor proportione spatij corporis non

A non grauis ad spacium corporis grauis. cõtinget enim tunc vt velocitas partis sit maior velocitas non grauis. & hoc est manifestum.

Quoniam aũt natura quidẽ est quod in ipso est motus principiũ, potentia aũt quod in alio est, quatenus aliud est, omnis autem motus, alius quidem ſm naturam, alius aũt violentus, eum quidẽ, qui est ſm naturã, veluti lapidi eum, qui deorsum fit, velociorẽ faciet id, quod ſm potentiam, eum aũt, qui præter naturam oĩno ipsa. ad ambo autem, tanquam instrõ, vtitur aere. natus est enim hic, & leuis esse, & grauis. Eam igitur, quæ sursum est, faciet lationẽ, quatenus leuis est, cũ pulsus fuerit, ac sumpserit principiũ ab ipsa potentia. eam vero, quæ deorsum. rursus, quatenus grauis est. Veluti enim imprimens tradit vtrisq;. Quapropter & non sequente eo, qđ mouit fertur quod * vi motum est. si enim non tale aliquod corpus esset. nõ vtiq; esset, qui vi fit, motus. & eum quoq;, qui ſm naturam vniuscuiusq; est, motũ, promouet eodem modo. Quòd igitur omne. aut leue, aut graue sit, & quõ præter naturã sese habeãt motus ex his manifestum est.

*a. l. pter naturam

Et dicamus quòd natura est illud, quod est principium motus, potentia autem est, cuius principium motus est ex altero, aut per alterũ, & omnis motus aut est naturalis, aut accidentalis, naturalis vero est sicut motus lapidis ad inferius, lapis enim cito mouetur ad inferius à potentia, iuuante natura, motus autem accidentalis est à potentia, non adiuuante natura. vt motus lapidis ad superius, potentia quidem vtitur aere in his duobus motibus quasi instrumẽto. aer enim est grauis, et leuis. Et lapis mouetur ad superius, sicut leue, cum lapis expellitur. erit ergo principiũ istius sui motus à potẽtia, & iste motus erit eius essentialis, scilicet ex natura. lapis aũt istis duobus motibus mouetur in aere, aer enim ẽ inter graue, & leue, dico quòd tangit duo extrema, & ideo mouetur in eo motu naturaliter, & accidentaliter.

Et ideo motor nõ consequitur rẽ motam motu accidentali. &, si nõ esset corpus inter leue, et graue, habens intentionem vtrunq;, nõ esset in eo violentia omnino. & adiuuat etiam omnem motum, qui existit in omni corpore secundum hanc intentionem, quam narrauimus. Manifestum est igitur quòd oẽ corpus aut leue est, aut graue, & declaratum est ẽt, qui modi motus naturalis, et modi motuũ accidentaliũ.

18 Vult in hoc caplõ declarare, quõ fiunt motus naturales, & violẽti, & præcipue violẽti, cum videat q̃ mota res violẽte mouet licet separetur à motore, & deret quiescere, cũ motor quiescit, & primo dedit differentiam inter motũ naturalem, & violentum, & d.

G & d & Dicamus ꝙ natura est, &c. i, ꝙ ea, quę mouentur p naturã sunt, quoꝝ principiũ motus est in se existens. D. d. potentia aũt, &c. i. ea autem, quæ mouentur à potentijs nõ pp naturam, sunt ea. quę mouent̃ à principijs extrinsecis. D. d. & omnis motus aut ẽ naturalis, aut accidentalis. i. &, cum declaratum sit ꝙ oĩs motus est, aut à potẽtia, aut à natura, ergo manifestũ est ꝙ oĩs mot⁹ aut est accidentalis, aut naturalis. D. d. exẽplum de naturali, & d. lapis enim citò mouet̃ ad inferi⁹ &c. i. lapis enim licet moueat̃ ad inferius ci-

H to à potentia extrinseca, tñ hoc fit p adiuuamentũ naturę, i. ꝙ iste mot⁹ est cõpositus, aut quasi cõpositus. D. d. motus aũt accidentalis. &c. i. ꝙ motus violẽtus, vt motus lapidis ad superius à proijciente, nihil ptinet ad nãm, sicut motus eius à proijciente ad inferius. & intendit ꝙ iste motus violẽtus est simplex, & nõ inuenitur in eo motus compositus, sicut in naturali in quo inuenit̃ simplex, & compositum, Et, quia contingeret ꝙ, si motus violentus à motore extrinseco tm̃ esse simplex, vt lapis, quiesceret, cũ proijceretur à manu

In motu violento nõ inuenitur motus compositus.

L terra reuertat' in aquam, vt exeāt ex magnis quę sunt in ea septem, & dimidiū, ita, ꝙ remaneant in ea quinque paruæ, & duæ, & dimidiū magnæ, & tunc fiet aqua: &, cum ista aqua reuertatur in terram, remanebit in ea ex paruis vna, & quarta, & ex magnis duæ, & dimidium quapropter necesse est eis, aut vt partes diuidant' in infinitum, aut vt cesset generatio. D. d. qm̄, cum ex figuris separentur paruæ, remanebit residuum, i. necesse est, cū aqua fiat terra, vt remaneant in terra partes paruæ: &, cū ex illis partibus segregent' magnæ tunc illa terra fiet aqua, & sic cōtinget impo͡ le, quod dixim'. hoc aūt apparet ex ista trāslatione.
M Themistius autem exposuit suum sermonem alio modo. dicit. n. ꝙ cōtingit eis ex hoc, quod dicunt, ꝙ in aqua dominantur paruę, & in terra magnæ, & ꝙ aqua fit ex terra essentialiter, & terra ex aqua, vt p'es magnæ generent' ex paruis, & paruæ ex magnis, aut per alterationem eiusdē partis, & ex magnitudine in paruitatem, & ex paruitate in magnitudinē, aut quod pars magna diuidatur, & fiat parua, aut quod paruę cōgregen-

Expō. Th

A gregentur, & fiat ex eis vna magna. & ſm hunc modum concludit eis. contingit enim eis vt partes indiuisibiles ſint diuiſibiles, aut alterabiles adinuicem, quod non dicunt eſſe. D. opponit Ariſt. dicendo ꝙ non cõcludit eis, niſi p ęquiuocationẽ. qm̃ hoc, quod intellexit ex ſermone eorum, ꝙ iſtæ partes fiãt ex inuicem, eſt aliud ab intẽtione eorum. illi. n. intendebant dicere per hoc, qd̃ dicebant, ꝙ iſtę partes fiunt ex inuicem, .i. ꝙ ſegregebãtur abinuicem, vt, cũ ex vino ſegregabunt partes ſubtiles, & remanebunt groſſiores, tunc inde fiet rhob, non per alterationem B earum adinuicẽ, aut per diuiſionẽ magnarum in paruas, aut per collectionẽ paruarũ in magnas. Tu autem bene potes videre ꝙ ex vtroque ſermone idem continget ei, ſ. vt partes indiuiſibiles ſint diuiſibiles, ſiue poſuerint generationẽ earum abinuicem eſſe accidentaliter, cum fiunt per ſegregationem, aut eſſentialiter, cum fiunt per tranſmutationem paruarum in magnas, aut magnarum in paruas. Videtur ergo ꝙ contradictio perfecta contra eos ſic dẽt eſſe. Hoc, ꝙ dicitis, qd̃ iſtæ partes, fiunt abinuicem, aut eſt eſſentia C liter, aut accidentaliter: ſi eſſentialiter, continget vt partes tranſmutentur in inuicem magnæ in paruas, & paruæ in magnas, aut ſecundũ qualitatem, aut ſecundum quantitatẽ: & vtrunque eſt impoſſibile ſm opinionem eorum. ſm autẽ quantitatẽ prouenit diuiſio, ſm autẽ qualitatem prouenit alteratio. & vtrunque apud eos eſt impoſſe: ſi accidentaliter, ſ. per ſegregationem earum adinuicem prouenit diuiſio partium, aut abſciſſio generationis.

The. reprehenſio cõtra Ariſt.

Defenſio Auer. pro Ari. cõtra Themiſt.

D Preterea neq; ſm horum opinionem videbuntur infinita fieri ipſa elementa, ſi corpora quidem differunt figuris, figuræ autem omnes cõponuntur ex pyramidibus, Rectilinea quidem ex rectilineis, Sphæra vero ex octo partibus. neceſſe. n. eſt aliqua eſſe principia figurarũ. quate, ſiue vnum, ſiue duo, ſiue plura ſint, & ſimplicia corpora tot erunt multitudine.

E *Dicamus etiam quòd, ſi elementa fuerint, ſicut dicunt. impoßibile eſt vt ſint infinita, cũ corpora differant figuris, & omnes figuræ cõponantur ex pyramidibus: Figura autem æqualis lineæ conſtat ex æqualibus lineis, & figura Sphærica componitur ex partibus perfectis ſphæricis: neceſſe eſt ergo vt figuræ habeant principia propria, ſiue fuerit vna figura, aut duo, aut plures. &, ſi ita ſit, neceſſe eſt vt corpora ſimplicia ſint ſecundũ numerum earum.* F

40 Dicit: Dicamus ẽt eis ꝙ, ſi corpora indiuiſibilia hñt, ſm ꝙ dicunt, figuras, continget vt ſint finita econtrario poſitioni earũ. D. d. cũ corpa differant figuris, i. cũ poſuerim⁹ ꝙ corpora differunt figuris, vt iſti ponunt. & d. hoc, quia figurarum quędam ſunt eſſentiales corporibus, & quædam non. Cum ergo poſitũ fuerit ꝙ figuræ ſunt eſſentiales corporũ cuiuſcũq; ſpẽi ſint ſint, ſiue corporũ diuiſibilium, ſiue indiuiſibilium, neceſſe eſt vt differentiæ figurarũ ſint

propter

G propter differentias illorũ corporũ, & ꝙ numerus illorum corporũ fit ſm numerum drĩarũ illarũ figurarum. &, quia drĩæ figurarum ſunt finitæ, continget vt corpora, quorum drĩæ ſunt figuræ, aut conſequentes figuras, ſint finita. qm̃ autẽ figuræ ſunt finitarum differentiarũ, ponendum eſt ex hoc, quod dicũt Geometræ. declaratũ eſt. n. ꝙ oẽs figuræ quę reſoluunt̃ in pyramides, quę ꝯtinent̃ a ſuperficiebus rectis, aut rotundis, Sphæra quidem in octo, & Cubus in ſex, & ſilr̃ de alijs, quæ dicunt̃ in libro Euclidis. Et hoc inten

H debat, cum d. & oẽs figuræ componant̃ ex pyramidibus. i. omnes figuræ corporeæ. Et, cum poſuit ꝙ corpora habentia figuram debent differre per diuerſitatem figuræ, & poſuit ꝙ omnes figuræ corporeæ componunt̃ ex pyramidibus, poſuit etiã tertiam propoſitionem, quaſi cãm in diſſolutione figurarũ corporeaꝝ in hanc figuram, & d. Figura autem æqualis lineæ cõſtat ex lineis æqualibus, i. & cauſa in diſſolutione corporũ in pyramides eſt, quia figuræ planæ diſſoluunt̃ in figuram planã

I primam, quæ non diſſoluit̃ in aliã, ſ. in triangulum: & pyramis diſſoluit̃ in triangulum: ergo neceſſe eſt vt ſit prima figurarum corporearũ prima figurarũ ſup̃ficialium. D. d. & figura Sphęrica componit̃ ex partibus perfectis, i. pyramidibus. & dixit perfectis: quia non diſſoluuntur in alias, neq; poſſibile eſt vt ſup eas addant̃, aliæ ad cõſeruandum figuram ſuam. Et, cum poſuit has ꝓpoſitiones, q̃ ſunt ĩ hoc ſermone, quaſi præcedens, induxit conſequens, & dixit: neceſſe eſt ergo vt figuræ habeant principia, &c. & dixit hoc in modo demſtationis. demonſtratum K eſt. n. ꝙ oẽs figuræ corporeæ diſſoluunt̃ in pyramides, & ſilr̃ figuræ ſuperficiales diſſoluunt̃ in triangulũ. & quaſi ponit ꝙ, cum elementa fuerint finita in ſpecie, compoſita erũt finita in ſpecie. Et confirmatio eſt hæc, quaſi diceret, & quamuis non concedat̃ nobis hoc, ꝙ Geometræ dicunt ex hac diſſolutione, tñ cõcedendũ eſt nobis ꝙ oẽs figuræ quinque diſſoluunt̃ ĩ figuras finitas, aut vnam, aut duas, aut plures. Themiſtius autem dicit in hoc loco, ꝙ manifeſtũ eſt ꝙ figuræ regulares ſunt finitæ, enormes autem ſunt ĩfinitæ; & ideo, ſi illi duo viri dixerunt ꝙ in diuiſibilia ſunt hm̃oi, ſicut ſolent dicere, tunc non eſt rectum opponere eis p̃ hunc ſermonem. Dicamus igitur ꝙ, cum illi dicunt ꝙ differentiæ illorum corporum indiuiſibilium ſunt pp̃ figuras, neceſſe eſt vt figuræ ſint huiuſmodi, ſ. regulares. figuræ. n. irregulares, & infinitę non exiſtunt in corpore, niſi accidentaliter. Oppoſitio ergo Ariſto. eſt recta ſup hoc, ꝙ ponunt figuras eſſe drĩas illorum corporum indiuiſibilium. Themiſt. L Auerroes

Præterea, ſi vnicuiq; quidem M *elementorum eſt aliquis proprius motus, & qui ſimplicis eſt corporis, ſimplex eſt; non ſunt autem ſimplices motus infiniti, quia neq; ſimplices lationes plures ſunt duabus, neq; loca infinita ſunt: neq; vtiq; ſic erunt infinita ipſa elementa. *a. l. corporum.

Et dicamus etiam quod ſi omne elementum habet motum eſſentialem, & corpus ſimplex habet motum ſimplicem: & motus ſimplices

A *ces non sunt infiniti, diuisio.n.non est, nisi bimembris, neq; loca sunt infinita: manifestum est quòd elementa non sunt infinita.*

41 Cum destruxit sermonem dicentis elementa esse infinita, inducēdo ad impossibile, incœpit dare demōstrationem rectam, ꝙ elemēta sunt finita. Et abbreuiatio sui sermonis est, ꝙ elemētū, ſm ꝙ apparet ex sua definitione, est corpus simplex. &, quia oē corpus simplex hēt motum simplicem, & econuerso, vt declaratum est in principio istius libri, ne-

Abbreuiatio.

B cesse est, vt numerus corporum simplicium sit ſm numerum motuum simplicium. &, quia motus sunt ad loca terminata, necesse est vt numerus locorū sit ſm numerū motuū. Si igit̄ loca fuerint finita, mot⁹ erūt finiti. &, si motus fuerint finiti, corpora simplicia erunt finita: & iā declaratum est ꝙ motus simplices sūt terminati, & ꝙ sunt tres, s. circa medium, & a medio, & ad medium: & cum elementa sint corpora simplicia: & corpora simplicia sint finita: ergo elementa sunt finita. D.d. diuisio enim, &c.i. motus a medio, & ad

C medium. Et intendit per loca, sursum, & deorsum. hæc enim duo loca diuiduntur in eo, quod est simpliciter sursum, & deorsum, & in eo, quod est respectiue.

Quæsitum Tertium.
Elementa vno plura esse declarat.

QVoniam autem necesse est finita esse, restat considerare vtrum plura erunt, an vnum. Quidam.n. vnum solum supponunt. & horum hi quidem aquam, illi vero aerem, alij autem ignem, nōnulli aqua quidem subtilius, aere vero densius. quod, cum sit infinitum, omnes cœlos continere aiunt. Quicunq; igitur vnū hoc faciunt, aerem, aut aquam, aut aqua quidem subtilius, aere autem densius, deinde ex hoc raritate, & densitate alia generant, latet eos seipsos aliud quippiā prius ipso elemento facere. est.n. ex elementis generatio, compositio, vt aiunt. quæ autem est in ipsa elementa, resolutio. quare necesse est id prius esse natura.

E quod est subtilium magis partium. Qm̄ igitur aiunt omniū corporum ignem subtilissimū esse, primum vtiq; erit natura ignis. refert aūt nihil. necesse.n. est, vnum aliquod aliorum esse primum, & non medium.

Dicamus etiam quòd, cum manifestum sit, quòd elementa sunt finita necessario, volumus modo perscrutari vtrum elemētum sit vnū, aut plura. Quidam.n. dicunt elemētum esse vnum. sed hi quidē aquā,

F *hi vero aerem, hi autem terram, & quidam eorum dicunt ipsum esse subtilius aqua, & spissius aere. Dicamus igitur nos, quod oīs, qui posuit elementum vnum, aut aquam, aut aerē, aut aliquod subtilius aqua, & spissus aere, & quod alia elementa fiunt ex eo secundū diuersitatem spissitudinis, & raritatis eius. & omnis, qui dixit hoc,*

igne-

G *ignorauit suum sermonem, & oblitus est quod posuit aliud prius elemento. quoniam, si densitas sit ex compositione elementorum, & raritas ex dissolutione eorum, necesse est ut rarum subtile sit ante elemẽtum. &, si ita sit, & ignis est sic, ut dicunt, subtilior alijs corporib. tũc ignis erit prior omnibus rebus prioritate naturali. Si igitur ignis non fuerit subtilior omnibus corporibus, hoc non contradicet nostro*
H *sermoni. necessarium est enim ut primũ subtile sit aliquod corporum naturalium, non corpus medium.*

42 Dicit: & cũ declaratum sit q͂ elementa debent esse finita, consyderãdum est utrum sint unum, aut plura, &, si plura, quot. sed quot sint dimisit usq; ad librum Generationis: quapp existimat͛ q͂ iste liber quasi p̄cedit librũ Generationis, & Corruptionis. Et, quia dicentes elementa esse finita, quidam dicunt ea esse unum elementorũ, aut unum extremorũ, aut unum mediorũ, & quidã
I dicunt illud esse aliud ab elemẽtis, quidam autẽ dicunt ipsum esse medium inter aquam, & aerem, spissi⁹ aere, & subtilius aqua, & quidã, ut reputo, dicunt ipsum esse medium inter ignem, & aerem. & hoc intendebat, cum d. & quidam eorũ dicũt ipsum esse subtilius, &c. Et, cum d. opiniones eorum in hoc uno, incœpit contradicere sermoni dicẽtis ipsum esse mediũ inter duo illorũ, & q͂ est unum mediorũ, cum uterque sermo conueniat in ponendo elm̃tũ medium inter duo extrema, qd est

Liber de Cœlo p̄ex dit librũ de Generatione.

contrarium ei, quod dictũ est in definitione elementi, quod est simplicissimũ eorum, q̃ existunt in cõposito duo aũt extrema, aut sunt simpliciora medio, cũ mediũ fuerit ex qualitate, aut unũ eorum erit simplicius medio, cum medium fuerit ex quantitate. Et d. Dicamus igitur nos q͂ oĩs, qui posuit, &c. i. q͂ omnis qui posuit elementũ esse mediũ inter duo extrema, & posuit illa duo extrema esse composita ex illo elm̃to, oblitus est definitionem elementi: & est, q͂ est simplici⁹ eorum, quæ sunt in composito: siue posuerit ipsum esse unum quatuor corporum, aut corpus mediũ inter duo eorum. Et d. & q͂ alia elementa fiunt ex eo, &c. quia dicunt q͂ gñatiõ cæterorũ corporum quatuor ex hoc medio est s̃m densitatem, & raritatem, & q͂ gñatio cæterorum corporũ quatuor consequit͛ diuersitatem eius in raritate, & densitate, s. quod, cum receperit densitatem æqualem densitati aquæ, erit aqua, &, cum terræ, erit terra, &, cum receperit raritatẽ æqualem raritati aeris, erit aer, &, cum ignis, erit ignis, & sic contingit ponentibus elm̃tum medium, i. unũ quatuor. Et nõ sicut existimat Themistius, q͂ impossẽ non contingit eis, nisi inquantum ponunt gñationẽ s̃m raritatem, & densitatem: immo contingit eis, inquantum ponunt elm̃tum esse medium inter ea, q̃ gñantur ex eo, quocunq; mõ generent͛, aut compositione, & dissolutione, aut densitate, & raritate, quæ sunt apud eos congregatio, & segregatio. Et, cum narrauit q͂ contradicunt sibi, & nõ percipiunt, dixit: quĩ si densitas fit ex compositione elm̃torum, &c. i. & contradictio contin

K

L

M Contra Themist.

git

A git eis, qm̃ ponunt dẽsitatem ex cõgregatione, & densitatem multitudinis partiũ, & raritaté ex exitu partium, & amplitudine foraminũ, necesse est vt corp' rarum, quod fit ex hoc medio, sit pauciorum partium elementi, ex quo fit. & quod est huiusmodi est prius medio, & dignius vocari elementum. ↄ̃tum enim, si est ex quantitate, debet esse paucio-rum partiũ eorum, q̃ inueniunt in composito, si ex qualitate, debet esse

Themist. simplicius. Et Themistius d. φ hoc non contingit eis, nisi quia ponunt generationem p densitatem, & rari

B tatem, q̃ sũt ex capitulo quãtitatis: &, si posuissent ea ex capitulo qualitatis, non contingeret eis hoc impossibile. Et hoc, qđ dixit Themistius, & si posuissent, &c. nõ contingeret eis hoc impoƨe, est id, quod d. Arist. in libro de Generatione. qm̃, si posuerint denlitatem, & raritaté ẽẽ ex cap. qualitatis substantialis, continget vt medium inter duo elementa non haberet formã in actu, aut vt esset prima materia, aut vt esset ignis & aer insimul, aut aer & aqua insimul. &, si posuerint ipsas ex cap. qualitatis accidẽtalis, continget altera-

C tionẽ esse. qđ est impossibile apud eos. D. d. &, si ita sit, & ignis est, sicut dicunt, &c. i. &, si illic fuerit corpus subtilius elemento, necesse est vt illud corpus sit elementum. Si igitur ignis subtilius est corporum apud eos, vt dicunt, continget vt ignis sit elementum. &, si ignis nõ fuerit subtilius omnibus corporibus, & dixerit aliquis alius φ aliquod aliud corpus est subtilius, hoc nõ nocebit nobis, neq; proderit eis i hoc, quia cõtinget eis hoc, quod continget eis, si sit qm̃ subtilius debet esse elementũ non illud medium, quod ponunt esse elementum: Et hoc intendebat, cum dixit: Si igitur ignis non fuerit subtilior oĩbus corporibus, &c. i. qm̃ si nõ posuerit aliquis φ corpus subtilius est ignis, tñ propter hoc non euadunt ab eo, quod contingit eis necessario, s. φ corpus subtilius sit ↄ̃tum, non illud medium, qđ ponunt ipsi elementum. D. d. necessarium est enim vt primum subtile, &c. i. necessarium est enim vt sit fm̃ sermonem eorum aliquod corpus, naturale, subtilius oĩbus corporib' & φ non sit corpus medium, qđ posuerunt, & sic erit elementum aliud ab eo, quod posuerunt.

D

E

Præterea raritate quidem, ac densitate alia generare nihil refert, an subtilitate, & grossitie, subtile enim rarum, crassum vero voluut esse dẽsum. rursus vero subtilitate, & crassitie idẽ est, quod & magnitudine, & paruitate. Subtile enim est, qđ paruarum est partium, Crassum vero, quod magnarum partiũ. qđ enim extensum est ad multum, subtile est. tale autem est, quod ex paruis partibus constat. quare ipsis accidit magnitudine, & paruitate diuidere aliorum substantiam. Sic aũt determinantibus, omnia accidet dicere ad aliquid. & non erit simpl'r hoc quidem ignis, hoc vero aqua, hoc autem aer, sed idem ad hoc quidem ignis, ad aliud vero quippiam aer. Quod quidem & iis accidit, qui plura quidem ipsa elementa dicunt, magnitudine vero, ac paruitate differre aiũt, nam

F

G nam, cum quantitate determinatum sit vnumquodq;, erit aliqua ratio magnitudinum ad seinuicem. Quare eorum, q̄ hanc habent rationem ad seinuicem, necesse est hoc quidem aerem esse, hoc vero ignem, hoc autē terram, hoc autem aquā, propterea ꝙ maioribus rationes minorum insunt.

Dicamus etiam, quòd sermo dicentis, quòd omnia elementa generata sunt ex densitate, & raritate
H *Vnius elementi, non differt a sermone dicentis, quod omnia sunt generata ex paruis, & magnis. Subtilitas enim est paruitas partium, & spissitudo est magnitudo partium. subtile. n. est expāsum, et dilatatum. & non est huiusmodi, nisi illud, quod componitur ex partibus paruis. &, si ita sit, contingit eis necessario Vt differentiæ substātiæ sint magnitudine, & paruita-*
I *te. Et, cum posuerint omnia secundum hunc modum, continget eis dicere quod omnia elementa sunt in comparatione, & quod nullum elementum est ignis Verus, neque aer Verus, sed in respectu quorundam est ignis, & in respectu aliorū aer, & in respectu aliorum est aqua sicut contingit dicentibus quod elementa sunt plura infinita, & non differunt, nisi secundum paruitatē & magnitudinem partiū, & sunt dicentes partes esse indiuisibiles.*

K *Dicamus igitur eis quod, cum distinxerunt quædā elementa a quibusdam secundum quantitatem, necessario erit idem elemētū ignis, & aer, aqua, & terra. quoniā partes paruæ sunt in magnis necessario: quoniam eadem pars in respectu quorundā partiū est parua, & in respectu quarundā est magna:*

43 Hęc est alia conclusio contingēs istis etiā, qm̄ plura impossibilia contingentia dicentibus partes indiuisi-
L biles, contingunt etiam eis, s. ꝙ substantiæ corporum simpliciū sint eędem. qm̄ dicens elementum eē vnū corpus, nō potest componere ex eo res diuersas, nisi p̄ diuisionē in partes diuersas ſm quantitatē, aut ſm positionem, & situm. & hoc impoſſe contingit dicentibus partes īdiuisibiles. Et d. Dicamus ēt ꝙ sermo dicētis, &c. & intendit per elementa, corpora quatuor, qm̄ ita vocabantur tunc & q. d. dicamus ēt ꝙ sermo dicentis hæc corpora, vocata elēta, esse composita ex vno elemento, siue ex medio, quod est inter duo extre-
M ma eorum, siue ex medio inter duo eorum, ſm densitatem, & raritatē, non differt a sermone dicētis, ꝙ corpora hæc simplicia componanť ex partibus paruis, & magnis, i. nō differunt, nisi ſm paruitatem partiū, aut magnitudinē earum. D. dedit causam in hoc, & dixit. Subtilitas. n. &c. i. subtilitas. n. ē ex paruitate partium, Spissitudo aūt, & grossities est ex magnitudine partium. hoc idē necesse est dicere non ponenti subtilitatem, & spissitudinē ex cap. quātitatis, vel qualitatis D. incœpit narrare quō contingit ꝙ subtile sit compositum

A positum ex partibus paruis, & d. sub tile. n. est expansum, & dilatatũ, &c. i. & causa in hoc, ꝙ subtile debet eẽ ex partibus paruis est, quia debent congregari in eo duo, raritas, & paruitas partium. distantia. n. partium abinuicem est causa magnitudinis, & non corrumpit subtilitatẽ, & tenuitatem. subtilitas. n. & tenuitas ꝗrunt paruitatem partium in profundo, spissitudo autẽ earum est magnitudo in profundo: & raritas etiã quęrit multitudinẽ foraminum, ex qua prouenit paruitas partium, spissitudo aũt econtrario. Necesse est igiť B vt partes, ex quibus subtile componitur, sint minoris expãsionis in tribus dimensionibus. quapropter sũt minores partibus, ex quib⁹ spissum componitur. Et cõtingit etiam eis aliud impossẽ pp hoc, quod posuerunt diuersitatem inter spissum, & rarum pp ampliationẽ foraminum non propter paruitatem, & magnitudinem, vt ĩ subtili sint partes pauciores, & in spisso plures, cum fuerint duo corpora æqualia. & etiam rarum, sicut diximus, necesse est vt sit plurium foraminũ, quapropter C partes sunt minores. & ex hoc modo non contingit vt sint pauciores, nisi cum fuerint partes in eis in eadẽ magnitudine, & paruitate, quapropter necesse est vt rarum sit aut pauciorum partium, aut minorũ. & impossibile, quod sequitur ex hoc, vnum, & idẽ est. D. d. &, si ita sit, cõtinget eis necessario, &c i. cum substantię corporũ simpliciũ non differant, nisi ſm diuersitatẽ partium in magnitudine, & paruitate, continget eis dicere ꝙ dñiæ substantiarum corporum sunt pp partes paruas, & magnas, ita, ꝙ substantia ignis non differt à substantia terræ, nisi quia D ignis componiť ex partibus paruis in vltimo, terra autem ex magnis in vltimo. D. d. Et, cum posuerint oĩa ſm hunc modum, cõtinget eis dicere ꝙ oĩa elementa sunt in comparatione, &c. i &, si elementa non differũt, nisi paruitate, & magnitudine: magnũ autem, & paruum sunt relatiua: idem. n. est magnũ, & paruum in respectu diuersorũ: continget vt idem sit ignis ĩ respectu maioris, & aer in respectu minoris, & aqua in respectu alterius. Et, quia hoc impossẽ accidit dicentibus partes eẽ indiuisibiles, ſm ꝙ ponunt ꝙ illæ par- E tes differũt magnitudine, & paruitate, & ꝙ ista diuersitas est causa diuersitatis corporũ compositorũ ex eis, dixit: sicut accidit dicentibus elementa esse plura, &c & dixit: Dicamus igiť eis, ꝙ cũ distinxerint quædam elemẽta à quibusdam, &c. i. & dicam⁹ istis etiam ex hoc, quod ponitis, ꝙ corpora quatuor simplicia differant ab inuicem pp paruitatẽ, & magnitudinem: paruum autem, & magnum sunt relatiua: cõtingit necessario vt idem corpus sit ignis, F & aer, & aqua. qm̃, cum posuerim⁹ ꝙ aer nõ est aer, nisi quia partes ei⁹ sunt maiores partibus ignis, contingit vt in respectu aquæ sit ignis, qa partes eius sunt minores partibus aquæ, & in respectu ignis aer, & ĩ respectu terræ aqua, & siř contingit in aqua. D. d. qm̃ partes paruę sunt in magnis necessario. hoc est quasi causa alia à prædicta. illic. n. fecit cõparationem de corporibus simplicibus adinuicem, inquãtũ constituũtur ex partibus, quæ dñr esse paruæ, & magnę: hic vero quasi facit cõparatiõnẽ iter partes exñtes ĩ eodẽ esto.

G Qm̄ vero hoc contingit dicentibus partes esse indiuisibiles, manifestum est, cum opinent ꝙ in eodē corpore sint paruę partes, & magnæ īfinitę, q̄ exceunt ab inuicem, cōtingit igitur vt s̄m paruas sit ignis, & s̄m magnas aqua. Secundum vero opinionem dicentis elementum esse vnum, & ꝙ gn̄atio fit raritate, & densitate, continget necessario vt vnum & idem elementum sit compositum ex partibus pluribus: rarum. n. habet partes paruas, spissum autem magnas. sed inquantum ponunt ꝙ spissum transmutat in rarum, & rarū in spis-
H sum, contingit eis vt partes sint paruæ cum magnis, sicut cōtingit illis. & non solummodo contingit eis, vt idem corpus sit aqua, & ignis tantū, sed eadem pars earum, ex quibus cō ponit illud corpus. in respectu. n. minoris est aqua, in respectu aūt maioris est ignis. & ideo dixit: qm̄ eadem pars in respectu quarundam partiū est magna, & in respectu quarundā est parua. & sic potest intelligi.

Quicunq; autem ignem supponunt elementum ipsum, hoc
I quidem effugiunt, alia vero ipsis irrationabilia accidere est necessarium. Quidam. n. ipsorū figuram coaptant igni, vt ij, q py ramidem faciunt. Et horum alij quidem simplicius dicunt ꝙ figurarū qdē pyramidalis maxime incisiua ē, corporū aūt ignis.

Dicentibus autem ignem esse elementum non contingit hæc contradictio, quæ contingit istis, contra quos loquebamur vsq; huc, sed accidunt eis alia irrationabilia.

Quidam igitur eorum dicunt, quod ignis habet figuram pyramidalē. Et quidam eorum verificant hoc sermone d̄bili simplici, dicēdo quòd nulla figura est velocioris penetrationis quàm pyramidalis, & nullū corpus est velocioris penetrationis quàm ignis: figura igitur ignis erit pyramidalis. K

Cum contradixit dicentibus elementum esse vnum mediorū quatuor corporum, aut medium inter duo illorum, aliud ab vtroq;, incœpit contradicere dicentibus elemen- 44
tum esse ignem tm̄. Et, quia hoc dicentibus non contingunt hæc īpossibilia, quæ illis contingunt alijs, qa ignis existimat simplicior quatuor corporibus, & ideo non contingūt eis impossibilia, q̄ contingunt dicētibus medium esse, q̄ non contingebant eis, nisi inquantum ponebant elementum medium, ideo d. dicentibus autem ignem esse elemētum, &c. D. d. sed accidunt eis alia irrationabilia. D. d. Quidam igitur eorum dicunt ꝙ ignis habet figuram pyramidalem. Et, cum dixit hoc, dedit rationē eorum, super hoc, & dixit: Et quidam eorū verificant hoc, &c. Et syll's sic componitur, vt apparet. Ignis est velocissimus omnium in transitu: & figura pyramidalis ē velocior alijs figuris: ergo ignis habet figuram pyramidalem. & sic faciūt syllogismum ex duabus affirmatiuis in secunda figura. Et etiam, si ꝓpositio maior conuerteretur, non esset vera. qm̄ non oē, cuius pertransitus est velocior in corporibus, habet figuram pyramidalē, nisi in eis, quorum velocitas est in pertransitu pro- L M

A propter figuram, & hoc est in habẽtibus figuras. ignis aũt adhuc non est notum, vtrum sit de habentibus figuras, aut non.

Alij vero persuasibilius dicũt ꝙ corpora quidem oĩa componuntur ex eo, quod est subtilium maxime partium, figuræ vero solidæ ex pyramidibus. Quare, qm̃ corporum quidẽ ignis subtilissimum est, figurarum vero pyramis maxime paruarum est partium, ac prima, prima autẽ figura primi corporis est, pyra-
B mis vtiq; erit ipse ignis.

Et quidam eorum verificãt hoc alio sermone, dicendo quòd oĩa corpora sunt cõposita ex subtilissimo corporum, & quòd melior figurarum est composita ex figuris pyramidalibus. &, cum ita sit, manifestum est quòd ignis est subtilior cæteris corporibus, & quòd figura pyramidalis ẽ minor, & prior figu-
C *ris, & necesse est vt prima figura sit in primo corpore, ignis igitur habet figuram pyramidalem necessario.*

45 Dicit: Et quidam eorum verificant suum sermonem alia ratione non vera, quãuis sit sufficientior prima, dicendo ꝙ, si oĩa corpora debẽt esse primo composita ex subtilioribus corporib9, & sunt composita ex igne, manifestũ est ꝙ ignis est subtilior corporibus cęteris, & ꝙ est prior eis natura. Et etiam, si habẽs figurã priorem oĩbus figuris, s. sphęricam, est compositum ex corporibus pyramidalibus, manifestum est ꝙ ista figura est simplicior, & prior figurarum in natura. Sed Aristo. induxit duo pręcedẽtia insimul, deinde duo consequentia insimul. quasi d. ꝙ si oĩa corpa sunt cõposita ex subtilioribus corporibus, & corpora sunt cõposita ex igne, & etiam corpus, qđ est primum corporũ, s. sphæricum, est compositum ex corporibus pyramidalibus, manifestum est quòd ignis est subtilior cæteris corporibus, & prior eis. & manifestum est ꝙ figura pyramidalis est minimũ corporum, cum sit elemẽtum eorum, E
& potest intelligi per meliorẽ figuram figura sphærica, & figuræ ęqualium superficierum, & angulorũ, s. quinq; dictæ in Geometria, q̃ sunt figuræ elementorum. D.d. necesse est vt prima figura, &c. i. &, cum manifestum sit ꝙ ignis est primum corporum, & pyramis est prima figurarũ, & figura prima debet esse in primo corpore, manifestum est ꝙ ignis debet hr̃e figuram pyramidalem.
Themisti9 aũt dicit ꝙ ratiocinatio istorum, quã reprehendit Arist. eadem est cũ rõcinatione, quam ipse fecit superius in primo lib. in probãdo ꝙ motus circularis debet esse in corpore cœli. Posuit. n. ꝙ iste motus est primus motuum: & corpus cœleste primũ corporum: ergo primum debet esse in primo. Et dico ẽt ꝙ existimatur ꝙ per istam eandem declarationem declarauit ipse figurã cœli. posuit. n. ꝙ cœlum est primũ corporum, & ꝙ figura sphærica est prima figurarum: & figura prior debet esse in corpe priori: ergo figura cœli est sphærica. Dicamus nos igitur ꝙ Arist. non fundauit hanc demsonẽ, nisi super hoc, quòd cœlum necesse

Them. reprehẽdit Aristo.

F

Auer. defendit Arist. cõtra Themi.

G est vt habeat figuram, inquantum mouet' p se, & inquantū est aīal. &, cū positum fuerit ipsum hr̄e figurā, necesse est s̄m demonstrationem illam vt sit sphærica. nondum autem declaratū est de elemētis, vtrum habeant figuram, sed ēt non videntur habere figuram, vt declarauit, & ēt declarabit post Arist.

Alij aūt de figura nihil enunciant, subtilissimarum autē partium solū elementum faciūt: deinde ex hoc composito aiunt fieri alia, quemadmodum si ex cōflata auri arena. Vtrisq; autē eadem accidunt difficilia. Si enim indiuisibile primum corpus faciunt, rursus veniēt prius dictæ rationes ad eandem hanc suppositionem.

H

Et quidam aliorum non fecerunt rememorationem de figura ignea omnino, sed dixerunt, quod ignis est subtilior oībus alijs corporibus, deinde dicunt, quod ex compositione partiū ignis adinuicem, & densitate earum fiunt alia corpora. quia naturaliter fuit tumorosus ignis, & cū constringitur fiunt ex eo alia corpora secundum cōstrictionem earum. Dicamus igitur, quod accidunt ex istis sermonibus multa impoßibilia difficilia. Quoniam, si posuerint primum corpus partem indiuisibilē, venient etiam prædicta inconuenientia in parte indiuisibili.

I

46 Cum dixit, q quidam dicentium ignem esse elm̄tū, dant ei figurā pyramidalem, dixit ēt, q quidam non dant ei figurā oīno, & vtiq; conueniūt in hoc, quòd ignis est subtilior cæteris corporibus, & q ex diuersitate cōpositionis partiū ignis in densitate fiūt cætera corpora ex eo. ignis enim apud eos creatus fuit tumorosus nal̄r. i. remotus in partibus abinuicem in vltimo: &, cum illæ partes constringuntur adinuicē, & appropinquant, si parū, fiet aer, si magis, fiet aqua, & si plus, fiet terra. Et hoc intēdebat, cū dixit: deinde dn̄t q ex cōpositione partiū ignis, &c. & sermo eius in hoc est intell's p se. & pōt intelligi iste sermo de his, qui dāt figurā igni, & pōt intelligi sicut diximus de vtroq;, cū cōueniant in hoc, q gn̄atio fit ex igne p densationem. Et, cū d. opīones eorū in hoc, incœpit cōtradicere eis. & d. Dicamus igitur, q accidunt ex istis sermonibus plura impoīa, &c. i. quòd, si dixerīt q partes primi corporis, quod est ignis apud eos, quarum constrictio est cā spissitudinis, sunt partes indiuisibiles, contingent eis oīa impossibilia, contingentia dicentibus partes esse indiuisibiles, q̄ iam narrauim'. K L

Præterea non contingit hoc dicere naturaliter volentibus consyderare. Si. n. oē corpus cor pori comparabile sit s̄m quantitatem, habent autem sic proportionaliter magnitudines, & similium partium ad se inuicem, & elementorū, velut omnes aquæ ad omnem aerem, & elemēti ad elementum, silr aūt & in alijs: aer autem maior est aqua, & oīno id, quod est subtiliorum partium, eo, quod est crassiorū: manifestum est q & elemētū aquæ minus M

A minus erit q̃ aeris. Si igitur minor magnitudo inest maiori, diuisibile vtiq; erit aeris elementum. sic autem & ipsius ignis, & omnino subtiliorum.

Et dicamus modo sermonẽ naturalem, quod impossibile est vt elementũ sit pars indiuisibilis. & hoc manifestum est, si perscrutati fuerint naturaliter de hoc. Quoniã si hoc fuerit, erit tũc quodlibet corpus declinans aliud corpus in quãtitate, & magnitudine. quoniam B *magnitudo partium consimilium indiuisibilium assimilatur adinuicem. dico quod magnitudo corporũ totius aquæ assimilatur magnitudini corporum totius aeris, & similiter de cæteris elementis. & nos non videmus hoc ita, quoniam aer est maior in magnitudine, quã aqua. & similiter oẽ corpus subtile est maioris magnitudinis corpore grosso. & , si ita sit, manifestum* C *est quod elementum aquæ est minus elemento aeris. Reuertamur igitur, & dicamus quod, si magnitudo minoris elementi est in magnitudine maioris elementi, necessarium est vt elementum aeris cadat sub diuisione, & similiter elementũ ignis, & similiter oĩs pars subtilis recipit diuisionẽ. declaratũ est igitur quod elementum ignis recipit diuisionem necessario.*

47 Cum dixit, q; dicentes ignem esse elementũ, & q; gñatio ex eo sit sm densitatẽ, continget ei vt sit compo- D situs ex pluribus partibus in quantitate, & q; illæ partes sunt elementũ, quapropter sermo eorum est similis sermoni dicentium partes esse indiuisibiles &, si dixerint, q; illæ partes sunt indiuisibiles, tunc cõtinget eis omne impoſe, quod dictum est ĩ hoc libro, & in Physicis. incœpit & hic dicere aliud impoſe, quod contingit eis, & est contradictio. Naturalis, non Doctrinalis, & dixit: Et dicamus modo sermonem naturalem q; impoſe est, &c. i. demonstremus modo rationem naturalem, ex qua apparet q; impoſe est vt ignis sit cõ- E positus ex partibus indiuisibilibus. D.d. & hoc manifestum est, si pscrutati fuerint nãliter de hoc. i. & manifestum est q; est impoſe ei, qui naturaliter voluerit pscrutari de hoc, s. cũ consyderauerit in modo transmutationis elẽtorũ adinuicẽ. D. incœpit dicere illum modũ, & d. Qm̃, si hoc fuerit, erit tunc quodlibet corpus declinans, &c. i. dicamus igit q;, si corpa simplicia, q̃ sũt aqua, ignis, aer, & terra, fuerint cõposita ex partibus ĩdiuisibilibus, necesse est vt q̃libet pars alicuius eorum, q̃ generatur ab aliqua parte alteri⁹, sit æqualis ei in magnitudine, & quantitate, F neq; maior, neq; minor. v.g. q;, cũ pars aeris sit ex parte aquæ, necesse est vt pars aeris sit æqualis parti aq̃. & sic de alijs. D.d. cãm in hoc, & d. qm̃ magnitudo partiũ, &c. i. & hoc necesse est, qm̃ partes, q̃ sunt in parte elementi, à qua generatio est, & ĩ parte generata alterius elemẽti sunt æquales in quantitate, & in numero, & in specie. & hoc intendebat, cũ d. assimilãtur adinuicem. i. in numero, & in quantitate, & forma: quapp

 ne-

G necesse est vt generatum, & illud, à quo est generatum, sint æqualia, cũ vtrunq; sit compositum ex partibus æqualibus in numero, & magnitudine, & specie, & non illic sit vacuum. Et, cum dixit ꝙ necesse ẽ vt magnitudo corporum simpliciũ sit æqualis, dixit: & nos nõ videmus hoc ita, qm̃ aer ẽ maior aqua, & hoc, quod dixit de elementis, est manifestum. videmus.n ꝙ, cum partes elementi spissioris transmutent in elementũ subtilius, fient maioris corporis. D. d. &, si ita sit, manifestum est, &c. i. H quia magnitudo aquę ẽ minor magnitudine aeris: & elementa, q̃ sunt in eis, sunt æqualia numero, consimilia in forma: & vacuum non est inter has partes, ex quibus componunt̃ hæc corpora: necesse est vt partes, quæ sunt in corpore subtiliori, sint maiores eis, quæ sunt in spissiori. Et, cum posuit hoc, dixit: Reuertamur igit̃, & dicamus, &c. i. dicam⁹ igitur ꝙ continget ex hoc ꝙ partes, quæ sunt in corpore subtiliori, diuidantur in partes, quæ sunt in spissiori: cum quantitas partis minoris sit in parte maiori, s. quia minor par- I tium illarum est pars maioris. Et videtur mihi ꝙ intendat ꝙ, cum elementum alteretur in elementum, continget vt illæ partes alterẽtur ex magnitudine in paruitatem, si subtile alteretur in spissum, & ex paruitate in magnitudinem, si econuerso. D. d. & similiter omnis pars subtilis recipit diuisionẽ, idest & omne corpus subtile constat ex partibus indiuisibilibus. Deinde d. declaratum est igitur, ꝙ elementum ignis recipit diuisionem necessario. & quasi intendit per hoc dicere, ꝙ contingit eis dicere, vt ignis, qui est elementum, habeat elementum; s. partes, ex K quibus componitur, & illæ partes etiam habeant elementa, cum recipiãt diuisionem. & vniuersaliter, si dixerint ꝙ illæ partes sunt diuisibiles, continget eis vt elementa sint infinita. diuisio enim in magnitudinibus est infinita. Et vniuersaliter qui dixerint, ꝙ elementum est vnũ corpus, non possunt euadere à dicendo partes esse. quoniam impossibile est vt corpus fiat à corpore, nisi secundum alterum istorum duorum modorum, aut compositione, aut complexione: sed impossibile est vt corpus fiat à corpore vno secundũ com- L plexionem: relinquitur ergo s'm cõpositionem. Et, cum factum fuerit per compositionẽ, necesse est vt corpus, ex quo corpus compositum fit, diuidat̃ in partes, in quibus fiet magnitudo propter compositionẽ aliarum partium. & hoc est manifesti⁹ de hoc, quod apparet ex suo sermone. Themistius autẽ exposuit hunc locum sic. ꝙ, si partes, ex quibus elementa componuntur, cum positæ fuerint consimiles in paruitate tm̃, s. vt sint indiuisibiles, continget ex hoc vt quãtitates corporum simplicium sint æquales, &, cum videãtur M inæquales, continget vt subtile eorum sit ex partibus maioribus, s. vt non sint consimiles in paruitate. Et ipse opponit huic, dicendo ꝙ nõ cõtingit vt quantitates eorũ sint ęquales, nisi cum partes eorũ non solum modo fuerint æquales in paruitate, sed in numero. Et similiter, si hæc corpora simplicia fuerint posita diuersa in magnitudine, non contingit vt ptes corporis subtilis sint maiores, nisi numerus fuerit æqualis. Nos autem dicimus ꝙ ex generatione

Expositio Them. The. contradicit Aristo. Auer. defensio pro Arist. cõtra The.

ne

A ne vnius istorum corporum ex altero continget vt illæ partes sint in eis eædem numero. Si igitur generatū, & illud, ex quo generatᷣ, nō fuerint æqualia in magnitudine, contingeret necessario vt partes subtilis corporis sint maiores, cum fuerint æquales in numero partibus corporis spissioris, s. minoris quantitatis. & totum hoc non contingit eis, nisi quia cōcedūt vacuum esse impossibile.

Si vero diuisibile sit, ijs quidem, qui figurāt ignem, accidet ignis partem non esse ignem, ꝓ
B pterea ꝙ nō componit pyramis ex pyramidibus. Præterea non omne corpus esse aut elementū, aut ex elementis. pars. n. ignis, neq; ignis est, neq; alterum elementum vllum.

Et contradicamus eis, qui figurant ignem, & dicunt quòd ignis est elementum, quia est figuratus prima figura, & dicamus quòd, si ignis est elementum, quia figuratus est prima figura, s. pyramida-
C *li, & illa figura non est composita ex multis figuris pyramidalibus, contingeret eis ex hoc sermone vt nō sit omne corpus, aut elemētum, aut generatum ex elemento. corpus. n. ignis non est ignis, neque aliud elementum omnino.*

48 Cum contradixit dicētibus ignē esse elementum, inquātum est subtilissimum oīum corporum, īcœpit contradicere ponentibus ignem esse elementū, qa habet figuram, quæ est elementū figurarum, s. pyramidalem, & dixit: Et contradicamꝰ eis, &c. i. & contradicamus ponentibus igni figuram pyramidalem, & dicētibus ipsum esse elementum corporum, & primum eorū, quia habet figuram primam. qm̄, sicut primum corpus habet primam figuram, ita etiam quod habet primā figuram, est primum corpus. D. incœpit contradicere eis, & dixit: & dicamus ꝙ, si ignis est elementum, i. ꝙ, si ignis, inquantum est ignis, habet primam figuram, s. pyramidalem, & iam declaratū est à Geometris ꝙ pyramis nō diuiditur primo in Pyramides, necesse est vt pars pyramidis, ꝗ est non pyramidalis, non sit ignis, cum E omnis ignis habeat apud eos figurā pyramidalem: & sic erit quædam pars ignis, non ignis: quod est impossibile: ergo ignis non habet figuram pyramidalem per se. &, cum non habeat figuram pyramidalem per se, dignius est vt nō sit causa eiꝰ, ꝙ sit elementum. Et ex hoc apparet destructio sermonis conuertentium hanc propositionem, qui dant igni figuram pyramidalem, quia est elementum corporū. D. d. neq; aliud elementum omnino. i. ꝙ pars ignis, quæ est nō pyramidalis, impośe est F dici in eo ipsum esse elemētum, aut ex elemēto. quòd autem non sit elementum, est, quia elementum apud eos est ignis, quia habet figuram pyramidalem. ꝙ vero non sit ex elemento est, quia apud eos non componitur ex igne.

D

Iis vero, qui magnitudine determinant prius aliquid elemento elementum esse, & hoc in infinitum abire, si omne corpus diuisibile sit, & quod minimarum est partium elementum.

G *Et contradicamus etiam dicentibus quod elementum est vnum corpus subtile. Accidit enim ex hoc vt ante elementum sit aliud elementum, & ante illud aliud, & sic in infinitũ: & illud corpus, s. elementum, est diuisibile, & minimum corpus diuisibile est elementum ex spisso.*

49 Vult contradicere dicentibus ꝙ corpus, quod est subtilissimũ corporũ, est tñ elementũ, cõtinget.n.eis
Abbreuiatio.
H vt ante elementũ sit elementũ. qm̃, cum apud eos corpus, quod est subtilissimũ corporũ, componat' ex partibus minoribus oĩbus partibus, ex quibus oĩa corpora componunt' & oẽ minus se hẽt minus se, cum diuisio procedat in infinitum, & subtilitas est causa esse aliquod corpus elemẽtũ, & causa subtilitatis est paruitas partium, & paruitas partiũ procedit in infinitum, ergo subtilitas ꝓcedit in infinitum. &, quia subtilitas est causa esse aliquod corpus elñtũ, ergo corpora subtilia, q̃ sunt elñta,
I sunt infinita, & dixit: Et contradicamus ẽt dicẽtibus, &c. iste sermo, fm ꝙ apparet, est vẽis dicentibus elemẽtum esse subtilissimũ corporum, siue ignẽ, siue aliud. D.d. Accidit.n. ex hoc, &c.i. &, cum dixit hoc, quod contingit huic positioni, dedit cãm in hoc, & d. & illud corpus, s. elementum, est diuisibile, &c.i. & contingit eis hoc, quia ponunt corpora, ex q̃bus corpus subtile, quod est elementũ apud eos, cõponit', eẽ diuisibilia. & ponunt corpus minus, s. subtili', quod est minorũ partium, q̃ illud, quod est maiorum partiũ, elemẽtũ corporis spissi, s. maiorũ partium. Et d. hoc, quia ex istis duabus propositionibus contingit eis vt elementa sint infinita. quarum Vna est, ꝙ corpus subtile, quod est elementũ, componitur ex partibus diuisibilibus: quapropter fit ex eis corp' subtilius subtili posito elemento. & Secunda est, ꝙ subtilius est elementum spissioris. Cum ergo posuerimus ꝙ oẽ subtile habet subtili' se, & quod subtile est elementum spisso, continget vt elementa, procedant in infinitũ. Propositio autẽ dicens ꝙ subtile est elementum spisso est pòsita ab eis. K
Propositio autẽ dicens ꝙ omne corpus subtile habet subtilius se, licet non sit posita ab eis, tñ sequitur ex sermone eorũ, cum subtile cõponatur ex partibus minoribus, & ꝙ oĩs pars parua diuidit' fm eos in minorem. sequitur.n. ex hoc vt omne corpus subtile habeat subtilius se. L

Præterea & his etiam accidit dicere ꝙ idem ad hoc quidem ignis ẽ, ad aliud vero aer, & rursus terra, & aqua.

Et contradicamus etiam eis, dicendo quòd contingit eis etiã idem dicere in respectu quorundam esse ignem, & in respectu quorundam aerẽ, & similiter aquã, & terrã. M

Hoc, quod dixit, est manifestũ. 50
qm̃, cum posuerint differentias elemẽtorũ, quibus differunt, raritatẽ, & densitatem fm magis, & minus, & ignis non differt ab aere, nisi fm ꝓportionem terminatam inter eos in raritate, & densitate, manifestum est quòd, si positum fuerit aliud corpus, cuius proportio in subtilitate ad ignem sit, sicut proportio subtilitatis ignis ad aerem, necesse est

vt

A vt illud corpus sit in respectu ignis ignis, & ignis in respectu illius aer, & aqua in respectu illius aer, & terra aqua. quod est impossibile. & totũ hoc accidit, quia d'ñas illorum ponunt ex capitulo quantitatis relatiuæ.

Magnũ & paruũ sunt d ca p'o relatiuę quãtitatis.

Cõe aũt iis omnibus peccatũ est, qui vnũ elemẽtũ supponũt, vnum solum motum facere naturalem, & omnium eundẽ. Videmus.n.oẽ naturale corpus mot⁹ habere principium. Si igitur oĩa corpora vnum quid sunt, omniũ vtiq; erit vnus motus, & eodem B necessarium est, quanto quidem maiora fiũt, moueri magis, quẽadmodum & ignis, quanto quidem vtiq; maior sit, fertur velocius sursum sua ipsius latiõe. accidit autem multa deorsum ferri velocius. Quare, & pp hęc, & præterea, qm̃ determinatum est prius q; plures sũt naturales motus, manifestum est q; impossibile est vnum esse elementum.

Dicamus igitur vniuersaliter, quòd omnes dicentes elementũ esse C *vnum peccat manifeste, vnũ enim motũ ponunt tantum naturalem, & in omnibus corporibus. sed contrarium videtur. Videmus.n. quod oẽ corpus naturale habet principiũ motus naturalis. Si igitur oĩa corpora fuerint eadem, omnia habebunt eundem motum. & quanto magis corpus fuerit maius, tanto iste motus erit fortior. v.g. quanto magis ignis erit maior, tanto erit velocioris motus ad superius. & nos videmus multa corpora moueri ad inferius velociter. Propter has igitur rationes, & propter ea, quæ determinauimus superius, dicimus quòd motus naturales sunt plures, & quòd impossibile est vnum tantum esse elementum.* D

51 Hæc est contradictio v'ris oĩbus dicentibus elementũ esse vnũ corporum quatuor. Et ideo dixit: Dicamus igitur v'r, &c. D.d. vnũ enim motum, &c. & hoc, quod dixit, manifestum est. qm̃, cũ nullum corpus inueniat̃, nisi sit elemẽtũ, aut ex elemento, & corpus, quod est cõpositũ ex elemento, impossibile est vt habeat motũ naturalẽ, nisi motũ elementi, & pręcipue cum cõpositum non differt ab elemento, nisi quantitate. E

Cõpositũ nõ dı̃t ab elmẽto, nisi q̃ntitate. vid' oppositum. 7. Met. t. c. vlt. & 1. d. Aĩa 77. cõm. & 1. Me. c. 12. Vide cõn. Zim.

Et, cũ dixit necesse est eis dicere q; oĩa corpora simplicia, & composita habent eundem motũ, dixit: sed cõtrarium videt̃. Videmus enim, &c. i. videmus enim plures vno motu in corporibus naturalibus. ex quo verificandum est præcise q; in oĩ corpore naturali simplici est principiũ alicuius mot⁹ naturalis simplicis, & q; F necesse est vt numerus corporũ simplicium sit s'm numerum motuum simplicium: quia numerus motuũ consequitur numerũ suorũ principiorum. D.d. Si igitur oĩa corpora fuerint eadem, habebunt eundẽ motum. i. si elementũ sit vnum, erit elementum, & ea, quæ componunt̃ ex elm̃to eiusdem naturę, & sic corpora non habebunt, nisi eundem motũ: sed habent plures: ergo elementum nõ est vnũ. & addit in suo sermone, & quanto corpus fuerit maius, &c. ne aliquis dicat q; mot⁹ naturalis est vnus,

G vnus & idem, & est qui existit in elemento, sed violenti sunt plures. & quasi d. rñdendo ꝙ motus naturales sunt plures vno. & signū eius ē, quia nos videmus ignē, & aerē moueri ad superius, & aquā, & terrā ad inferius, & quanto magis fuerit motus maioris corporis, tāto magis erit velocioris motus. & hoc demōstrat ꝙ illi motus nō sunt violenti. D.d. Propter has igiť rationes, &c. & sermo eius est intellectus per se.

SVMMA SEXTA.

H Generationem in simplicibus esse corporibus, elementis scilicet, & hoc secundum partes, secundum totum autem minime.

CVm aūt neqꝫ infinita sint, neqꝫ vnū, necesse est plura esse, atqꝫ finita. Consyderandū autem est primū, vtrum sempiterna sint, an generata corrūpanť. hoc.n.ostenso, manifestū erit & quot, & qualia sint. Sempiterna igitur esse est impossibile. videmus.n.& ignē, & aquā, & vnū-

I quodqꝫ simplicium corporū dissolui. Necesse est autem aut infinitam esse, aut stare dissolutionem. Si igitur infinita sit, erit & tempus dissolutionis infinitum, & rursus cōpositionis. vnaquæque.n. partium in alio tpe dissol uitur, & componitur. quare accidet extra infinitū tempus aliud esse infinitum, cū tempus cōpositionis infinitum sit, & insuper prius hoc, quod dissolutiōis, ita, vt extra infinitum fiat infinitū, quod quidem est impossibile. Si autem stabit alicubi dissolutio, K aut indiuisibile erit corpus, in quo statur: aut diuisibile quidē, non tamen vnquam diuidetur, quemadmodum videtur Empedocles velle dicere. Indiuisibile igitur non erit, propter prius dictas rōnes. Verū neqꝫ diuisibile quidē erit, nunquā autem dissoluendum. minus.n. corpus facili⁹ corruptibile est maiore. Si igiť & maius corrumpitur ſm hanc corruptionē, vt dissoluatur ī minora, adhuc quod minus ē, hoc pati magis est rationabile. Duobus autem modis videmus corrumpi ignem. nam et à cōtrario L corrumpitur extinctus, & ipse à seipso marcescēs. hoc aūt patiť minor à maiore, & tāto veloci⁹, quāto vtiqꝫ fuerit minor. quare necesse est corruptibilia, & generabilia esse elementa corporum.

Dicamus igitur quòd, cum elementa nō sint infinita, neq; vnum, necessario sunt plura, & finita. Volumus aūt modo perscrutari primo M *vtrum elemēta sint æterna, aut generabilia, et corruptibilia. quoniā, cum hoc declaratum fuerit, declarabitur nobis numerus eorum, & natura. Dicamus igitur, quòd impossibile est vt elementa sint æterna. videmus.n. ignem, & aquā, & omne corpus simplex dissolui, & trāsmutari. Sed dissolutio aut erit in infinitū, aut cessabit necessario. si aūt dissolutio fuerit infinita, tempus*

A *pus dissolutionis etiam erit infinitum, & etiã tempus compositionis erit infinitum, quia omnis pars elementi dissoluitur in alio tempore. accidet igitur ex hoc sermone vt aliud tempus sit extra tempus infinitum, dico tempus cõpositionis infinitum. manifestũ est igitur quòd, si ita sit, necesse est vt aliud tempus infinitũ sit extra tempus infinitũ. quod est impossibile. Si vero dissolutio cessauerit, & steterit, s. dissolutio elemẽti in aliquo loco eius, illud*
B *corpus aut erit diuisibile, aut non, sed non corruptibile, vt dicit Empedocles. Impossibile aũt est vt sit indiuisibile, propter rõnes, quas prius diximus. Et etiã est impossibile vt sit diuisibile, sine augmẽto, & sine diminutiõe. corpus enim minus est velocioris dissolutionis, & corruptionis, quàm maius. Si igitur & corpus maius corrumpitur hac corruptione. s. dissolutione in aliud cor*
C *pus minus, dignius est vt minus recipiat magis dissolutionem, & corruptionem. Videmus quidẽ ignem corrũpi duobus modis, aut à contrario, aut vt extinguatur per se. minus aũt dignius est corrumpi à contrario maiori, & quãto magis fuerit minus, tanto magis erit facilioris corruptiõis. declaratũ est igitur quod elementa corporũ sunt generabilia, & corruptibilia omnino.*

D 52 Vult in hoc capitulo declarare ꝙ nullum corporum simpliciũ, q̃ sunt elmta corporũ rerũ compositarum, est æternũ, ingenerabile, & incorruptibile, sed sũt generabilia, & corruptibilia fm oẽs partes, siue generatio elementorũ adinuicem, & compositorum ex eis fuerit fm diuisionem, aut transmutationẽ in substantiã. qm̃, cum declaratum fuerit, ꝙ nulla pars relinquat̃ ex eis, quę nõ recipiat generationẽ, & corruptionem, contingit necessario vt generatio, & corruptio eoꝝ sit transmutatio in substantia, non in quantitate, & ideo dixit, ꝙ ex ista perscrutatione possu-
E mus scire naturas eoꝝ. Et incœpit, & dixit: Dicamus, &c. i. &, cũ hoc declaratũ sit, inquiramus vtrũ sint ęterna, &c D. d qm̃, cum hoc declaratũ fuerit, &c. i. ꝙ ex ista perscrutatione poterit declarari numerus eorum.. qm̃ elementa sunt corpora simplicia: & in hoc oẽs conueniunt. corporum autem simplicium, vt dictum est, quædam sunt æterna, & quædã generabilia, & corruptibilia. &, cũ declaratum fuerit, ꝙ elementa non sunt ęterna, oportet quærere numerum elementorũ in corporibus sim-
F plicibꝰ generabilibus, & corruptibilibus. in hoc igitur est iuuamen in hac perscrutatione in sciendo numerum, *& Deus scit. Et etiam ista ex perscrutatione potest scire naturas eorum. quoniam, cum declarauerit, ꝙ nulla pars relinquatur, quę non sit generabilis, & corruptibilis, apparebit ꝙ generatio, & corruptio sit transmutatio in substantia, non in quantitate. quoniã, si fuerit transmutatio in quantitate, scilicet iũ diuisione per quantitatem, necessario continget vnum illorum duorum modorũ

* De' scit necessariũ elmto rũ, ex quo aliq accipiũt Deũ curare in terietis.

Et, cum declaratū ē iam leue esse simpl'r, & leue eē fm comparationē, & graue simpliciter, & graue fm cōparationē, reuertamur igit, & dicam' q̄ ferè omnes Antiqui, pscrutantes de istis duabus naturis, s. graui, & leui, nō fuerunt locuti de istis spēbus earū, nisi de graui, & leui fm comparationem. Et hoc est manife-E stum ex quæstione eorum. Quęrūt enim quare sunt duo, quorum motus est ad eandem partem, & vnum eorum mouet ad inferius citius suo compari. Et hoc intendebat cum dixit: & dixerūt, quare igit sunt duo, quorū actio est æquali, &c. & hoc sicut dr̄, est signum super hoc, q̄ illi non fuerunt locuti de graui, & leui nisi tm̄ in eis, quę sunt fm comparationē. oē enim quod mouet ad eandem partē, est eiusdem spēi, aut grauis, aut leuis, & d̄ hoc, quod q̄runt, F quare illa, quę sunt huiusmodi, &c. apparet q̄ loquuntur de eisdem specie, s. aut de graui fm comparationem, si illa pars fuerit inferius, aut de leui fm cōparationē, si illa pars fuerit superius. Et, si perscrutati essent de graui, & leui simpl'r, deberēt dicere quare quędam corpora ad īferius mouentur, & quædam ad superius. D.d. &, cum hoc determinauerunt, &c. i. &, cum dederunt cām grauis, & leuis fm comparationem, & determinauerunt ipsam, putauerunt

G runt quod hoc facto iam determinauerunt causam grauis, & leuis simpliciter. D. d. sed sermo eorũ non conuenit istis, i. & apparet ex hoc, quod narrauimus de eis. quod sermo eorum de graui, & leui, s. in causis dandis, non cõuenit graui, & leui, quæ sunt simpliciter, quæ descripsimus.

Antiquorum, veterum, s. & iuniorum de Graui, & Leui sententias commemorat, & eorundem fallacias. Cap. 3.

MAnifestum autẽ erit hoc magis ijs, qui vlterius processerint. Dicunt.n. grauius, & leuius nõnulli quidem, quemadmodum in Timæo existit scriptum. Grauius quidem, quod ex pluribus eisdẽ constat, Leuius autem, quod ex paucioribus. quemadmodum plumbo plumbum maius grauius est, & æs ære: sil'r autem et aliorũ eiusdem speciei vnumquodq;. nã in excessu æqualium partium grauius vnumquodq; existit. eodẽ autem modo & ligno plũbum aiũt. ex quibusdã. n. eisdem esse omnia corpora, & vna materia, sed non videri. Sic autem determinatis, non est dictum de simpliciter leui, & graui.

Volumus igitur declarare, & exponere sermonem eorum. Quidã enim eorum determinauerũt Grauius, & Leuius, dicendo quod graue est quod componitur ex plurib. consimilibus, leue autem ex paucis v.g. quod frustum plumbi est grauius altero frusto plumbi, cum magis plumbum fuerit in eo, quam in altero. & similiter cuprum ẽ grauius alio cupro, cũ in eo fuerit magis cuprum, vt dictũ est in Timæo. Et hoc dicunt in alijs consimilibus formis. quia illud, in quo sunt plures partes, quam in suo compari, est grauius semper. & similiter dicunt de ligno, & plumbo. fingunt enim quod omnia corpora sunt cõposita ex partibus similibus, & ex vno elemento, & putauerunt hoc, & sensus non testatur eis. Modo igitur iam determinauerunt grauius, & leuius hac determinatione, & nihil dixerunt de graui, & leui simpliciter.

Cum narrauit quod Antiqui nõ fuerũt locuti de istis, nisi sm cõparationẽ, vult modo declarare hoc narrãdo sermonẽ eorũ, & d. Quidam.n. determinauerũt Grauius, & Leuius. &c. i. apparet. n. quod, cũ isti voluerũt definire graue, & leue, non definiuerũt, nisi graue, & leue sm cõparationem, s. grauius, & leuius. isti. n. dixerũt quod graue est illud, quod componitur ex pluribus elementis. & hoc intendebat pro pluribus consimilibus. Oẽs. n. conueniunt in hoc, quod elemẽta sunt cõsimilia, & quod leue est illud, quod componitur ex elemẽtis paucis. & sm hanc definitionẽ graue, & leue sunt eiusdem naturæ, & nõ differũt nisi sm magis, & minus. & hæc ẽ dispositio grauiũ in respectu, & leuiũ in respectu, non simpl'r. istæ. n. duæ naturæ sunt diuersæ in definitione, & in essentia, &c. D. d. exemplũ ad declarandũ quod sermo eorũ nõ est, nisi

A in eadẽ nã diuerſa ſm magis, & minus, & d. v.g. &c. i. & ſermo eorũ de natura grauis, et leuis eſt ſimilis ſermoni dicẽtis ꝙ hoc plũbum eſt grauius hoc plumbo, quia ĩ eo ſunt ex partibus plumbi magis q̃ in altero, & dixit hoc, quia dr̃ia eſt magna inter dicentes ꝙ hoc plumbũ eſt grauius hoc, quã in eo ſunt ex el'ntis grauib' plus, q̃ in altero, aut quia in eo ſunt ex partibus plũbi plus, q̃ ĩ altero. D. d. Et hoc dicunt in alijs conſimilibus formis, i. & hæc eſt cã, quã reddunt in graui exiſtenti in rebus, quæ ſũt eiuſdem ſpẽi, & in rebus, q

B ſunt diuerſæ ſpeciei. & hoc intendebat, cum dixit: & ſilr dicũt de ligno, & plumbo. D. d. cãm ĩ hoc, & dixit: finguntenim ꝙ oĩa corpora, &c. i. & hoc, quod dant de cauſa grauitatis, & leuitatis, eſt idem in oĩbus corporibus, ſiue eiuſdem ſpeciei, ſiue diuerſæ ſpẽi. opinabant̃. n. ꝙ oĩa corpora ſunt compoſita ex elementis eiſdem in ſpecie: quapp dicebant ꝙ graue eſt illud, ĩ quo ſunt plura elemẽta, & leue, in quo pauca. D. d. & putauerunt hoc & ſenſus nõ teſtat̃ eis. Et hoc poteſt intelligi, ꝙ iſte ſer

C mo in elementis nõ conuenit oĩb' eis, quæ vident̃ in corporibus compoſitis. dicentes. n. hunc ſermonem impoſſibile eſt eis dicere, quomodo corpora compoſita diuerſantur ſpecialiter, cum el'nta, ex quibus cõponuntur, ſint eadem in ſpecie, ſ. quomodo diuerſant̃ formæ compoſitorum, & alia multa contraria ſenſui, q̃ cõtingunt huic poſitioni. Et põt intelligi ꝙ, ſi hæc eſſent elementa, ſicut dicunt, ſentiretur corpora diſſolui in ea, & cõponi ex eis, ſicut ſentitur in quatuor el'ntis. Et, cum videatur ex ſermone eorum ꝙ ipſi nõ fuerunt locuti, niſi de grauiori, & le- D
uiori, ſ. fecit de hoc rememorationẽ. & d. modo igit̃ iam determinauerunt, &c. i. qm̃ autem iſti non dederunt, niſi cauſam grauioris, & leuioris, & nihil dixerunt de graui, & leui, q̃ dicuntur ſimpliciter, manifeſtum eſt ex hoc, quod diximus.

Nunc enim ignis quidẽ ſemper leuis eſt, & ſurſum ferẽ. terra autẽ, & terrea omnia deorſum, & ad medium. Quare, non propter paucitatem triangulorum, ex quibus conſtare aiunt vnum E
quodq; ipſorum, ignis ſurſum ferri natus eſt. nã maior minus vtiq; ferret̃, & grauior eſſet, ex pluribus cũ ſit triangulis. Nunc autẽ vr̃ contrarium, quanto. n. fuerit maior, leuior eſt, & ſurſũ ferẽ veloci', & deſuper etiã paucus citius deorſum ferẽt ignis, multus autem tardius.

Nõs autẽ videmus quod ignis eſt leuis æternæ leuitatis, & quod monetur ad ſuperius, & terra, & F
terreſtria ſunt grauia æternæ grauitatis, mobilia ad inferius, & ad medium. ſi igitur ita ſit, non propter triangulos: ex quibus elementa componuntur, monetur ignis ad ſuperius. quoniam ſi ita eſſet, ſicut dixerunt, tunc magnus ignis eſſet tardioris motus ad ſuperius, & grauior, cum componeretur ex pluribus triangulis, vt dicũt. Sed nos videmus contrarium. quoniã quãto magis fuerit maior, tanto magis

gis erit leuior, et velocioris motus ad superius. & quanto magis fuerit minor, tanto magis velocioris motus a superiori ad inferius.

9 Cum contingat eis secundum suam causam, vt eadem natura quandoque sit leuis, cum fuerit composita ex paucis elementis, & quandoque grauis, cum fuerit composita ex pluribus elementis, incœpit primo demonstrare quod in graui simpliciter, & leui simpliciter apparet contradictorium, s. quod omne leue simpliciter, siue magnum, siue paruum, i. siue compositum ex pluribus elementis, siue
H paucis, semper vr leue. i. mobile ad superius, & similiter de graui simpliciter, & d. Nos autem videmus, quod ignis est leuis, &c. i. nos autem videmus ex nostris fundamentis quod ignis omnis, siue magnus, siue paruus, & in qualibet hora, cum fuerit in loco inferiori, s. medio, mouebitur ad superius, quod est circumferentia, & similiter omnes partes terræ, siue magnæ, siue paruæ, semper mouentur ad medium. Et, cum posuit hanc propositionem, tanquam manifestam sensui, d. Si igitur ita sit, non propter triangulos, &c. i. & si hoc fundamentum sit sicut posuimus, im
I possibile est secundum opinionem dicentis, quod quatuor hæc corpora, vocata elementa, sunt composita ex triangulis, dicere quod causa, propter quam quædam sunt grauia, & quædam leuia, est, quia leue componitur ex paucioribus triangulis, & graue ex pluribus.

D. d. quoniam, si ita esset, sicut dixerunt, &c. i. quoniam, si causa grauitatis esset multitudo triangulorum, & leuitatis paucitas, ita, quod terra constaret ex multis triangulis, & ignis ex paucis, contingeret vt magnus ignis esset tardioris motus ad superius quam paruus: magnus enim plures habet triangulos K quam paruus: sed non ita est: ergo multitudo triangulorum non est causa grauitatis, neque paucitas leuitatis. D. d. quoniam quanto magis fuerit maior, &c. s. ignis. D. d. & quanto magis fuerit minor, &c. i. & quanto magis ignis fuerit minor, tanto motus eius violente ad inferius erit facilior. & hoc contingit eis, quia ponunt hos triangulos eiusdem naturæ. Et, si dixerunt quod quidam eorum sunt graues, & quidam leues, & graue componitur ex triangulis grauibus, & leue ex leuibus, non contingeret eis hæc contradictio. & hæc contradictio est vniuersalis omnibus ponentibus quatuor L elementa esse composita ex elementis consimilibus, siue superficiebus, siue partibus indiuisibilibus, & quod causa grauitatis, & leuitatis est multitudo, & paucitas eorum.

Ad hæc autem, quoniam quod pauciora quidem habet ea, quæ sunt eiusdem generis, leuius esse dicunt, quod autem plura grauius, aerem autem, & ignem, & aquam ex eisdem esse triangulis, sed differre paucitate, ac multitudine, quapropter hoc quidem M ipsorum esse leuius, hoc autem grauius, erit aliqua multitudo aeris, quæ grauior aqua erit. Accidit autem totum contrarium, nam & semper maior aer sursum fertur magis, & omnino quælibet pars aeris sursum ex aqua fertur.

Dicamus etiam aliter alio sermone quod, si corpus leuius fuerit leue, quia componitur ex homogeneis paucis, & corpus grauius fuerit

A *rit graue, quia componitur ex homogeneis multis. ignis autem, & aer, & aqua componuntur ex similibus triangulis, sed distant in paucitate, & multitudine triangulorum, ex quibus videntur grauiora, aut leuiora se adinuicem, necessarium est, vt aliqua quantitas aeris in multitudine sit grauior aqua. tunc igitur debet aer moueri ad inferius. quod est impossibile.* B *Videtur enim quòd quanto magis aer fuerit maior, tanto citius mouebitur ad superius.*

10 In prima* demõstratione demonstrauit eis accidere ꝙ pars maior ignis, aut terræ mouetur tardius q̃ minor, in hac autem ꝙ pars maior leuis elemẽti mouetur ad partem, ad quam minor pars corporis grauis mouetur. & d. ꝙ. cũ posuerimus ꝙ leue, inquantum est leue, componitur ex elementis conuenientibus C in forma, sed paucis, & graue simpliciter econtrario, s. componit ex illis eisdem elementis, sed multis, contingit vt aliqua pars aeris, aut ignis sit grauior aliqua parte terræ, ita, ꝙ illa pars aeris, aut ignis debet moueri ad inferius. possibile est. n. accipere partem aeris magnam, i qua sint plura elemẽta q̃ in terra parua: quapropter continget vt illa pars magna aeris descendat ad inferius. Et hoc intendebat, cum d. necessariũ est vt aliqua quantitas aeris in multitudine, &c. i. possumus bene accipere partem aeris magnam, in qua sint plures trianguli, q̃ in parte parua terræ: quapropter debet moueri ad inferius citiùs, q̃ illa pars parua terræ. sed contrarium vł esse. quanto enim aer fuerit maior, tanto citius mouebitur ad superius. D

*a.l. contradictione.

Nonnulli igitur hoc modo de leui, & graui determinauerunt. Alijs autem non satis visum est sic distinguere, sed quamuis Antiquiores essent ea, quæ nunc ẽ, ætate, nouo magis modo de ijs, quæ nunc sunt dicta, intellexerunt. videntur enim corporum quædam, mole quidem minora existentia, grauiora autem. Patet igit ꝙ non satis est dicere ex æqualibus ipsis primis ea componi, q̃ æque grauia sunt. æqualia enim essent mole. E

Secundum igitur hunc modum distinxerunt isti graue, & leue, & hac dispositione disposuerũt ea. Alijs vero displicuit ista distinctio, & dispositio, quapropter illi distinxerunt hoc, & alia scientia determinauerunt, & sunt isti priores alijs in tempore. F *& nos videmus quòd quædam corpora sunt maioris spissitudinis quàm alia: corpus enim durissimum est grauius. Declaratum est igitur: quòd graue, & leue non sunt ex multitudine, & paucitate homogeneorum. quoniam, si ita esset: tunc spissitudo in eis esset æqualis.*

11 Per hoc, quod dixit: Secundũ igitur hunc modum, innuit dicẽtes ꝙ causa grauis, & leuis sit multitudo, vel paucitas triangulorũ, s. Platonem, & eius sequaces, & per hoc, q̃d d. Alijs

G d Alijs.&c.innuit Democritum, & eius sequaces, dicentes partem eē indiuisibilē. sermo.n.istorū φ cā grauitatis, & leuitatis sit multitudo, & paucitas elementorum, s. corporum indiuisibilium, est magis couenienś naturę, q̃ sermo Platonis. & ideo dixit, φ iste sermo ē prior ī tpe, q̃ ali⁹. i.& deberet eē ecōtrario sermo.n.posterioris deberet eē acutior, & rectior. & in hoc reprehendit Platonē. D. d. & nos videmus φ quędā corpora, &c. i. & intēdit hic per spissitudinem magnitudinem, & est iste ser-

H mo contradicens, dicentibus φ causa grauitatis, & leuitatis est multitudo, & paucitas elementorum. cū.n. contradixerit huic opinioni in graui, & leui simpl'r, incœpit hic cōtradicere ei etiam in graui, & leui, fm comparationem, dicendo φ, si causa, pp quam quędam corpora sunt grauiora, aut leuiora, esset multitudo, aut paucitas elementorū consimilium, siue triāgulorum, siue corporum indiuisibilium, contingeret vt nullum corpus minus videretur

I esse grauius alio corpore maiori, vt de plumbo, & ferro, s. φ pars minor plumbi est grauior parte maiori ferri. Et manifestum est φ, si plumbū, & ferrum componantur ex corporibus indiuisibilib⁹, aut ex superficiebus, aut triangulis, φ maius est plurium superficierum, aut pluriū corporum indiuisibilium: quia ista elementa sunt infinita ī numero in cōpositis paruis, & magnis. & ī hoc oēs coueniunt, nisi dicant foramina esse, & vacuum, quę dicunt esse quidam dicentes esse corpora indiuisibilia. & ideo putat quod dicere hęc corpora esse, est valde sufficiens. D. d. quoniam, si ita esset, &c. i. quoniā si causa grauitatis, & leuitatis esset multitudo, & paucitas partium, cōtingeret vt omnia corpora grauia ęqualia in grauitate essent ęqualia in magnitudine. sed contrarium videtur esse. K

Prima autē, & diuisibilia ijs quidem, qui plāta dicunt eē, ex quibus constant grauitatem habentia corpora, absurdum est dicere, ijs vero, qui solida, magis contingit dicere ipsorum mai⁹ esse grauius. Compositorū aūt, qm̄ non videtur hoc vnūquodque sese habere modo, sed multa grauiora videm⁹ minora mole esse, quemadmodum lana, ęs, aliam esse causam & putant quidam, & dicunt. L

Dicentes vero corpora esse composita ex partibus indiuisibilibus, qui eorum componunt corpora ex superficiebus, impossibile est eis dicere quod quanto magis superficies fuerit maior, tāto magis corpus cōpositum erit grauius. nam hoc est impossibile omnino. Qui vero componunt corpora ex corporibus indiuisibilibus, habentibus tres dimensiones, possibile est eis dicere, quod corpus maius est grauius. sed hoc non potest dicere, nisi in primis corporibus simplicibus, in compositis autem nō. videmus enim quod corpora composita sunt grauia, & leuia secundum hunc modum. videmus.n. multa corpora parua grauiora alijs magnis, vt cuprū lana. M

Cum

A Cũ narrauit q causa data ab istis
12 in grauitate, & leuitate, non est gra
Abbreuiatio. uitatis, & leuitatis, quæ sunt simpli-
citer fm positionē dicentis esse ele-
menta superficies, & fm opinionē
dicentis ea esse corpora īdiuisibilia,
& narrauit quot impossibilia sequū
tur ex hoc, & etiam q non possunt
reddere causam perfectę grauis, &
leuis fm cōparationem, s. in cōpo-
sitis, incœpit demōstrare istas duas
sectas, in quo differunt, in dādo cau
sam grauitatis, & leuitatis fm com-
parationem in ipsis elementis. Dicē
tes. n. elemēta esse corpora indiuisi-
B bilia possunt reddere causam graui
tatis, & leuitatis ipsorum elemento
rū fm comparationē, licet non pos
sint in compositis. Dicentes autem
superficies esse, neq; in compositis,
neq; in simplicib⁹ possunt dare cau
sam. Et ideo opinio de corporib⁹ in
diuisibilibus magis est conueniens
naturæ. ponūt enim ea esse diuersa
in quātitate, quapropter possunt di
cere, q quædam eorum corporum,
s. maiora sunt grauiora quibusdā,
s. paruis. qm̄ corporū, q̄ sunt eiusdē
C naturæ, maiora sunt grauiora mi-
noribus. Sed, cum quæsitum fuerit
ab eis quare q̄dam composita par-
ua sunt grauiora q̄busdā magnis,
nihil potuerunt dicere. composita
enim parua componūtur apud eos
ex partibus minoribus, & sunt leuio
ra. isti igit̄ possunt dare causam gra
uitatis fm comparationem in sim-
plicibus, sed non in compositis. Di-
centes aūt supficies esse neq; in sim-
plicibus, neq; in cōpositis, in simpli
cibus aūt, quia nō possunt dicere q
magna supficies est grauior parua,
sicut illi possunt dicere q corp⁹ ma-
gnum est grauius paruo, intelligibi
le. n. est vt fm diuersitatem corporū D
diuersetur grauitas, fm aūt diuersitatē
superficierum non est intelligibile,
cum grauitas non dicatur de super-
ficie. Hæc igit̄ est summa istius ca-
pituli. Et d. Dicentes vero corpora
esse cōposita ex partibus indiuisibi-
libus, s. ex elementis indiuisibilibus.
dicentes. n. elemēta esse triangulos.
dicunt partes esse indiuisibiles in cō
posito, quia trianguli non dissoluū-
tur in aliquid, sed aliæ superficies dis
soluunt̄ in eos. D. d. qui eorum cō-
ponunt corpora ex superficiebus,
i. dicentes aūt, q elementa sunt triā-
guli, non possunt specificare omni-
no has superficies, dicendo q quędā E
earum sunt grauiores quibusdam,
ita, q possint dicere q corpora leuia
componunt̄ ex supficiebus leuibus,
& grauia ex grauibus. D. d. Qui ve-
ro componunt corpora ex corpori-
bus indiuisibilibus, &c. i. qui autem
componunt corpora ex magnitudi
nibus habentibus tres mensuras in-
diuisibiles, possunt dicere, q quædā
corpora indiuisibilia sunt grauiora F
quibusdam, qm̄ sunt maiora eis. &
pp hoc possunt dicere, q corpora
composita ex eis grauia simpliciter
sunt ex partibus magnis, & leuia ex
paruis. D. d in corporalib⁹ aūt cōpo
sitis nihil possunt dicere, s. quare q̄-
dam corpora cōposita grauia sunt
grauiora q̄busdā, sicut hoc nō pos-
sunt dicere dicentes superficies. D.
dedit causam sup hoc, & d. videm⁹
enim q corpora cōposita sunt gra-
uia, & leuia, &c. i. & impossē ē ei fm
hanc opinionem dicere, qua de cau
sa corpora composita grauia sunt ī
grauitate maiori ad seinuicem con
tingeret n. eis fm hanc positionem
vt graui⁹ esset maius, sed nō vr̄ ita.
corpus

G corp' enim cupri paruum grauius, est corpore magno lanæ. & hoc, qđ dixit necesse ē eis. qm̄, si cā excessus grauitatis corporū in grauitate est multitudo partium facientium grauitatem, necesse est ꝙ illud, qđ est plurium partiū, sit grauius: sed maius debet esse plurium partium: ergo maius est grauius. cuius contrarium vr̄.

Obiectio. Et potest aliquis dicere ꝙ, cum dicentes partes esse indiuisibiles dicunt, ꝙ leue simpliciter sit ex ī-diuisibilibus partibus paruis, & graue simpl'r ex indiuisibilibus partib' (H) magnis, & apud eos sunt partes infinitæ in corpore magno, & paruo, non contingit eis hoc, qđ dixit Ari. s. ꝙ corpus magnum aeris erit grauius corpore paruo terræ. partes. n. ex quibus componitur aer apud illos, sunt paruę. & ex quibus componit' terra, sunt magnæ, & nunq̄ ex paruis congregatur aliquod graue, neq; ex magnis aliquod leue, & si essent in fine paucitatis.

Solutio. Et dissolutio est, ꝙ magnæ, & paruæ non differunt qualitate, ita, ꝙ natura consequens istam partem sit alia a conse-(I)quente illam, sed tm̄ differunt quātitate. & sic reuertetur sermo eorū in hoc, ꝙ graue, & leue non differunt, nisi per maius, & minus, & cōtingunt eis contradictiones, quas dedit eis Arist. & necessarium est dicere eis ꝙ corpora composita non sunt maiora se inuicē, nisi quia aut constat ex plurib' partibus, aut ex maioribus. Hæc igitur est contradictio eius cōtra dicētes hanc opinionem in graui, & leui simpliciter, & sm̄ comparationem.

Vacuum enim comprehensum corpora leuia reddere aiūt, & facere interdū maiora leuiora. plus enim habere vacui. ob (K) hoc enim & mole esse maiora, composita sæpe ex æqualibus solidis, aut minoribus. omnino autem & omnis leuioris causā esse plus inesse vacui. dicunt igitur hoc modo.

Alij vero dicunt, quòd causa leuis, & grauis non est hoc, quod isti dicunt, sed vacuum existens in corporibus, quod eleuat ea ad superius, ita, quòd forsitan corpora magna efficiuntur leuiora, quia in eis existit multum vacuum. & ideo (L) *sunt maiora in spißitudine, quamuis sint composita, sicut alia corpora eis similia æqualiter in multitudine & paucitate. & dico vniuersaliter quòd isti dicūt quòd cā, propter quam hoc est leuius hoc, ē: quia habet in se maius vacuum: quam hoc. secundum igitur hunc modū dicūt grauius & leuius esse.*

Cum compleuit contradicere di- 13
centibus ꝙ causa grauitatis, & leui- (M)
tatis ē multitudo, & paucitas eorum, incœpit contradicere dicentibus ꝙ causa est ī hoc multitudo, & paucitas vacui existētis in corpore, & primo narrat istorum opinionē, dicendo: Alij vero dicunt, &c. & d. existens in corporibus, quia dicentes vacuum esse sunt bipartiti. Quidam. n. dicunt ꝙ vacuum est consistens per se, abstractum a corporib'. Quidam autem dicunt ipsum esse profundatum in corporibus, & dicunt ipsum esse causam leuitatis, & plenum esse causam grauitatis, & d. ꝙ eleuat ea ad superius, ad demonstrandum

A strandum φ contingit eis φ vacuũ debet moueri. nam, si mouerit, non mouebit, nisi cum moueat. D. d. ita φ forsitan corpora magna, &c hæc est ratio eorum. & quasi dicat, & pbant hoc, quia nos videmus multa corpora sensibilia magna leuiora alijs paruis. & hoc non põt eẽ, nisi vacuũ existens in illis sit maius vacuo, existente in corporib⁹ paruis. D d & ideo sunt maiora in spissitu dine, i. φ causa magnitudinis ĩ corpore leuiori non est, quia in eo sint partes plures q̃ in corpore grauiori minori: sed causa est, quia in eo est vacuum maius. D. d. quãuis sint cõ

B posita, &c. i. φ vacuũ ĩ eis est cã magnitudinis, quis hęc corpa constẽt ex ptib⁹, ęqualib⁹ ptib⁹ ex quib⁹ cõstant minora grauiora. & hoc vſ in pluribus corporibus ęqualibus in magnitudine. & paruitate, s. φ partes, ex quib⁹ componunt, sũt ęquales, & sermo illorum est magis sufficiens sermone illorum. illi. n. non possunt dicere quare hoc corpus: licet videaẽ maius, sit leuius, isti aũtẽ possunt dicere hoc, ponẽdo vacuũ. Et, cum d sermonem eorũ distĩcte,

C collegit ipsum, & d. & dico vſr, &c. i. & dico vſr φ causa, pp quã hoc corpus est leui⁹. & hoc grauius, est, qm̃ in corpore leuiori est plus vacuũ q̃ in grauiori, siue in eo fuerint plures partes q̃ in grauiori, aut ęquales eis, aut pauciores, i. quia isti non cõparent inter grauius, & leuius, nisi pp solummodo vacuum, non propter vacuum, & partes. Dispositio enim in hoc tribus modis potest imagina ri, aut φ leue est illud, cuius pportio vacui, quod est in eo ad plenum est maior, q̃ proportio vacui, quod est in graui ad plenum, quod est in eo. & ipse bene perscrutabitur ĩ his tribus diuisionibus post, & si ipsi non dicant, nisi vnam istarum. D Vide oẽs modos in principio cõmenti sequẽtis.

Necesse autem est addere, sic determinantibus non solum vacui habere plus, si leuius sit, sed & solidi minus. Si enim excedet talem proportionem, non erit leuius. Ob hoc enim & ignem eẽ aiunt leuissimum, quia plurimũ habet vacui. accidet igitur multum aurum plus habens vacui, modico igne esse leuius, nisi & solidũ habebit multiplex. quare hoc est dicendum.

E *Nos autem dicamus, quòd dicentes hunc sermonem, & distinguentes has duas proprietates hac demõstratione, necesse est eis vt nõ proponant vacuum causam leuitatis tantum, sed vt ponant causam eius, quòd in eo sit ex corpore minus. Quoniam, si non fuerit ita, tũc leue non erit leue omnino. Si. n. dixerint, quòd ignis est leuis, quia cõstat ex maiori vacuo, continget eorum sermoni vt aurum multũ sit* F *leuius igne pauco; quoniam vacuũ est in eo maius, quapropter necesse erit eis dicere, quòd oportet vt in igne sit ex corpore multipliciter eius, quod est in auro, ita, quòd sit leuius auro.*

Cum hæc dispositio imaginetur tribus modis, quorũ Vnus est, φ leue est illud, quod constat ex maiori vacuo, siue constet ex partibus paucioribus, aut plurib⁹. Secundus aũt 14

G est, ꝙ leue est illud, qđ cōstat ex maiori vacuo, & minori pleno. Tertius vero est, ꝙ leue est illud, in quo proportio vacui ad plenū est maior q̃ ī graui, & incœpit declarare ꝙ dicēti hunc sermonē cōtingit cito dicere secundū, s. dicere ꝙ leue est illud, in quo est maius vacuū, & partes pauciores, & graue econtrario. & d. hoc quia iste sermo est sufficiētior q̃ primus, licet ipse destruat vtrunq; Et d. Nos aūt dicamus, &c. i. ꝙ definiētes leue ita, s. p illud, ꝙ est de vacuo multum in eo, & graue p illud, ꝙ in eo est multum de pleno, & contenti sunt in definitione harū duarū proprietarum, necesse est eis addere in definitione leuis, & ꝙ in eo est parū
H de pleno, & addere in definitiōe grauis, & multū de pleno. D. dedit causam, & d. Q̄m̄, si ita non fuerit, tunc leue non erit leue oīno. i. contingit enim eis vt nō inueniatur leue simpliciter, aut graue simpl'r, sed graue reuertetur leue, & leue graue. D. d. Si. n. dixerint ꝙ ignis est leuis, &c. i. q̄m̄, si definiuerīt leue p illud, quod in eo est magis đ vacuo, q̃ in graui, & fuerint contenti hac definitione, continget eis vt multum aurum sit leuius paruo igne. q̄m̄, si posuerim⁹ aliquam partē ignis, in qua sit aliqua quātitas vacui maior vacuo exi
I stēti in aliqua parte terrę, aut auri, possibile est multiplicare illam partem terrę, aut auri: quapropter multiplicabitur vacuū, quod est in ea, donec sit vacuū in terra multa maius vacuo, quod est in paruo igne: & sic leuior erit q̃ paru⁹ ignis: & sic terra multa erit leuis, quod est inopinabile D. d. quapropter necesse erit eis dicere ꝙ oportet, &c. i. continget igitur eis vt ignis non sit leuis in respectu frusti illius auri, do K nec in eo sit de pleno magis, q̃ ī illo frusto. tūc enim contingit vt in eo sit magis de vacuo, & hoc necesse ē huic positioni. q̄m̄, cum proportio vacui ad plenum, sit eadem proportio in corporibus grauibus, & leuibus, & leue est illud, ī quo de vacuo est magis, necesse est vt eadem res sit grauis, & leuis insimul: leuis quidem in respectu ei⁹, quod est minoris vacui, & hoc erit, cum fuerit minoris pleni: grauis autem ī respectu eius, quod est maioris vacui, & hoc est, cum fuerit maioris pleni.

Quidam igitur eorū, qui nō dicunt esse vacuum, nihil determinauerunt de leui, & graui, vt Anaxagoras, & Emped. Qui ve L ro determinauerunt quidē, non autem dicūt esse vacuum, nihil dixerunt, cur corporum hæc quidem simpliciter leuia sunt, illa vero grauia, & ferunt hæc quidem semper sursum, illa autem deorsum. Præterea de eo, ꝙ corporum quædā maiore mole existentia, leuiora minoribus sunt, nihil meminerunt. neq; manifestum est quo pacto ex ȷ̃s, q̃ sunt dicta, consentanea apparentib⁹ dicere ipsis accidet.

Et dicamus etiam, quod Antiquorum abnegantium vacuum esse, & dicentium quod nullum vacuum existit in mūdo, quidam nihil dixerunt de graui, & leui, & nullam distinctionem dederūt inter ea, vt Anaxagoras, & Empedocles. Quidam autem locuti fuerunt M

A *runt de eis, & distinctionem fecerunt inter ea, sed non distinxerunt, quare hoc corp' videtur graue simpliciter, hoc autem leue simpliciter, & quare illa mouentur semper ad superius, hæc autem ad inferius, & quare corpus quoddam, licet sit maius in spissitudine, est leuius alio minoris spissitudinis. quoniam, cũ isti locuti fuerint de hoc, tamen non aperte, & etiam cõtra dixerunt sensui. & hoc manifestũ est, sicut diximus superius.*

B Anteq̃ compleat cõtradictiones,
15 contradicentes ꝙ vacuum est causa leuitatis oĩbus modis possibilib' dici ab eis, vult narrare quomodo fuerint sectæ Antiquorum in hoc, ad demonstrandum ꝙ ipse addit. Erant igitur tres sectæ. qm̃ Quidã non dicebant vacuum esse, & etiam nihil dicebãt de causa grauis, & leuis. Quidam vero non dicebant ẽt vacuum esse, sed locuti fuerunt de causa grauis, & leuis, sed nihil dixerũt de causa, propter quam hoc est leue simpliciter, & hoc graue simpliciter, sed de eis, quę sunt fm cõparationem tm̃. Quidam autem dicebant vacuum esse. & sermo eius in
C hoc cap. intellectus est per se Et d. & contradixerunt sensui. quia causæ, quas dederunt, non conueniunt huic, qđ appaiet sensui de leui simpliciter, & est ꝙ omnis pars ei' mouetur semper ad superius. & etiam de graui simplr, s. ꝙ omnis pars ei' mouetur semper ad inferius, neque possunt fatere cõuenientiam inter hoc, qđ dicunt de paucitate, & multitudine partium, & hoc, quod vide-

tur ꝙ q̃dam corpora sunt maiora, D & cum hoc leuiora. Dicemus ãt vacuum esse, bene possunt dare cãm in hoc, quamuis non possunt dare causam grauis, & leuis simpliciter.

Necessarium autẽ est & eos, qui de ignis leuitate, multũ vacui habere, causam dicunt eẽ, se rẽ in eisdem hærere difficultatibus. min⁹.n. habebit solidi alijs corporibus, & vacui plus. attñ erit quædam ignis multitudo, in qua solidum, ac plenum excedit solida cõtenta in aliqua modica multitudine terrę. Si aũt dixerint & vacui, quonã pacto definiẽt ipm simplr graue? Aut.n. ex eo, quia pl⁹ solidi hẽt, aut qa minus vacui. Si igit̃ hoc dicent, E erit q̃dã multitudo terræ adeo pauca, in qua solidi erit minus, q̃ı magna magnitudine ignis. Sil'r aũt &, si vacuo definierint, erit aliquid, qđ semp deorsum fertur, leuius leui simplr, & lato semp sursum. hoc aũt est ĩpoſe. Simplr enim leue ſp leuius ijs ẽ, q̃ grauitatẽ hñt, ac ferunẽ deorsum. Leuius autem non semper leue est, propterea ꝙ dicitur in habẽtibus grauitatem alterum F altero leuius, vt aqua terra. At vero neq; hoc, vacuũ, s. proportionabiliter se habere ad plenũ, sufficiens est ad soluendam nũc dictam dubitationẽ. Accidet.n. & hoc modo dicentibus similiter impossibile. nam in maiore igni atq; in minore eandem habebit rationẽ solidũ ad vacuũ. fertur autẽ velocius sursum ma-

G ior ignis minore, & deorsũ rursus, similiter maius aurũ, & plũbum. similiter autem & aliorũ vnumquodq; habẽtium grauitatem. non oportebat autẽ hoc accidere, si hoc, definitum est graue, ac leue.

Dicamus igitur, quòd dicentes etiam quòd causa leuitatis ignis ẽ multitudo vacui, necessario contingunt eis etiam hæ oppositiones, & non possunt euadere ab eis. in igne enim est min⁹ de corporeitate, quã
H *in alijs corporibus, & plus de vacuo, quam in alijs. & secundũ hoc erit ignis multus, in quo sit ex corporeitate magis, quam existat in terra pauca, & tamẽ est leuior ea. Et, si dixerint quòd res forte est leuis propter vacuum, existẽs in ea, non propter corpus, respondebimus eis, dicẽdo, quomodo definitis graue simpliciter? Dicẽt enim aut propter multitudinem corporis, quod*
I *est in eo. Et tunc dicemus quòd bene possumus inuenire aliquã quantitatem terræ, in qua sit de corpore minus quam in magno igne, & tunc non erit impossibile vt ignis sit grauior terra. Et, si dixerint, quod leuior est res, propter vacuũ, quod est in eo, dicemus tunc, necessario contingit vt aliqua quãtitas rei, quæ semper mouetur ad inferi⁹, sit leuior re leui simpliciter, quæ semper mouetur ad superius. quod est impossibile. Leue.n. simpliciter* K
semper est leuius omnibus grauib. quæ ad inferius mouentur. Leuius autem non est leue semper. grauia autem dicũtur esse leuiora se inuicem, vt dicamus quod aqua est leuior terra. Si igitur dixerint quod oportet vt vacuum, existens in re sit æquale pleno, existenti in ea, ita quod sit leuis, & grauis, dicemus quod etiam per hoc ingenium non potestis euadere a quæstione nostra. Quoniam ex hoc sermone vestro cõtingit vobis impossibile. quoniam L
in multo igne, & in pauco tantum existit de corpore proportionaliter, quantum de vacuo æqualiter. & secundum hoc ignis multus mouetur ad superius citius, quam paucus & similiter aurum & plumbum multum mouẽtur ad inferius citius, s. quam paucum, & similiter alia grauia. & non deberent esse ita, si graue, & leue essent secundum distinctionem eorum. M

Cum dixit opinionem dicentiũ vacuum esse de graui, & leui, & contradixit vni modorũ possibiliũ dici vacuum esse causam leuis, reuersus est ad contradicendũ eis, qui dicũt ꝙ causa leuitatis est vacuum, & ad perficiendum sermonem in hoc, numerando modos, s̃m quos possibile est imaginari vacuum esse causam leuitatis, & postea destruendo vnũquodq; eorum. Et abbreuiatio sui sermonis est ꝙ dicentes ꝙ vacuum est causa leuitatis non possunt euadere 16 Abbreuiatio.

dere

A dere a tribus modis. Aut, vt dicāt ꝙ leue est illud, in quo est paucum de pleno, & graue est illud, in quo est multū de pleno. Aut dicant ꝙ leue est illud, in quo est multū de vacuo & graue est illud in quo est parum de vacuo. Aut, vt dicant ꝙ leue est illud, in quo est de vacuo plus q̄ de pleno, & graue econtrario. Si igitur dixerint ꝙ leue est illud, in quo est paucū de pleno, cōtinget eis vt illud ex partibus terræ paruis, in quo est de pleno minus, q̄ in parte magna ignis, sit leuius igne, quāuis sit terra. quod est impos'e. Et, si dixerint
B modū secūdū esse, & est ꝙ leue est, in quo est multū de vacuo, cōtinget eis vt ps magna terrę sit leuior parte parua ignis. nā pars magna terrę constat ex multo vacuo. Et, si dixerint tertiū modum esse, s. illud, cui⁹ proportio vacui ad plenū est maior q̄ in graui, continget ēt eis impos'e, s. vt velocitas parui ignis, & magni, sit æqualis. quod est cōtrariū visui. ignis. n. magn⁹ vr̄ velocior. & sil'r de terra, s. vt terra magna non sit velocioris descensus, q̄ parua. Et cā hui⁹
C est ꝙ ꝓportio vacui ad plenū eadē est in terra magna, & parua, & sil'r ī igne. Et d. Dicamus igit', &c. i. & dicamus ꝙ dicētes cām leuitatis ignis esse multitudinem vacui, necessariò contingunt eis hęc impossibilia, q̄ dicam. D. d. in igne. n. minus est de corporeitate, &c. i. cōtinget. n. eis dicere ꝙ in leui simpl'r, s. igne oportet esse de corpore minus, & de vacuo magis, q̄ ī alijs ēntis. D. d. & fm hoc erit ignis multus, &c. i. huic aūt definitioni leuis cōtingit diminutio. vr̄. n. ꝙ aliquid sit leuius aliquo, & non hēt ī respectu ipsius has duas dispositiones. v. g. ꝙ magnus ignis, in quo existit de corporeitate, s. de pleno magis, q̄ ī terra parua, est leuior,
D tn̄ non inueniunt' in eo hęc duo p̄dicta, s. ꝙ iste ignis in respectu isti⁹ partis terræ non est maioris vacuitatis, & minoris corporeitatis, sed maioris vacuitatis tm̄ contingit igitur necessario vt sit iste modus leuis alius ab eo. qui continet' sub eorū * dispōne. & est ꝙ non est leue, nisi inquantū est in eo magis de vacuo tm̄. & fm hoc cōtingit eis, cū voluerint definire leue definitiōe, cui non contingat hæc obiectio, dicere ꝙ est illud, in quo est pl⁹ de vacuo tm̄, & non addere definitionī, & minus de
E pleno. Et d. post. Et si dixerint ꝙ res forte est leuis, &c. i. &, si dixerint ꝙ res forte est leuis, quia in ea est plus de vacuo, quāuis non sit in ea min⁹ de corpore, cōtingit eis vt definitiō leuis v'lis sit illud, in quo est plus de vacuo. & tūc q̄rendū est ab eis q̄uo definiunt graue simpl'r fm hanc definitionē D. d. Dicēt. n. aut pp multitudinē corporis, i. necesse est eis definire graue simpl'r p illud, s. ita, ꝙ est illud, in quo est plus de corpore. qm̄ graue simpl't est illud, quod est leui contrarium simpl'r. &, cum necesse sit eis definire leue simpl'r ita,
F quod sit illud, in quo est plus de vacuo, & etiam necesse est eis definire graue simpl'r ita, quod est illud, in quo est plus de corpore. D. d. Et tūc dicemus, &c. i. &, si dixerint ꝙ definitio grauis, sicut contingit eis, est illud, in quo est plus de corpore, dicemus eis ꝙ nos videm⁹ aliquam partem terræ paruā, ī qua est de corporeitate min⁹, q̄ in p̄te magna ignis. & fm hoc contingit vt aliquis ignis sit grauior terra qd est īpos'e. Et cū d. diminutionem accidentē ei, qui

* a. I definitione.

 defi-

G definiuit leue simpl'r p multum de vacuo, & parum de pleno, & ei, qui definiuit ipsum p multũ de vacuo, quia contingit ei definire suum cõtrarium, quod est graue, per multũ de pleno, &, cum d. impossibilia cõtingẽtia huic, vult etiam dicere impossibilia contingentia huic ẽt definitioni leuis. & ista contradictio differt a prima. quia in prima contradixit definitioni leuis, pp contradictionem ad definitionem sui cõtrarij, quæ sequit ab eo, in ista aũt con
H tradixit ipsi definitioni. Et d. Et, si dixerint φ leuior est res pp vacuũ, quod est in eo, dicemus, &c. i. φ, cũ posuerint φ res leuis simpl'r, & est illud, cuius quælibet pars semper mouetur ad superius, est illud, in quo est plus de vacuo, poss'e est inuenire aliquam quantitatem magnã eius, quod semper mouetur ad inferius, & est graue simpl'r, in qua sit de vacuo plus, q̃ in aliqua quãtitate parua leuis simpl'r, & sic erit aliqua quãtitas grauis simpl'r leuior aliqua q̃titate leuis simpl'r. quod est imposs'e. Leue enim simpl'r semper est leuiꝰ omnibus grauibus, quæ ad inferius mouet̃ur, i. & est Imposs'e vt aliquod
I simpl'r graue, sit leuius leui simpl'r. quia leue simpl'r est illud, quod est leuius omnibꝰ partibus grauis simpliciter, quia ad superius mouetur. & cum imposs'e sit in graui, & leui simpl'r, s. vt aliquod graue simpliciter sit leuius aliquo leui simpl'r, aut vt aliquod leue simpliciter sit grauius aliquo graui simpl'r. hoc. n. nõ est possibile, nisi in graui, & leui ſm comparationem. Et, cum ita sit, dedit causam in hoc, & d. Leuius aũt non est leue semper, i. causa, pp quã idem videtur grauius aliquo, & le-

uius alio, est, quia graue, & grauius ſm comparationem eiusdem generis sunt: sed differunt ſm magis, & minus, vt aqua & terra, quæ sunt ex genere grauis simpl'r, sed differunt ſm magis, & minus. & sil'r ignis, & aer: quæ sunt ex genere leuis simpliciter. Leue autẽ simpliciter, & Graue simpliciter non sunt eiusdem generis. & ideo imposs'e est vt pars alicuius eorum sit grauior in comparatione ad aliquã partem alterius, & leuior in cõparatione ad aliquã partem. v. g. quia impossibile est inuenire partem terrę leuiorem parte ignis, & grauiorem aliqua parte ipsius, & possibile est inuenire partem ignis leuiorem parte ignis, & minoris leuitatis q̃ alterius partis sit leuitas, & sil'r possibile est inuenire aliq̃ quantitatem terræ grauiorem alia parte suijpsius, & leuiorem alia parte suiipsius. & similiter dicimus etiã in medijs esse grauius, & leuius respectu extremorum, v. g. φ dicendũ est φ aqua ẽ leuior terra, licet vtraque sit grauis, & grauior aere. & aer non est de genere grauis. & sil'r dicẽdum est φ aer est grauior igne, & leuior aqua, & nõ est ex genere grauis. Graue enim, & leue ſm comparationem dñr duobꝰ modis, aut ſm comparationem eiusdem elementi partium diuersæ quãtitatis ad inuicem in grauitate, & leuitate. aut ſm comparationem medij ad sua extrema, vt per comparationem aquę ad terram, & ad aerẽ, & aeris ad ignẽ, & ad aquam. Et, cum destruxit sermonem definiẽtis leue, quod est illud, in quo est multum de vacuo, & parum de pleno. & definiẽtis ipsum etiam, φ est illud etiam, in quo est multum de vacuo, & remãsit ad destruen-

A struendum tertius modus, qui ē magis sufficiens pdictis, s. φ Leue est illud. cuius proportio vacui ad plenū est proportio terminata, Graue aūt est illud, in quo est proportio hæc minor. &, cum hoc fecit, vult loqui cū eis de hoc mō, & d. Si igiť dixerūt φ oportet vt vacuum, exñs in re, sit ęquale pleno, exñti I ea, &c. i. &, si dixerint φ vacuum in qualibet parte rerum grauium, aut leuium, hēt ad plenū proportionem terminatam, ita, φ proportio vacuī ad plenum in magna quātitate, sit eadem cum ꝓportione vacui ad plenum I parua. B v. g. φ, si in aliqua quantitate ignis sint de pleno decē, erūt de vacuo viginti. &, si quinq; erunt decē & ista proportio semp conseruať in qualibet parte ignis, siue parua, siue magna, & erit proportio vacui ad plenū in terra econuerso, & siľr in qualibet parte ipsius, s. φ semper plenū sit duplex vacui. & fm hoc, vacuum & plenum in medijs inter ignem, & terram erunt in proportione æquali, aut propè ita, φ hæc media sint grauia, & leuia insimul fm comparationem extremorū. Et hæc expō C est vna, q̄ potest adaptari suo sermoni, in quo d φ oportet vt vacuū sit in re ęquale pleno, exñti in ea, ita, φ res sit grauior, & leuior, i. in medioribus inter extrema. Et fm hāc expositionem tacuit extrema. cum. n. dispositio mediorū fuerit talis, manifestum est φ extrema erunt econtrario huic positioni, ita, φ leue erit illud, in quo est plus de vacuo, q̄ de pleno, & graue ecōuerso, s. est illud in quo est plᵘ de pleno, q̄ de vacuo, fm φ in leui est de vacuo plus, q̄ de pleno. Et putamus hoc p hoc, qđ d. ita φ res sit grauis, & leuis. & potest

Alia expositio.

intelligi sic, ita φ vacuum sit de pleno in aliqua proportione terminata æquali in omnibus partibus magnis, & paruis, & grauis, & leuis. hoc enī posito possibile est ponere graue, & leue simpľr, cū proportio vacui ad plenum in omnibus partibᵘ leuis fuerit posita fm proportionē pleni ad vacuum in graui. quasi igitur d. fm hanc explanationē φ oportet vt vacuum sit I re fm proportionem de pleno in omnibus partibus ita, vt possit Iueniri aliquod graue simpliciter, & leue simpľr. & hæc expositio magis pertinet intentioni, q̄ prima. Et, quia iste sermo est sufficiens in respectu aliorum, d. φ etiā per hoc ingenium adhuc non potestis euadere D d. impossibile, quod sequitur hanc positionem, & est vt magnus ignis non sit velocior I motu ad superius q̄ paruus, quia ꝓportio vacui ad plenum est eadem proportio. sed nos videmus contrariū. magnus. n. ignis semp mouetur velocius ad superius, q̄ paruus. Et d. qm̄ in multo igne, & in pauco tantum existit de corpore proportionabiliter, quantum de vacuo æqualiter. i. & cā huius impossibilis consequentis eos est, quia ponunt ꝓportionem vacui ad plenum in multo, & in pauco igne esse eandem ꝓportionem. D. d & fm hoc ignis multᵘ, &c. i sed nos videmus sensu φ ignis multus citius mouetur ad superius, quàm paucus, & similiter aurum, & plumbum multum citius mouētur ad inferius, q̄ paucum. & nō deberet ita esse secundum distinctionem eorum, sed motus magni, & parui corporis grauis, & leuis deberet esse idem in velocitate. quod est contrarium sensui.

G Absurdum autem est & si ob vacuum quidē sursum ferūtur, vacuum autē ipsum non. At vero, si vacuū quidem sursum natū ē ferri, deorsum aūt plenum, & pp hoc alijs causæ sunt lationis vtriusq;, nihil de compositis oportebat cōsyderare, pp quid corporum quædam leuia sunt, quædam vero grauia, sed de his ipsis dicere, pp qd aliud quidē leue est, aliud autem habet grauitatem. præterea, quę causa est
H vt non distēt plenū, & vacuum.

5 *Et dicamus etiā, quòd impossibile est vt aliquid moueatur ad superius propter vacuū existens in eo, & ipsum vacuū non moueatur ad superius. Si igitur dixerīt quòd natura vacui est moueri ad superius, & pleni natura ad inferius, & ideo vacuū, & plenū sunt causa motus rerum ad superius, & inferius, dicemus, si ita esset, sicut di-*
I *citis, non deberetis tantum perscrutari, quare quædā compositorū sūt grauia & quædam leuia, sed etiā deberetis perscrutari, quare non separātur abinuicem, ita, quòd vnū eorum moueatur semper ad superius, & alterum ad inferius.*

17 Hæc est contradictio vīis dicentibus causam motus ad superius esse vacuum, quocunq; modo fuerit positum esse causam. i. & dicamus ꝙ impossibile ē ponere causam motus corporum leuium ad superius esse vacuum, & nō ponere vacuum moueri ad superius, dū mouet plenum. K Et cōtingit eis hoc in vacuo, quia ponūt ipsum esse causam motus ad superius, nobis autem nō cōtingit tale in forma dimensionis, ꝗ est apud nos causa motus. vacuum enim, secundum ꝙ habet tres dimēsiones, necesse est, si mouerit, vt moueatur. hoc autem non est necesse in corpore, nisi inquantum habet tres dimensiones. Et, cum dedit eis hoc inopinabile, s. vt vacuum moueatur ad superius, & plenum ad inferius, quod ē impossibile, quia qd mouetur debet habere motorem,
L dixit: Si igitur dixerīt ꝙ natura vacui est moueri ad superius i. si igitur dixerint ꝙ vacuū est prima causa motus rerum ad superius, & plenum ad inferius, sicut dicit de formis materiæ primæ contrarijs, & cōcesserimus hoc eis, tñ necesse est eis dare causam, propter quam vacuū non separatur a pleno in eadem re, ita, ꝙ vacuum moueatur ad superius, & plenum ad inferius. Et hoc intendebat, cum d. nō deberetis tm̄ perscrutari, &c. i. nō deberetis tm̄ perscrutari de hoc, sed etiā de causa, pp quam in rebus compositis nō separatur vacuum a pleno, ita, ꝙ vacuū M solū moueatur ad superius, & plenum remaneat inferius.

Irrationabile autem est & regionem vacuo facere, tanꝗ ipm regio quædam non sit. Necessarium autem est, si moueretur vacuum, esse ipsius quendā locū, ex quo mutatur, & in quē. Ad hæc autem, quænam motus cā est? Non enim est vacuum ipm. non enim ipsum mouetur solū, sed & ipsum solidum.

Dicamus

A *Dicamus etiam, quòd irrationabile est dare locum vacuo, quasi ipsum non esset locus. Et dicamus quòd, si vacuus mouetur, necessarium est, ut moueatur a loco, & ut perueniat ad locum. Et dicemus et eis, quæ est causa motus uacui? Non enim poterũt nisi dicere quòd uacuum non solummodo mouetur sed & plenum etiam, & corpus.*

18 Vult modo īducere impossibilia B sequentia dicentes vacuum esse mobile, & d. ꝙ irrationabile est, &c. i. ꝙ cum posuerint vacuum esse mobile contingit eis vt habeat locũ, in quo moueaẽ: sed apud eos ipsum vacuũ est locus: ergo apud eos locus indiget loco. & hoc procedet in infinitũ, aut ponẽt ꝙ vacuũ hoc est quiescẽs, hoc autẽ mobile, & tũc dẽrent dare cãm in hoc. & totũ hoc est impossibile D. d. Et dicamus ꝙ, si vacuum mouetur necessarium est vt moueatur à loco, &, vt perueniat ad locum. i. vt mihi vr̃, ꝙ cõtingit huic C positioni, vt vacuũ habeat naturã propriam. locus enim à quo mouetur, debet esse ei nõ naturalis, locus autẽ, ad quẽ, naturalis. &, si vacuum habeat naturam propriam, non est vacuum. D. induxit tertiam contradictionem, & d. Et dicemus etiã eis, quæ est causa motus vacui? &c. idest quæ est causa motus vacui ad superius, & pleni ad inferius. nõ eñi poterunt dicere ꝙ vacuũ solum ẽ mobile, sed & plenum ẽt, cum plenum sit causa motus ad inferius, & vacuũ causa motus ap superius. & intendebat ꝙ nullam cãm dederunt in hoc quare remanet eis dicere primã causam, s. propter quam vacuũ mouet D ad superius, & plenum ad inferius.

Similiter aũt accidit, & si aliq̃s aliter definiat magnitudine, & paruitate, faciens grauiora, & leuiora alia aliĩs, & alio quocũq; modo conficiens, solum aũt eandem materiã omnibus reddens, aut plures quidẽ, subcontrarias tamen. vna enim existente non erit ipsum simplr̃ graue, ac leue, quemadmodũ ex triangulis cõstituentibus. cõtrarias vero, quẽ admodum qui vacuum, & ple- E num, nõ erit dicere propter quã causam ea quæ sunt media inter simpliciter leuia, & grauia, grauiora, & leuiora inter se, & ijs, quæ simpliciter sint.

Et dicamus, quòd istæ obiectiones contingunt eis, qui ponunt causam grauis, & leuis in paruitate, & magnitudine corporum, sed ponunt fundamentum, & materiam istarum virtutum esse multam, et contrariam ita, quòd si fuerit materia eorum vna, vt componentes F *corpora ex triangulis dicunt, tunc graue, & leue simpliciter non erũt omnino. &, si materia istarum virtutum fuerit contraria, vt facietes vacuum, & plenum dicunt, tunc habentia grauitatem, & leuitatem, & ea, quæ sunt inter leue simpliciter, & graue simpliciter, non habebunt causam, propter quam quædam sunt grauiora, & leuiora alijs rebus, quæ sunt simpliciter.*

Cum

19 Cum impossibilia contingentia G opinionibus Antiquorũ in graui, & leui quædam sint vl'ia omnibus, & quędã non, vult hic demonstrare q̃ eorũ sunt vl'ia, & quæ non, cum per hoc compleatur sermo de contradictione istarum opinionum. Et d. Et dicam⁹ q istæ obiectiones, &c. i. dicamus q ista impol'ia, cõtingentia dicẽtibus vacuum, & plenũ esse causam grauitatis, & leuitatis cõtingũt & dicẽtibus q causa grauis, & leuis est paruitas, & magnitudo elemẽtorũ, ex quibus corpora componunt.

Et nõ intẽdit, q oĩa impossibilia H contingant eis æqual'r, sed impol'ia cõtingentia eis pp naturam grauis, & leuis simpl'r. & ideo q posuit graue, & leue esse eiusdem naturę, sicut d. non põt dare causam grauis, & leuis simpl'r, quia duæ naturę sunt cõtrariæ. qm̃ in quãtum quodlibet elementorũ apud ipsum componi ex his duobus, nõ potest dicere quare elementũ leue est contrariũ elemẽto graui, neq; quare inter extrema, quæ sunt in fine cõtrarietatis, sunt I media ĩ hoc, nisi fm̃ illud ingeniũ debile prędictũ, s. vt leue sit illud, cuius proportio vacui ad plenũ sit maxima, & graue contrariũ. Putat eñ q huic positioni non sequit impossibile, quod contingit pp naturã leuis simplr, & grauis simpl'r, sicut cõtingit eis, qui non ponũt hanc positionẽ. sed in̄ in rei veritate cõtingit eis, non enim possunt etiã dare cãm grauis, & leuis simpl'r. Leue enim simpl'r est illud, quo impol'e ẽ inuenire leuis, fm̃ q ẽ leue: & sil'r graue simpl'r, cum sint contraria. contraria aũt distant in summo abinuicẽ.

Cõtraria distant in summo abinuicẽ. Idẽ 10. Met. t. com. 13.

Et dicamus quòd continens est quasi forma, & contentum quasi materia. Hoc enim contingit omnibus generibus. dico quòd qualitatis hoc est quasi forma, hoc autem quasi materia. quantitatis autem hoc est quasi forma, & hoc ẽ quasi materia. similiter loci, hoc ẽ quasi forma, hoc autem quasi materia, locus autem superior est quasi forma, inferior autem quasi materia. Et inuenitur in hac materia etiam graue, et leue. materia enim, si fuerit inferius in potentia, erit materia grauis, &, si fuerit in potentia superius, erit materia leuis, & est vnica. sed non est vnica in superiori, et inferiori, sicut corpus sanum, & infirmum. quoniam quãuis sit vnũ, tamen sua intentio ad sanitatẽ, & ad ægritudinem nõ est vna.

L

M

Vult declarare. quòd istorũ corporum continens nobilius est contento. forma enim ad materiam se habet sicut continens ad contentũ. locus enim superior ẽ quasi forma loco inferiori. quoniã, cum demonstrauit

A strauit quòd graue, & leue sunt cõtraria, quia medium, & orizon sunt cõtraria, vult modo declarare quòd non simpliciter sunt contraria, sed vno modo sunt cõtaria, & alio modo relatiua, cum quædam eorum pficiant alia. Si igitur secũdum hunc modum dicatur esse contraria, erit sicut contrarietas inter nobilius, & minus nobile, vt nobilior est forma materia forma enim non dicit nisi in respectu materiæ. Et vniuersaliter intendit declarare, ea hẽ duas dispositiones propter locum, contrariam, scilicet & consimilem: contra

Forma n̄ dr nisi i respectu m̄æ. Idē 2. Ph. t. c. 26.

B riam, quia formæ eorum sunt contrariæ: consimilem, quia quædam eorum perficiũt quædam. Et dicit: Et dicamus quòd cõtinens, &c. idest quòd continens ẽ ex genere formę, & contentum ex genere materiæ. Deinde incœpit declarare hoc inductione, & exẽplo, & dicit, hoc enim contingit omnibus, &c. idest hęc. n. dispositio, scilicet compositio rerũ ex materia, & forma ita existit ĩ prædicamento vbi, sicut in alijs prædicamẽtis. Et dicit, hoc, quia hoc manifestum ẽ in alijs, & latet in vbi. & vult docere quod hoc, quod dictũ

C est de loco, non est extraneum, sed naturale. Et dicit dico quòd qualitatis hoc est quasi forma, &c. idest videmus enim q͏ sic in substantia, & quantitate, & qualitate inuenimus aliquid quasi materiam, & aliquid quasi formam, sic debet esse in eis quæ essentialiter existunt in loco, sicut hæc prima simplicia. non enim omne, quod existit in loco, dicitur locus de eo essentialiter, sed hoc sic est de elementis & ideo secundum q͏ essentialiter sunt in loco, est vnũ quasi forma, & reliquum quasi mã. † locus enim est causa essentialis cõtrarietatis, & consimilitudinis illorum corporum simplicium. Deinde dicit, locus aũt superior est quasi forma, &c. idest & ideo continens ẽ quasi forma loci * continenti. locus enim est causa essentialis contrarietatis, & similitudinis illorum corporum. Deinde dicit, Et inuenimus etiã in materia graui, & leue. idest quòd sicut corporum hoc est graue, & hoc ẽ leue sic materia, scilicet quòd quædam ẽ materia grauis, & quædam leuis rei. Deinde dicit. materia enim si fuerit ĩferius, &c. idest & hoc necesse est. quia, † cum materia est in potentia illius, cuius est materia, necesse est vt habeat naturam illius, in quod potest, scilicet q͏ si fuerit potens in substãtia erit substantia, &, si in accidens, accidens. Et, cum ita sit, & graue non est graue in actu, nisi inquantum est in loco inferiori in actu, & similiter leue non est leue in actu, nisi inquãtum est in loco superiori in actu, necesse est vt illud, quod est in potentia in loco inferiori, sit materia grauis, & illud, quod est in potẽtia in loco superiori, sit materia leuis. & descripsit materiã hac descriptione, & nõ dicit quòd materia est illud, quod est in potentia graue, aut leue, quia grauitas, & leuitas non inueniũtur in his corporibus, nisi propter locũ & ideo accepit in definitione materiæ rei grauis q͏ est illud, quod potest in vbi inferius, non ipsum graue. cum vbi inferius, sit quasi forma grauis, & similiter fecit in definitione materiæ leuis. D. d. & est vnica, ne aliquis existimet q͏ propter diuisionem materiæ in graui, & leui diuidatur materia prima numeraliter,

D † Loc' est cã essẽtialis ɔtrietatis & cõsimilitudĩs corporũ simplicĩũ vide etiã simile 4. Phy. c. 41. & 69.

* a. l. addit hęc verba continẽtis, q͏a loc' cõtinẽs ẽ q̄si forma loci.

E † Cũ m̃ã ẽ ĩ potentia illius, cui' ẽ m̃ã, necesse ẽ vt hẽat nãm illius, in q̄d potest.

F

iam

† Declaratũ ẽ in pl'b⁹ locis materiã eẽ vnicã ĩ ſubi̾to, & pl'a habilitate. Idem. 12. Mę.c.11 & 1.de Gen. 22. & t. c. 29. & 4. Ph.t.c.84 Habilitas mãe ad duo ꝯtraria ẽ æqualis. Idẽ.2. Phyſi.48. & 9.Met.

G iam enim †declaratum eſt in pluribus locis, primam materiã eſſe vnicam in ſubiecto, plura habilitate. Et,cum narrauit materiam eſſe vnicam ſecundum ſubiectum, & plura ſecundum habilitatem, & ſua habilitas ad recipiendum duo contraria ſit æqualis, dicit, ſed non eſt vnica in ſuperiori, & inferiori, ſicut corpus ſanum, & infirmum. ideſt ſed non recipit ſuperius, & inferius, ſicut corpus recipit ſanitatem, & infirmitatem. idem enim corpus, licet recipiat vtranq;, tamen non æqualiter. H ſanitatem enim videtur recipere eſſentialiter, ægritudinem autem accidentaliter; materia vero æqualiter recipit cõtraria. Et hoc intendit, cũ dicit, quamuis ſit vnum, tamen ſua intentio, &c. ideſt quòd corpus animalis, licet ſit vnum ſecundum ſubiectum, & duo ſecundum habilitatem ad recipiendum ſanitatem, & infirmitatem, tamen ſua habilitas, quæ eſt ad ſanitatem, non eſt ſicut ad infirmitatem. quod non contingit materiæ primæ.

Quod igitur talem habet materiam, leue eſt, & ſemper ſurſum, quod vero contrariam, graue, & ſemper deorſum. quæ autem diuerſas quidem ab ĳs, habentes autem ſeſe ſic adinuicẽ, vt hæ, ſimpliciter & ſurſum, & deorſum feruntur. Quapropter aer, & aqua habẽt & leuitatem, & grauitatem, vtraq;. & aqua quidem, præter terram, omnib⁹ ſubſtat, aer autem, præter ignẽ, omnibus ſupereminet.

I

Reuertamur igitur, & dicamus quòd corpus, quod eſt quaſi forma, eſt leue, & ſemper mouetur ad ſuperius, et corpus, quod ẽ quaſi materia, eſt graue, & ſemper deſcendens ad inferius. coniunctio autem aliorum corporum adinuicem eſt, ſicut coniunctio corporis leuis ſimpliciter ad corpus graue ſimpliciter. Et ideo aqua, & aer, vterq; habet leuitatem, & grauitatem. aqua enim deſcendit ſub omnibus corporibus, præter ſolam terrã, aer autem aſcendit ſuper omnia, niſi ſuper ſolum ignem. K L

Cum declarauit quòd hæc corpora ſimplicia ſunt adinuicẽ quaſi materia, & forma, vult declarare quòd leue ſimpliciter eſt forma ſimpliciter graui ſimpliciter, & quòd duo corpora interiacẽtia ſunt materia, & forma ſecundum comparationẽ, ſcilicet forma ei, quod continet ex inferiori, & materia ei, à quo continetur, & quòd propter hoc neceſſe eſt vt corpora grauia, & leuia ſint quatuor, & dicit. Reuertamur igitur, &c. ideſt & dicamus quòd corpus, quod eſt quaſi forma ſimpliciter, eſt corpus, quod mouetur ad ſuperius in tribus locis terræ, & aquæ, & aeris, & quòd eſt quaſi materia ſimpliciter eſt corpus, quod mouetur ad inferius ĩ tribus locis aeris, & ignis, & aquę. Deinde dicit, coniunctio autem, &c. ideſt corpora autẽ, quæ ſunt inter iſta, neceſſario ſunt duo, ita, quòd proportio vnius eorum ad alterum ſit, ſicut proportio leuis ſimpliciter ad graue ſimpliciter, ſcilicet ſicut proportio formę ad materiã. ſi enim medium eſſet vnicum, non haberet tũc in ſe aliquid, 36 M

quaſi

A quasi formam,& aliquid, quasi materiam. Deinde dicit, Et ideo aqua, & aer, &c. idest, quia hæc corpora sunt duo secundum distinctionem, necesse est vt vtrunq; habeat grauitatem,& leuitatẽ, verbi gratia, quod aqua habet grauitatẽ in loco aeris, & leuitatem in loco terræ, & aer habet grauitatem in loco ignis,& leuitatem in loco aquæ,& terræ. Deinde dicit, aqua enim descendit, &c. idest diximus quòd vtrunq; istorũ duorum corporum mediorum habet grauitatẽ, & leuitatem quia videmus aerem ascendere super omnia corpora, præter ignem, vnde B videt habere grauitatẽ in loco ignis, & leuitatem in loco terræ, & aquæ. & similiter aqua, quia descendit sub omnibus corporibus, præter terrã, dicemus & habet leuitatem in loco terrę, & grauitatem in tribus locis.

Quoniam autem est vnum solum, quod omnibus superemineat, & vnum solum, quod omnib⁹ subsiat, necesse est duo alia esse, quę & substant alicui, & alicui supereminẽt. Quare necesse C est & materias tot esse, quot hęc sunt, quatuor scilicet, sic autem quatuor, vt vna quidem omniũ sit communis, præsertim si fiũt ex seinuicem, sed esse alterũ est.

Et dicamus igitur quòd, si vnũ corpus tantum ascendit super omnia corpora, & vnum tantum sub omnibus descendat, necesse est vt alia duo ascendant super aliquod corpus, & descendant sub alio corpore. Quapropter necessariu est vt elementa sint quatuor. & non dico D *primum elementum, quod est vnũ tantum. & ideo generatio istorum elementorum fit ex inuicẽ. & ista, quamuis generatio eorum sit adinuicem, tamen essentia eorum est aliud a generatione sua.*

Idest, Dicamus igitur q, si vnum corpus ascendit super omnia corpora,& aliud descendit sub omnibus, propter istã causam, scilicet quòd locus corporis ascẽdentis super omnia est quasi forma loci, descendentis sub omnibus, medium autem inter extrema debet habere intentionem duorum extremorum, necesse E ẽ vt iter hæc duo loca, sint alia duo loca, ita, quòd vnum eorũ sit quasi materia,& alterum quasi forma. vnde necesse est quòd in istis duobus locis existant duo corpora, quorũ vtrunq; habeat grauitatem, & leuitatem,& vnum sit ad alterum quasi forma, reliquum quasi materia. 37

Deĩde dicit: Quapropter necesse est vt elementa sint quatuor, scilicet cum ad minus sint loca quatuor, necesse est vt corpora sint quatuor. & dicit, non dico primum elemẽtum, † quoniam hoc nomẽ elementum aliquando dicit de his quatuor corporib⁹, aliquãdo de prima materia. F

Deinde dicit, & iõ generatio istorum elementorum fit ex inuicem, idest, &, quia materia eorũ est vna, fuit possibile vt hæc elementa generarentur ex inuicem.* si enim haberent materias diuersas, nõ reciperẽt suas formas reciproce, quia materię diuersę non recipiũt nisi formas diuersas quia enim habent vnam materiã, iõ possunt generari ex inuicẽ. quia

† Hoc nome elmtũ aliqñ dr̃d quatuor corporib⁹, aliqñ d̃ prima mã. ꝓ hoc vide perfecte 3. Cœ. cõ. 31.

* Si elmta haberent mãs diuersas, nõ reciperẽt formas suas reciproce, q a mãe diuersę n recipiũt, nisi formas diuersas, confide. 8. Ph. cõ. 46. & 8. Met. te. cõ. 11

G quia vero videm⁹ ea generari ex inuicem, sciuimus ea habere vnicam materiam. D.d. Et ista, quamuis generentur ex inuicem, idest & quãuis ista generentur ex inuicem, quia habent vnam materiam, tamen formas habent diuersas secundum substantias, & dicit hoc, cõtra abnegantes causam formalem, & concedentes materialem, †vt opinabãtur Antiqui, ex quo contingit vt hæc corpora sint eadem in substantia, & plura secundum accidentia.

†Antiqui negauerunt cãm formale, & cõcesserunt mãlē. idē 2. Phy. c. 9. & 7. met. 7.8.cō.

Nihil enim prohibet, vt inter contraria sit & vnum, & plura, H queadmodũ in coloribus. multis enim modis dicitur quod est inter, & medium ipsum.

Dico, quòd licet extrema sint duo, non est impossibile vt inter ea sit vnum corpus, aut plura, quemadmodum non est impossibile in coloribus. inter enim duo extrema inueniuntur plures species colorum.

38 Iste sermo est quasi contradicens prędicto, in quo demonstrauit necessarium esse vt media sint duo, in isto autem dat hoc eē possibile, nō necessarium & forte induxit ipsum I in forma quæstionis, & reliquit nobis eius dissolutionem vt sępe facit. Ratio enim ita formatur. Omnia duo extrema, inter quæ existit medium, habẽs intentionem duorum extremorum, possibile est vt illud medium sit vnum, & possibile est vt sint plura vno: sed ignis, & terra sũt talia extrema: ergo possibile est vt inter hęc duo extrema sit, aut vnũ corpus, aut plura, nō de necessitate. Et iste sermo est valde sufficiẽs, & super ipsum est sustentatus Themi-

Op. Io Th.

stius, dicens ꝙ ex hoc loco nõ declaratur ꝙ elementum mediũ est plus quàm vnum, nedum vt declaretur quod sit. Nos autem dicimus ꝙ media, quæ sunt inter duo extrema cõtraria in forma, scilicet in qualitate, aut in substãtia, alia sunt à medijs, quę sunt inter extrema contraria in loco cõtrarietas enim inuenitur in forma, & in loco æquiuoce, scilicet quòd duo loca contraria debẽt esse contraria in formis, & locis. contraria autem, quæ sunt in alijs prædicamentis, sunt duo in forma, & vnum in subiecto. Et, cum ita sit, & cõtraria, quæ sunt in loco, sũt duo in forma, & duo in subiecto, econtrario contrarijs, quæ sunt duo in forma, & vnum in subiecto. Et, cum ita sit, & medium debet habere intentionem duorum extremorum secundũ viã diminutionis, necesse est vt medium in loco habeat duas intentiones contrarias in forma, & in subiecto. vnde necesse est vt medium inter duo loca cõtraria habeat aliquã contrarietatem in forma, & in subiecto, vnde necesse est vt diuidatur in duo loca, cum loca non numerentur, nisi propter numerationem subiecti. alia vero contraria in alijs prædicamentis, quia sunt vnum in subiecto, & contraria secundũ formas, medium etiam fuit in eis vnum in subiecto, & duo secũdum formam: & ideo fuit possibile vt inter illa cõtraria inueniretur vnum medium, aut plus quàm vnum. medium autem, quod ē in loco, quia est impossibile vt sit vnum in subiecto fuit ēt impossibile vt esset vnum. quoniã, si esset vnum in subiecto, non inueniretur in eo contrarietas, quæ est ĩ extremis: quemadmodum inuenit

K

Op Auer.

Cõtrarietas ĩ loco, & in fõa dicit' æquiuoce.

L

M

in

A in medijs, quæ sunt inter extrema contraria. contrarietas enim, quæ ẽ in extremis, quæ sunt in loco, est in subiecto, & in forma. vnde necesse est vt cõtrarietas, existens in medio sit in forma, & in subiecto secũdum viam diminutionis. Et ideo necesse est vt locus medius diuidatur ĩ duo loca, quorum vnus est quasi forma, & alius quasi materia, & hoc manifestum est ei, qui bene consyderauerit, licet in eo sit aliqua difficultas, propter quam latuit Themistium.

Elementa omnia grauitatem habere in suis locis, præter ignem.
Cap. 5.

B IN sua igitur regione vnumquodq; eorum, quæ grauitatem habent, ac leuitatẽ, grauitatem habet. terra autẽ in omnibus habet grauitatem, leuitatem autem non habet, nisi in ĳs, quibus supereminet. Quapropter si subtrahatur, fertur in id, quod deinceps est, deorsum, aer quidem in regionẽ aquæ, aqua autem in eam, quæ est terræ. sur C sum autẽ in eam, quæ ignis est, ablato igni, non feretur aer, nisi vi, quemadmodum & aqua trahitur, cũ fuerit superficies vna, & velocius traxerit q̃s sursum, quàm sit latio, qua fertur aqua deorsum. neq; aqua in eam, quæ aeris, nisi vti nunc dictum est. terra autẽ hoc non patitur, quoniã non est vna superficies. quapropter aqua quidẽ in vas ignitum trahitur, terra autem non. Quemadmodum autem neque terra sursum, sic neq; ignis deorsum fertur, sublato aere. nullam D enim habet grauitatem in sua regione, quemadmodum neq; terra leuitatem. Feruntur aũt deorsum duo, subtractis. quoniam hoc quidẽ simpliciter graue est, quod omnibus substat, hoc autem ad aliquid graue existens in 28 suam regionem, aut eorum, quibus supereminet, propter materiæ similitudinem.

Reuertamur igitur, & dicamus quòd quodlibet corporum grauium, & leuium habet grauitatẽ in suo loco, & nõ habet leuitatem, nisi in loco, super quem natat. terra E *autem habet grauitatem in omnibus corporibus. Et verificatio eius est quòd, si ista corpora auferantur, tunc aer mouetur ad locum aquæ, & aqua ad locum terræ. &, si aer auferatur, non mouetur ignis ad inferius, nisi violente &, si ignis auferretur, aut eleuaretur, non incederet aer sursum, nisi violente. sicut, si aer auferretur, cum sua superficies eadem sit cum superficie* F *aquæ, tunc aqua non moueretur ad locum aeris, nisi violente, sicut modo diximus. terræ autem non contingit hoc, quia superficies eius nõ est eadem cum superficie aquæ. & ideo, cum in vase ignito candente fundetur aqua, statim eleuabitur, & attrahetur ad aerem. cũ autem hoc fuerit factum de terra, neque eleuabitur, neq; attrahetur.*

Et

G *Et, sicut terra non mouetur ad superius, cũ aqua auferetur, sic ignis non mouetur ad inferius, cum aer auferetur. nullam enim habet grauitatem, neque in suo loco, neque extra. Declaratum est igitur quòd corporum simplicium hoc est graue simpliciter, descendens sub omne, hoc autem graue in respectu. est enim graue aut in suo loco, aut in loco corporis continentis, propter similitudinem suæ materiæ ad ma-*
H *teriam illius, & ideo mouetur ad locum eius.*

39 Putatur quòd hoc capitulum cõtradicat capitulo prædicto. In prædicto enim declarauit ꝙ omnia præter ignem habẽt grauitatem, & omnia præter terram habent leuitatẽ, scilicet in suis locis, in hoc autẽ vult declarare quòd omnia præter ignẽ habent grauitatem in suis locis. &, cum ita sit, nõ intendit in hoc loco declarare, nisi quòd grauitas medio-
I rum in suis locis est magis, quàm leuitas eorum, non quòd non habeãt in suis locis leuitatem oĩno. & hoc apparet ex suis verbis, & ex sua rõne Et dicit, Reuertamur igitur, & dicamus, idest, dicamus ꝙ in vnoquoq; istorum corporum grauium, & leuium inuenitur grauitas in suo loco, pręter locum, qui est inferior eo, & hoc in habentibus locum inferiorem. Et intendit per grauitatem in suo loco, sicut diximus superius, facilitatem motus elemẽti in eo. & similiter intendebat per leuitatem in capitulo prędicto, vbi dicit, quòd in omnibus inuenitur grauitas, & leui-

tas præter ignem, in quo inuenitur K
tantum leuitas, & in terra tantum grauitas. In hoc autẽ loco, cum fecit comparationem inter grauitatẽ, & leuitatem, quas habent in suis locis, inuenit grauitatem vincentem, & inuenit leuitatem, quam habent in suis locis, propinquiorem ad motum violẽtum, scilicet quem habẽt in loco superiori verbi grã, quòd, cum inuenit motũ aquæ in suo loco ad superius valde propinquũ suo motui ad locũ aeris in essendo violenter, dicit, quòd aqua hẽt grauitatem in suo loco. & simpliciter apparet hoc in aere. & incœpit sic declarare, & dicit, terra autem habet gra- K
uitatem in omnibus corporibus, id est in omnibus locis. Deinde dicit: Et verificatio huius est, &c. idest & signum, quòd aqua habet grauitatem in suo loco, est quòd, cum auferetur pars terræ sub ea, descendet ad locum eius facile, &, cum auferretur pars aeris, non ascendat ad locũ eiꝰ, nisi difficile, vnde videtur quòd maiorem grauitatem habet in suo loco, quam leuitatem. tamen non est
negandum propter hoc ipsam habere leuitatem aliquam. & hoc manifestum est de aqua, quia vicina est corpori graui simpliciter. sed dubiũ est de loco aeris. Sed etiam, cũ pars aquæ aufertur, statim aer descendit ad locum illius partis. & forte hoc sit violente ex necessitate vacui & forte hoc sit, quia grauitas vincit in eo, sed Aristo. verificat, idest reputat pro vero, quòd motus eius ad locũ aquæ facilior est suo motu ad locum ignis. &, si motus eius ad locum ignis posset sentiri, esset difficilior quàm motus eius ad locum aquæ, sicut videmus in aqua, & tũc dicere-

M

Motus q̃. fit ex necessitate vacui, sĩ ẽ nãlis, sed violẽtus.

A diceremus pręcise ꝙ grauitas vincit in eo. Aristo. aũt ponit hoc manifesto sensui. & ideo d. ꝙ, si terra auferatur, tunc aqua mouebitur ab suũ locum facile: &, si aer auferatur, nõ mouebit aqua ad locũ eius, nisi violente: quẽadmodum, si aqua auferatur, non mouebit terra ad locũ eius, nisi violente: aer enim tunc impediret ipsam pp necessitatẽ vacui. si igitur aer non moueret ad locũ aquæ, nisi violente, tunc aqua moueret ad locũ terræ, & consequeret eam aer B violente, sicut ignis cõsequit locum aeris violente, iam enim determinatum est, ꝙ ignis non mouetur ad locum aeris, nisi violente. & tũc aqua haberet duas naturas facientes sibi violentias, s. aerẽ, & terrã, & duo sũt fortiora vno. declaratum est aũt ꝙ potentiæ illorũ elementorum sunt ęquales, & sic aqua non moueretur ad locũ terræ, nisi violente. hęc igit declaratio est Arist. p quam probat ꝙ aer est grauis in suo loco. D. d. & si aer auferatur: non mouetur ignis ad inferius, nisi violẽte. i. quia ignis C est leuis simplr, manifestum est ꝙ, cum aer expelleretur ad inferius, necesse est vt moueat violente ad locũ aeris. Si igitur, cũ aqua expelleretur ad inferius, moueret aer violente ad locũ eius, contingeret, cum aqua expelleretur ad inferi⁹, vt aer moueat ad locũ aquę violente, & ignis ad locum aeris violente: & sic expulsio aquę ad locum terræ est violente, ꝙ est contrarium sensui. & super hãc declarationem debemus sustentari in demõstrãdo ꝙ aer habet grauitatem in loco suo magis, q̃ leuitatẽ.

Digressio. Et cum Themistius non intellexerit hanc demonstrationem, abnegauit ꝙ motus aeris ad locũ aquę ẽ facilior, q̃ mot⁹ aquę ad locum aeris, D sicut ẽt non intellexit sermonẽ Aris. cum d. ꝙ habent grauitatẽ in suis locis. & leuitatẽ. & d. ꝙ, si haberẽt grauitatem in suis locis, quiescerent in eis violente, & mouerẽtur ad ea violente. Et tunc bene declaratũ ẽ tibi ex nr̃o sermone ꝙ hoc nomen grauitas diuersimode dicitur de eis, cũ fuerint in suis locis, & cũ fuerint in locis superioribus. *Et, quia hęc elementa habẽt grauitatẽ in suis locis, fuit possibile vt admiscerẽtur facile cum terra ex motibus corporum cælestium, & vt partes graues entiũ fierent, & ẽt ꝙ spirit⁹ in animalib⁹ nõ moueť ad superius ex hoc, quia ps grauis magis est in eo, q̃ leuis. &, cũ pars ignea, quę ẽ in eo, sit leuis simpliciter, non accidit ei grauitas, nisi pp partem aeris admixtam cum ea. & ideo, cum istæ duæ partes segregabuntur, moritur animal. Et etiam signũ, ꝙ grauitas in aere est magis, q̃ leuitas, est, quia, si essent ęquales, tũc res cõpositæ ex aere, & igne nũquam descenderẽt ad inferius vt as sub, & fulmina, & alia, qm̃, si cũ vna parte ignis cõgregarent mille aeris, tunc compositũ impõe esset vt moueret ad inferius ſm illos. Et signũ. ꝙ grauitas in eo ẽ magis, q̃ leuitas, est, quia causa leuitatis in eo est calor, & causa grauitatis in eo ẽ humiditas. & oẽs conueniũt ꝙ humiditas in eo est maior, q̃ caliditas, cum videatur esse humidior elementis ex definitione humiditatis, vt declaratum est in Lib. peri. Geneseos. & per illã partem humidã descendũt fulmina ad inferius, & assub. *Et, cũ d. ꝙ ex successione, aeris in cãnam videtur ꝙ aqua moueatur in cãnam violẽte, & ꝙ hoc est signũ, qa aqua moueť

[Right margin notes:]
Fundamẽtũ The.

Solutio.

*Opio cõmẽtatoris

E

Secũa tõ.

Alia tõ.

F

Oẽs cõueniũt i hoc ꝙ humiditas i aere ẽ maior q̃ caliditas.

Vide ꝯ hmile. 2. d Gene. 1. 2. 13. & 4. Met. c. 10.

* Exponit aliã dẽ tex.

G mouetur ad locum aeris violente & posset aliquis dicere ei q, si ita esset, contingeret q,cum aqua sugeretur in cannam, q terra moueretur superius violente, d rñdendo, terræ aũt non contingit hoc,&c.i.quia superficies terræ est sicca, & superficies aquæ ẽ humida,non possunt adunari, neq; ẽt posse est vt terra attrahatur,consequendo attractionẽ aeris.& ideo,cũ ventosę appositę fuerint sup corpus siccum terrestre, deinde sugerentur fortiter,finderent ventosę. aer enim impossẽ est vt moueatur à suo loco, nisi cũ corpus.quod tãgit, sequatur

H ipsum. &, cũ corpus siccum impossẽ est vt attrahatur cum eo, attraheretur corpus vasis terrestre,& sic finderetur.

D.d.& ideo,cũ in vase ignito candente funderetur aqua,statim aqua eleuabitur,&c. & hoc quod d. manifestũ

Digressio est. Sed expositores non possunt dare causam, pp quam eleuatur aqua in vase,& nõ eleuatur aer, q est in eo. aquę enim non accidit hoc in vase, nisi cum clauditur orificium vasis statim,cum in eo ponitur candela, deinde aliquis cõuerteret ipsum sup superficiẽ aquæ, ita, q aer subito nõ possit intrare ipsum. Et Themi.d. quę-

I rendo,cum aer,qui est in vase,sit in suo loco,quare igitur attrahit aquam quæ infra est,ad superius,aut quare, postq̃ oppilatio aufertur,fit in aere

Alexãdri solõ pria. virtus attractiua noua. Ale. aũt dat causam duobus modis. D.Themi. destruxit ipsos, vt vr̃, & nihil ipse d. in hoc. D.enim q aer est calidus.cũ ergo infrigidabitur ex aqua inspissabitur, & veniet in quantitatẽ minorem.& pp necessitatem vacui sequitur aqua aerẽ, & implet loca vacua euacuata ab aere. Themistius aũt cõtra

The. contradictio ergo alex. dicit huic sermõi ex hoc, q talę vas attrahit aquam calidam.& sic ergo ẽt dico q potest contradici de ventosis igneis attrahentibus carnem.

K

Sc̃da solõ eiusdem. D.aũt alio modo, quia calor.cum attrahit humorem, mouet humor plus,q̃ moueat virtus attrahens,qua propter, constringet aerem ad superius vasis. & huic ẽt cõtradicitur p ventosas medicorum. Et Themi-

The. contradictio. stius contradicit huic,dicendo q in opinabile est q attractum expellat attrahens in hora, qua attrahit ipsum, ita q attrahens attrahat aliqd

Solõ Auer. & expellatur ab eo insimul. Nos autem dicam*, q causa in hoc manifesta est,& propinqua cõsyderanti. Et mirum est de istis hominibus pfundis,quo ignorabãt hoc. Cum enim

L aliqua pars aeris transmutabitur in naturam ignis,mouebitur illa pars in loco aeris superius. & tunc corp* quod ẽ sub ea,siue aer,siue aqua fuerit,consequitur Si ergo illud corpus, quod est sub ea,nõ consequatur ipsam,tũc illa pars ignea stabit violẽte in loco,in quo transmutabatur in ignem,& nõ mouebitur ad supius. cum autem ignis ponitur ĩ orificio vasis,statim transmutatur illa pars

M aeris in ignem.cum igitur vas cõuertetur in illa hora, & claudetur suũ orificium,tunc ignis quęret aerem, vt moueatur ad superius, & tũc nõ cõsequetur ipsum aer, cũ sit oppilatio,& stabit sic illic violente in principio vasis &,cum oppilatio aufertur, & orificium vasis fuerit positũ sup aquam,tũc illa pars ignea mouebitur ad superius vasis, & figurabitur figura ignea,& nõ implebit vas, qua propter cõsequitur ipsum* vas ad locum vacuum, & iam fregi quoddã vas post statũ aquæ in eo,& inueni eam applicatam in lateribus vasis. *a.l.aqua

Et

A Et hæc est causa etiam in illo, quod consequitur in vẽtosis igneis, Hęc igitur est prima causa motus aq̃ ad superi⁹. Deinde post ipsam secũda est causa, quam dat Alexã. s. quod, cũ pars ignea aeris extinguetur, infrigidabitur, & sic aer occupabit minorẽ locum. & attrahet aquam de necessitate vacui. Et non est impossibile vt post istas sit causa tertia, quam innuit Alexan. in secundo sermone. Cũ enim aqua attrahit ab his duabus causis, non est impossibile vt remaneat mora ad superius post ablationem istarum duarum causarum

B quousq; aer constringit in loco minimo. Iste igitur mot⁹ componitur ex tribus causis. quarũ Prima ẽ motus partis igneæ ad superi⁹. Secũda est transmutatio partis igneę ad minorem quantitatem. Tertia est motus aquę per se propter fortitudinẽ, & velocitatem motuę, quas acquisiuit ex istis motibus duob⁹. iã enim dictum est quod vtrunq; istorum elementorum, s. aer, & aqua habet leuitatem, & grauitatẽ. & ideo fuit possibile, cum acceperit ab altero principiũ motus superius, aut inferius, vt moueatur aliquandiu ab illo mo

Aer, & aq̃ talẽ hẽt nãm, q. cũ accipiunt principiũ mot⁹ superi⁹, aut inferi⁹, vt moueant aliq̃diu ab illo motu postq̃ motor qeuerit. Idẽ. 8. Phy. c. 82 & 85.

C tu, postq̃ motor quieuerit. Et signũ eius, quod iste motus cõponitur ex istis causis sibi succedentibus, est, qa iste motus remanet in tempore multiplici ad tẽpus, in quo mouetur pars ignea ab inferiori vasis ad superius vasis: & non est impossibile vt attrahens attrahat primo: &, cum vigorabitur mot⁹ attracti, expellet attrahens, quia erit velocior motu eius. & ideo non contingit Alex. contradictio Themistij, scilicet vt idem attrahat aliquid, & expellatur ab eo simul. D. d. Et sicut terra non mouetur ad superi⁹, &c. i. & sicut vide D mus aquam copulatam cum terra, cum aufertur, non consequetur ipsam illa pars, nisi violente, propter hãc causam, qa terra est grauis simpliciter, idest nullam habet leuitatẽ. ita debet esse, cum imaginauerim⁹ aliquam partem aeris copulatã cũ superficie ignis expulsam ad inferi⁹ scilicet, vt ignis nõ moueatur ad aeris locum: nisi violente, cum nullã habeat grauitatem. Declaratum est igitur ex hoc, quod ignis mouetur violente ad locum aeris, & aer ad locũ ei⁹ ex hoc, quod prius declarauim⁹. qm̃ autem aqua mouetur violente E ad locum aeris, manifestum est sensui: & similiter mouet sponte ad locum terrę: & similiter quod terra mouetur violente ad locũ aquæ. Sunt igitur quinq; rationes, quarum duę sunt manifestę sensui, s. mot⁹ aquæ ad terræ locum sponte, & motus ei⁹ violente ad locum aeris. Et tres sunt declaratæ, demonstrationes scilicet, quarum vna est motus aeris sponte ad locum aquæ: & motus eius violente ad locum ignis: & mot⁹ ignis violente ad locum aeris. D. d. Declaratũ est igitur, &c. idest declaratum est graue corpus esse simpliciter, & corpus graue esse secundum comparationẽ ad aliud corp⁹. Graue enim simpliciter differt à comparatiuo, quia graue simpliciter nõ dicitur secundum comparationẽ ad aliquod corpus, graue autẽ comparatum dicitur s̃m comparationem ad aliud. &, cũ ita sit, est graue in se. Et, cum narrauit graue s̃m comparationem esse, dedit causam in hoc, & dicit, Est enim graue aut I suo loco, aut in loco corporis continentis. idest & diximus graue est s̃m cõpa-

Epilogus F

 rationem,

G rationem, quia videmus quędã corpora grauia in loco corpis superioris, & in suis locis. Et intelligendum est p grauitatē in suis locis, quod superius diximus, s. expulsionem eorũ a faciente violentiã facile ad inferi⁹.

D. d. propter similitudinē suę materię, &c. i. & ideo hęc corpora, cum fuerint extra sua loca, mouētur ad ipsa, quia materia corporis moti similis est corpori, cuius vltimũ est locus corpis moti. v. g. ꝙ aer ideo mouetur in loco ignis ad inferius, qa quærit vltimum simile, s. concauũ ignis. iam enim declaratum ē ꝙ cōtinens cuiuslibet istorum est quasi forma cõtenti & quasi hic vult dare causam, pp quam quædam sunt perfectiones quorundam in vbi, & est, quia vnã materiam habent. qm̃ si ita diuersificarentur in materia, sicut in formã, tunc se fugerent adinuicem, & segregarentr in loco. & nõ mouerentr adinuicem fm perfectionem, cum contraria fugiant se adinuicem, & consimilia sunt ea, quę copulantur adinuicem.

Supra tex. 2. 25. 35. & 37.

H

Declarat iam dictas causas de Graui, & Leui simpliciter. & quòd materia cuiusq; eorum intuitu soluuntur dubitationes, contingentes his, quæ vnam, & eandem eorum esse materiã ponunt, veluti dicentes vacuum, & plenum. Cap. 6.

I

Quòd autē sit necessarium facere æquales differētias ipsis est manifestum. Si enim vna est materia omniũ, vt aut vacuum, aut plenũ, aut magnitudo, aut trianguli, aut oĩa sursum, aut oĩa deorsum ferent̄ altera aũt latio nõ amplius erit, Quare leue nihil erit simplr, si omnia inclinantur magis, eõ ꝙ ex maiorib⁹ sunt corporib⁹, aut ex plurib⁹, aut quia sunt plena, hoc autem & videmus, & ostensum est, ꝙ similiter, & deorsum semper, & vbiq; feruntur, & sursum. Si vero vacuum sit, aut aliquid tale, quod semp sursum, nõ erit quod semp deorsum, & intermediorũ itaq; quędam erunt deorsum citius, q̃ terra. in multo enim aere triãguli plures, aut solidi. aut parui erũt. non videt̄ aũt vlla particula aeris deorsũ ferri. Similiter autem & in leui, si illud fecerit aliquis superabũdare materia.

K

L

Et, si ita sit, manifestũ est quòd non oportet aliud corpus ascendere super hoc corpus leue simpliciter, vt sint duo contraria. Quoniã, si materia grauis, & leuis esset eadem, scilicet vacuum, & plenũ, aut magnitudo, & trianguli, tunc omnia corpora mouerētur ad superius, & ad inferius. Et nihil esset leue simpliciter, nec graue simpliciter, cum omnia corpora mouerentur ad inferius, ex quo componuntur ex corporibus magnis, aut multis, aut ex rebus plenis solidis. & hoc est falsum ponere. Videmus enim aliquod corpus moueri semper superius, & aliquod semper inferius. Et, si vacuum esset causa leuitatis, nullum corpus moueretur semper ad superius, & nullum moueretur semper

M

A *ad inferius. & tūc aliquod corpus simplicium moueretur citius ad inferius, quam terra. quoniam possibile est vt in hoc sint de triangulis, & corporibus solidis plus, quam in corporibus grauibus. & nihil videmus in aere, quod mouetur inferi⁹.*

40 *Et similiter etiā est dicēdū de leui.*

* a.l. demōstrate. Vult* rememorare illud, quod declaratū est de dīa, quæ est inter suū sermonem, & sermones Antiquorū. Sermo enim eius conuenit graui, & B leui simpliciter, & fm cōparationē. Antiquorum aūt non conuenire videtur, nisi eis, quę sunt fm cōparationem. v. g. q dicentes vacuum, & plenum esse causam leuis, & grauis, & q in leui vincit vacuum, & in graui plenū, necesse est vt nihil sit leue simpliciter, aut graue simpliciter. Cum enim posuerim⁹ aliquod corpus leue, in quo vacuum vincit plenum, in aliqua ꝓportione possibile est inuenire aliquod corpus, in quo proportio vacui ad plenum erit maior illa, quapropter hoc corpus debet ascendere super illud primum. & silr etiam possumus inuenire tertium ascendens super secūdum, & quartū super tertium, & sic in infini C tum. vnde nullum corpus videbitur ascendere super oīa. & silr de graui. vnde videbitur q nullū corpus erit graue simplr. & sic nihil erit inferi⁹ simpliciter, aut superius simpliciter. & sic loca erunt infinita, & ideo motus erunt infiniti. quod est cōtrariū ei, quod est positum. Et silr cōtingit Platoni, & sequacib⁹ eius, ponētib⁹ cām leuitatis, & grauitatis eē multitudinē, & paucitatē triangulorum. Et d. Et, si ita sit, manifestū est, &c.

i. &, si loca sint terminata, ex quo D inueniuntur graue, & leue simpliciter, manifestum est q impossē est inuenire corpus ascendens supra leue simpliciter, aut descēdens sub graui simplr. Et ideo dixit vt sint duo contraria, &c. i. q, cum non fuerit positum leue, & graue simpliciter, tunc leue non erit contrarium graui contraria enim sunt ea, quę maxime distant. Cum autem supra oē corpus Idē. 34. & 10. me. t.c. 13. leue inuenitur corpus leuius, & sub omni graui inueniť grauius, nullū erit corp⁹ leue, quod maxime distet à graui: vnde non erunt contraria: ergo non habebūt medium. & ideo contingit ponentibus leue, & graue fm comparationem, & nō absolute E ponere media sine cōtrarijs, inter q̄ sint illa media. D. d. Qm̄, si materia grauis, & leuis, &c. i. &, si causa grauis, & leuis esset vacuum, & plenū, vt Pythagoras d. aut magnitudo: & paruitas triangulorum, vt Plato d. aut multitudo, & paucitas partium, vt Democrit⁹ d. tunc nihil esset graue, aut leue simpliciter. D. d. tunc Hæc ē dīo spō medij vt i eo cōtraria qđ q̄o sit intelligēdū vid̄ supra cō. 26. oīa corpora moueren ťad superius, & ad inferius. i. essent media. hęc n. est dispositio medij, s. vt in eo cōgregentur contraria. D. d. Et nihil esset leue simplr, nec graue simplr. & iam declarauimus in prologo huius capituli, q̄o hoc cōtingit eis. D. d. cū F oīa corpora moueren ťad inferius. idest cū contingit huic positioni q oīa corpora moueren ťad inferius, aut ad superius, quia grauia componūtur ex triangulis magnis, aut ex partibus multis, & leue ex triāgulis paruis, aut ex partibus paucis. & dixit q cōtingit huic positioni q omnia mouerentur ad inferius. qa, cū posuerim⁹ aliquod corpus graue pp

G multitudinem partiũ, possibile est inuenire aliquod corpus pluriũ partium, quapropter mouebit̃ ad inferi⁹ pdicti corporis: &, si acceperim⁹ aliquod aliud corpus pluriũ partiũ q̃ sit ſm, mouebitur ẽt sub, secundo & sic in infinitum: ergo poſſe est vt sub omni corpore descẽdat aliud, & super oẽ corpus ascẽdat aliud. hæc igit̃ est intentio sui sermonis, ꝙ oĩa corpora mouerent̃ ad inferius. v.g. ꝙ, si causa leuitatis ignis est, quia ẽ pauciorũ partium quatuor elementis, & possibile est imaginari corp⁹ pauciorũ partium igne, erit corpus

H hoc ascendens sup ignẽ, & erit ignis grauis in loco istius corporis, cũ descẽder ex eo ad suum locũ. & siſr cõtingit vt hoc corpus etiã sit graue ĩ aliquo loco superiori. D. d. & hoc falsum est ponere, &c.i. & falsum ẽ ponere ꝙ oẽ corpus mouerur ad illud, quod est inferius. D. d. videmus enim aliquod corpus, &c.i. & signũ eius, ꝙ non oẽ corpus est possibile moueri ad inferius, est, qa videmus ignem semp moueri ad superius, & nunquã ad inferius, & terram semp ad inferius, & nunquã ad superius.

I Et d. hoc, quia, cũ nullus locus inueniatur sup locum ignis, impoſſe est vt imaginet̃ illis locus, in quo esset grauis. Causa igitur grauis, & leuis, vt sint simpſr, est terminatio in parte superiori, & inferiori simpſr: & causa, ꝙ superius, & inferi⁹ sint simpliciter, est finitas extremorũ loci: & causa finis extremorum in loco est, quia vnũ extremorum est circunferentia, & aliud est centrũ. &, si non, tunc finitas non inueniret̃ in longitudine recta. longitudo enim recta non est finita p se, sed pp aliquod finitum per se, s. longitudinem rotundam. & ex hoc apparet ꝙ loca sunt tantũ duo, & impoſſe est plures esse mundos vno. Causa igitur motus ad superius, & ad inferius est forma corporis & causa formæ est locus, & causa loci est corpus sphæricũ. & iã apparet hoc, ꝙ nõ est de locis istoꝝ, sicut est de locis aliorũ corporũ naturalium. †loca enim in istis elemẽtis sunt causæ locatorũ, in alijs autẽ corporib⁹ est econuerso, i. ꝙ locata sunt causę locoꝝ: licet hoc inueniat̃ in eis ſm prius, & posterius, & non ęqualiter, s. ꝙ compositorũ id, quod est vicinius elementis, locus eius est ei magis necessarius, & indiget plus loco ſm illud esse, & quãto remoti⁹ tanto minus, ita, ꝙ existimat̃ ꝙ essẽtia locari ẽ necessitas esse loci.

L Et ſm hoc non est impoſſe vt drĩæ substantiarum sint accidẽtia. Potest enim aliquis dicere, cum locus sit accidẽs, quõ potest esse causa substantiæ. & hoc est impoſſe, vt videtur famose. Sed demonstratio innotuit iã circa hoc. & causa in hoc est, quia formę elementorũ sunt diminuti esse. qm̃ quanto magis forma erit perfectioris esse, tãto magis erit manifestius vt sit accepta in definitione accidentium in formato: & quãto magis

M fuerit diminuti esse, tanto magis erit ecõuerso, & ideo videmus ꝙ caliditas, humiditas, frigiditas, siccitas sunt causę in formis elementorũ, & sunt causatę in formis animalium. Et siſr est de tribus dimensionibus cum prima materia, s. ꝙ sunt primę formarum existentiũ in ea in actu, & ideo putauerũt quidam ꝙ corporeitas est substantia. Arist. autẽ concedit ꝙ drĩæ quarundam substantiarum sunt de alijs pdicamẽtis, s. vt differentię alicuius substantię in

loco

Lõgitudo recta nõ ẽ finita p se sed p alid

K ⁹Cũ mot⁹ a 1 supi⁹, & isen⁹ ẽ forma corporis. coa ſire 1. Cœ. com. 5. & quæ ibi.

† Loca in vltimi selẽtis sunt fuut cãæ locatorũ, in alijs ãc corpib⁹ ẽ econus.

Nõ est impoſſe vtcãq substãtiã sit acñtia Sed vid op positũ. 5. Phy. c. 10 & 8. Met. cõm. 16. 5 Vide ꝯtr. Zim.

Quãto forma fuerit pfectioris esse, tanto magis erit manifesti us vt sit accepta ĩ definitione accñtiũ ĩ formato: & q̃to magis fuerit diminuet esse, tãto magis erit ecõuerso. cõsire. 5. Ph. c. 10.

A loco accipiát aliquod aliorum prædicamentorum, Hæc autē perscrutatio non cōuenit huic scientiç, sed primæ Philosophiæ cōsyderanti de substantijs,& accidētibus,& prioritate vnius ad alterum in definitione,& cōstitutione. D.d. Et,si vacuū esset causa leuitatis, nullum corpus esset,quod semper,& ĩ omnibus locis moueretur ad superius aut,ad inferius sicut ignis,& terra. & hoc intendit cum d. semper quod enim in aliquo loco mouetur inferius, & in alio superius,vt aer,& aqua nō semper mouetur ad superius,aut ad inferius, cū aliqñ moueatur ad superius,& aliqñ ad inferius. D d.& tūc aliquod corpus simplicium moueretur citius, &c.i.& cōtingeret vt esset possibile corpus graui⁹ terra eé, imaginādo ꝙ triāguli sunt,aut corpora pauciora,q̃ in terra, & plus de vacuo.D d. & nihil videm⁹ in aere, quod mouetur inferius,i.& signum ꝙ nullum corpus est grauius terra, est,quia nullum corpus videmus in aere,quod in eo moueatur inferius citius,quā terra. D.d. Et similiter dicendum est etiam de leui. idest & p hoc idem declarabit̃,ꝙ nullum corpus est leuius igne, cū nullū corpus videat̃ velocioris motus quā ignis.

B

C

Et potest aliquis dicere ꝙ hoc, ꝙ positum fuit hic,s ꝙ possibile est inuenire corpus,in quo plenū sit plus q̃ plenū,quod est in terra, & vacuū in eo minus, non est possibile: neq; dicētes vacuum,& plenum esse causam grauitatis,& leuitatis concedūt hoc. Et,cum ita sit,necessario cōtingit eis ponere proportionem inter vacuum. & plenū, qua impossibile est inueniri maiorem, aut minorē. quod est impossibile. omnis enim quātitatis possibile ē ea inueniri maiorem,& minorem.& vl'r finitas nō inuenitur in rebus, nisi propter formas earū,non propter quantitates. Et, cum isti dederūt causam leuitatis,& grauitatis ex quātitatibus, nō potuerunt dicere qua de causa fuit impossibile corpus grauius terra inuenire,aut leuius igne.& contingit eis hoc magnum impossibile.omne enim possibile exibit necessario adesse Et,si esset possibile vt corpus leuius igne ĩueniretur. esset possibile vt in aliqua hora inueniretur, corpus,quod in aere moueretur citius q̃ ignis. &, cū hoc nunquam fuerit visum,sciuim⁹ hoc esse impośe. hoc autem non fuit impossibile,nisi propter formam ignis, non pp quantitatem. & similiter intelligēdum est de terra. Hæc igit̃ est dſia inter opinionem Aristo. & opinionem istorum:& est differentia non parua.

D Finitas ñ inuenit̃ ĩ reb⁹, nisi pp formas earū ñ pp qtitates. Idē 5.Ph. cō. 65. & quæ ibi.

E

Si autē duæ sint. intermedia quō erūt facientia quæ faciunt, aer,& aqua? veluti,si quis dixerit esse vacuum, & plenū. Ignē igit̃ vacuum,quapropter & sursum: terrā vero plenū, quapropter & deorsum.aerem aūt plus ignis habere, aquam aūt terræ. erit enim quędā aqua,quæ plus ignis habebit pauco aere,& aer multus plus terræ pauca aqua. quare oportebit aeris quandam multitudinē velocius ferri deorsum, qua aqua pauca. hoc autē videt̃ nullo modo vnquā. Necesse est igit̃, quēadmodum & ignē sursum,quia hoc habet, puta vacuum,alia aūt non,& terrā deorsum,quia plenū habet,et aerē in

F

G suum ipsius, & superiusq́ȝ aqua sit, quia hoc quippiam habet, & aquā deorsum, quia tale. Si autē sint aut vnū aliquid ambo, aut duo, ambo aūt insint hęc vtriqȝ erit aliqua multitudo vtriusqȝ, qua excedet, & aqua aerē paucū ipso sursum, & aer aquam ipso deorsum, quemadmodum sæpe dictum est.

Si igitur aliquis dixerit quòd materia grauis, et leuis nō ē eadē, dicemus ei quòd accidit huic sermoni, Vt ignis differat à terra, sicut aer ab aqua. H *Qui enim ponit Vacuum, & plenum esse materiam grauis, & leuis, & quòd ignis mouetur ad superius propter multitudinem Vacui, & quòd terra mouetur ad inferius, propter multitudinem pleni, necessario ponit in aere multum ignem, & in aqua multā terram. & erit tunc in aliqua quātitate in multa aqua de igne magis, quam in pauco aere, & erit in multo aere de terra magis, quàm* I *in pauca aqua. &, si ita sit necessario continget Vt motus aeris multi ad inferius sit Velocior, quam motus paucæ aquæ. quod nunquam Videtur. Et, cū ita sit, dicemus quòd sicut ignis mouetur ad superius propter multitudinem Vacui, & terra ad inferius propter multitudinē pleni, sic aer mouetur ad suū locum ad superius, propter illud, quod est in eo quidam alicuius. et similiter aqua mouetur ad inferius, propter* K *hoc, quod in eo aliquid est. si igitur aliquis dixerit quòd Vacuum, & plenum sunt in aliquo corpore, necessarium erit Vt multa aqua moueatur ad superius citius, quam paucus aer, & quòd multus aer citius moueatur ad inferius, quam pauca aqua, sicut diximus superius. quod non inuenitur omnino.*

41

Quia res diuersæ fm formas aut erunt cōpositæ ex vna mā. sicut cor- L pora simplicia, aut ex diuersis materijs, sicut corpora composita ex elementis, & diuersitas formæ istorum est pp diuersitatē * modorū, v. g. ꝙ os non differt à carne, nisi quia hēt plus de terrestreitate, q̃ de aquositate, & caro econuerso, manifestum ē igitur ꝙ ponentes causam diuersitatis grauis. & leuis esse vacuū & plenum, cōtingit dicere eis ꝙ corpora non diuersificātur fm grauitatem, & leuitatem, quæ sunt fosmæ eorū nisi fm ꝙ habēt de vacuo, & pleno fm magis, & minus sicut formę consimiliū corporum compositorū nō diuersificantur adinuicem, nisi pp M multitudinē, & paucitatem partiū. Et, cū ita sit, sicut in corporibus cōsimilibus non inuenitur diuersitas absoluta in eis abinuicem, nisi secūdum magis, & minus, ita contingit ponentibus graue, & leue esse composita ex vacuo, & pleno, s. vt nō inueniatur leue simpliciter, & graue simpliciter, s. leue, cuius forma sit cōtraria graui simpliciter, idest ꝙ non differt ab eo, nisi propter diuersitatem elementorum, ex quibus componūtur secundū magis, & minus.

Diuersitas forā p tiū mixtorū ē pp diuersitatē modorū.
*a. l. materierum.

Et

A Et hoc intendebat, cum dixit, Si ig, aliquis dixerit ꝙ materia grauis, & leuis, &c. i. & si aliquis dixerit ꝙ cã diuersitatis grauis, & leuis ĩ suis formis est diuersitas duorum elementorum contrariorum, ex quib' componunt̃ sm magis, & minus, sicut dicentes ꝙ causa grauitatis, & leuitatis est compositio corporum ex vacuo & pleno, continget ei vt omnia corpora non diuersent̃ in grauitate, & leuitate, nisi sm magis & minus. & sic nihil erit leue simplr, aut graue simplr: & tunc ignis differet a terra, sicut aer ab aqua, quæ sunt media.

B Et hoc intendebat, cum dixit dicemus ei ꝙ accidit huic sermoni. & cę. Et, cum demonstrauit ꝙ contingit eis, si posuerint ꝙ vacuum, & plenũ sint causæ grauitatis, & leuitatis, vt nihil sit leue simplr, aut graue simpliciter, quæ maxime distant abinuicẽ, & potest aliquis dicere, defendendo opinionem istorum hoĩum, ꝙ posse est inuenire contraria, quæ maxime distant, inter quæ existunt media, & omnia componunt̃ ex cõtrarijs elemẽtis, v.g ꝙ album, & nigrum sunt contraria, inter quæ existunt plura media, vt viride, &

C charopos, & sunt composita ex contrarijs elementis, & sic, sicut albedo nõ est cõtraria nigredini, nisi qa ignis magis dominatur in ea, q̃ terra, & nigredo est cõtraria albedini, quia magis abundit in ea terra, q̃ ignis, ita ignis est cõtrarius terræ, quia vacuum magis abũdat in eo, q̃ plenũ & in terra econuerso, ideo d. respondendo, qui enim ponit vacuum, & plenũ, &c. i qui enim ponit vacuũ, & plenum esse duas materias, ex quibus componit̃ ignis, & terra, & ponit ipsas eẽ cõtrarias in fine, ex quo vacuum abũdat super ignem, & plenum super terram, sicut albedo, &

D nigredo sunt contrario propter abũdantiam partis lucentis super albedinem, s. ignis, & partis obscuræ super nigredinem, s. terræ, necessario contingit ei ꝙ sicut charopos, & viridis non diuersificantur, nisi quia in charopo est magis đ albedine, q̃ de nigredine, & in viridi econuerso, sic debet esse in medijs inter ignem & terram, s. vt in aere sit de igne pl' q̃ de aqua, & in aqua plus de terra, q̃ in aere. D. d impost, quod ꝯtingit ex hoc, & d & erit tunc in aliqua q̃titate, &c. i. & contingit eis tunc vt

E aer non differat ab aqua, nisi quia in eo multum sit de igne, & parum de terra, & in aqua econuerso. &, cum ita sit, posse est vt in magna parte aq̃ inueniat̃ plus de igne, q̃ ĩ parte parua aeris, & vt in magna parte aeris inueniat̃ plus đ terra, q̃ ĩ parua parte aquæ. D. d impost, quod sequit̃ ex hoc, & d. &, si ita sit, necessario cõtinget vt motus aeris multi ad inferius, &c. i. &, si causa, propter quam aer est leuior aqua, est, quia in aere sunt multę partes ignis, & paucę terræ, & in aqua econuerso: ex quo cõ

F tingit vt in magna parte aeris sit de terra plus, q̃ in parua parte aquę: cõtinget vt illa pars aeris, in qua ẽ magis de terra, sit grauior parte aquæ, in qua est minus de terra: & similiter continget, vt aliqua pars aquæ, in qua est plus de igne, sit leuior parte aeris, in qua sit minus de igne. qđ videtur esse contrarium vero. Et debes scire ꝙ ista contradictio non cõ tingit eis, nisi cum posuerint ꝙ multum vacuũ est leuius pauco vacuo, & multum plenum est grauius pau corita, ꝙ ignis non mouetur ad superius

Documẽtum.

G perius, nisi quia est in eo multū de
ta. I aut· vacuo & pauco de pleno, ita, ꝙ ma
gnitudo illius vacui innata est ascē-
dere super illum locū, & quantitas
illius pleni innata est descēdere sub
illo loco. & sil'r est de vnoquoq; elem'
totū, s. vt ꝑpter paruitatem vacui,
quod est in terra, non potest moue
ri supra illum locū, & pp plenum d
scendit sub oībus corporib', ex quo
contingit ꝙ, si plenum esset maius
pleno, terra descēderet, sub terra, &,
si vacuum esset maius vacuo, ignis
eleuaret' sup ignem. Hoc. n. posito,
contingeret impos'e, quod dedit eis. Si
H enī posuerit ꝙ pars vacui, siue ma-
gna, siue parua moueat' ad superius
motu æquali, s. ꝙ qñ totum mouet',
& pars mouebitur, & posuerint ita
de pleno, & posuerint ēt ꝙ diuersi-
tas formarum elem'torū est pp diuer-
sitatem proportionis vacui ad ple
num, tūc non contingit eis hoc im
pos'e. Sed tñ Aristo. dedit eis aliter
hoc impossibile, s. vt multa aqua nō
sit velocioris mot' ad inferius q̄ par
ua, & sil'r ignis multus cum paruo.
Sed tñ videt' ꝙ positio eorum sit pr̨
dicta, s. ꝙ vacuum diuersificatur in
leuitate ſm multitudinem, & pauci
I tatem, & sil'r plenum diuersatur in
grauitate ſm suam diuersitatem in
multitudine, & paucitate. cōtinget
enim eis, si hoc non posuerint, alte-
rum duorum, aut, vt vacuum segre
getur a pleno, & hoc mouebit' supe
rius, & hoc inferius, aut, vt congluti
nent' adinuicem, & sic stabunt elem'
ta in suis locis violente, vnde nō ha
bebunt locum naturalē, in quo stēt
Sed ex prioribus propositionibus
istius scientiæ est ꝙ ista corpora sūt
naturalia. & in locis nālibus: † cū
motus violentus non intelligat', nisi

† Motus violentus non ima-

in respectu naturalis. Et; si ita esset, K
sicut dicunt, vtr corrumperent' elem'-
ta, & totus mūdus causa enim gña-
torum, & corruptorum non est, nisi
quia elementa existunt extra suum
locum naturalē D. d. Et, cum ita sit
dicemus, &c. i. si causa, pp quā quæ
dam corpora sunt leuiora quibus-
dā, est diuersitas vacui, & pleni, ma-
nifestum est ꝙ, sicut ignis ſm hanc
positionem mouet' ad superius pp
quantitatem ipsius vacui, nō pp na
turam vacui, & terra mouet' ad infe
rius pp quantitatem pleni, cōtinget
vt aer non mouebit' in suo loco, nisi
pp quātitatem vacui, s. quia vacuū, L
quod est in eo, est minoris quantita
tis vacuo, quod est in igne, & sil'r cō
tinget vt aqua moueat' ad inferius
pp quantitatem pleni, & hoc inten-
debat, cum d. quidā alicuius. Et in-
tendebat p hoc demonstrare ꝙ con
tingit eis, vt ita sit de medijs. qm̄, cū
posuit media esse hmōi, ex quo de-
dit eis prædictum impos'e, & est vt
aer multus moueat' ad locum aquæ
& multa aqua ad locum aeris, & pos
set aliquis defendere eos, dicēdo for
te non posuerunt diuersitatē ignis,
& terræ, nisi pp quantitatem vacui,
& pleni tñ, quæ sunt extrema, & nō M
ponunt media eē hmōi, ideo reuer-
sus est ad demonstrandum ꝙ ita cō
tingit eis ī medijs, sicut in extremis,
deinde iterat impos'e prædictū, & d.
Si igit' aliquis dixerit ꝙ vacuum, &
plenum, &c. i. &, cū isti dixerint hoc
accidit eis dicere ꝙ quātitatis vacui,
& pleni, existentium in vnoquoq;
quatuor corporum est causa diuer-
sitatis eorū in grauitate, & leuitate,
& contingit ēt impos'e prædictum,
& est, vt aqua multa citius moueat'
ad superius, q̄ paucus aer, & multus
aer

K grauat' nisi in respectu nālis. vide pro hoc 1. cę. t c. 14. & quæ ibi.

A aer ad inferius, quam pauca aqua. quod non videtur esse.

Docet, quamuis figuræ non sint causa Grauis, & Leuis, eas tamen velocitati, & tarditati in motu coadiuuare. Cap. 7.

FIguræ autem non sunt causæ, vt ferantur simpl'r aut deorsum, aut sursũ, sed vt velocius, aut tardius: pp quas aũt causas non est difficile videre. Dubitatur.n.nunc, cur lata ferramenta, & plumbum innatant
B super aquam, alia autem minora, & minus grauia, si rotunda sint, aut longa, vt acus, deorsum feruntur. Et, cur aliqua ,ppter paruitatem natant in aere, vt auri arena, & alia terrea, & puluerulenta. De his igitur omnibus putare quidem causam esse, quemadmodum Democritus, non recte se habet. Ille enim inquit ea calida, quæ sursum feruntur ex aqua, sursum pellere ex habentibus grauitatem ea, que lata sũt, stricta vero dedicere. pauca.n.
C esse, quæ repugnant ipsis.

Et dicamus etiam quòd figuræ non sunt causæ motus quorundam corporum ad superius, aut ad inferius, sed causa velocitatis, aut tarditatis motus. Volumus igitur perscrutari de hoc, dicendo quòd quidam quærũt quare ferrum latum, & plumbum latum natant super aquam, rotundum autem, et oblõgum, vt acus, non natant, sed submergunt. Et quare quædam corpora parua natant super aquam, D *vt ful r fur, & alia terrestria natãt super aerem, vt auri pigmentum. Dicamus igitur quòd Democritus dedit causam in hoc, & errauit. Dixit enim quòd corpora grauia lata natant super aquam, quia vapores exeuntes ascendendo eleuant ea, & sic non descendunt ad inferius corpora autem rotunda descẽdunt in aqua, quia illi vapores non occurrunt eis secundum omnes partes, sed vni parti illorum, & paucis, & ideo submerguntur.* E

Quia quidam Antiquorum etiã opinabantq; causa leuitatis ignis ẽ, quia habet figuram pyramidalem, & causa grauitatis terrę, quia habet figuram quadratam, & q; media in ueniuntur media in grauitate, & leuitate, quia habent figuras medias inter istas figuras, vt pdictum est in tertio istius libri, d. Et dicamus etiã, &c. i. & nõ voluit hic destruere hãc opinionem. qm iam in tertio istius libri destruxit q; elementa haberẽt figuram, nedum vt haberent figurã F quæ esset causa leuitatis, & grauitatis. Et, quia hoc iam declaratũ est, vult perscrutari de figuris fm quandam quæstionem naturalem, & d. Volumus igitur perscrutari, &c. i. q̃stiones autem, quas Antiqui quęrebant in hoc. sunt duæ, quarum vna est, quare grauia magna, cũ fuerint latæ figuræ, natant super aquã, aut fuerint concaua, vt vasa scutea ferri & plumbi, grauia autem parua, cũ habuerint figuram rotundam, aut oblongam ad modum acus, descendunt 42

G dunt in aquã, quamuis sint minoris grauitatis, quia sunt minora. D. d. Et quare quædam corpora, &c. i. Secunda autem quæstio est, quare quædam corpora parua descendũt in aere, & in aqua, & quædam stant in superficie aquæ, & quædam stãt in ipso aere. D. d. Dicamus igitur ꝙ Democritus, &c. i. dicam⁹ ꝙ Democritus dicebat ꝙ causa, pp quam corpora lata grauiora natant sup aquã & ea, quæ non sunt lata, non natãt, est qa vapores ascendentes ex aqua occurrunt corporibus latis fm vniuersum, & impediunt ea descende-
H re pp suam fortitudinem. corporibus autem nõ latis non occurrit, nisi modicum vaporis, quem põt vincere grauitas illorum corporum.

Oportebat aũt in aere adhuc magis hoc facere, queadmodũ īstat & ille ipse, sed, cum instituit, soluit molliter. ait enim non in vnum, impetum facere σοῦν, vocãs σοῦν motum eorum, quę sursum feruntur, corporum.

Dicamus igitur, cõtradicentes eis, quòd, si ita esset, tunc corpora grauia lata magis starent in aere.
I *in aere enim sunt vapores plures, quam in aqua. Et, cum Democritus sciuit quòd hoc contingit ei, cõfirmauit suũ sermonem, sermone debili, & dixit, quòd hoc cõtingit, quia vapores exeuntes ab aere, nõ exeunt æqualiter, ita, quod possint occurrere omnibus partibus, sed expanduntur, & spargũtur propter tenuitatem, et subtilitatem aeris.*

43 Error Democriti manifestat ex hoc, ꝙ aqua magis impedit corpora ad descendendum ad inferius, q̃ K
vapores, & ideo necesse fuit ei dare differẽtiam inter vapores, qui sunt in aqua, & qui in aere. Et corruptio isti⁹ sermonis est manifesta, immo debet esse manifesta. Si enim ex aq̃ ascenderent vapores, necesse esset vt vapores, qui ascendunt in aere, haberent maiorem continuitatem, q̃ ascendentes in aqua, &, si hoc, tunc non habebunt maiorem expansionem in aere, q̃ in aqua, sed maiorẽ continuationẽ: quare magis occurrent corporibus descendentibus in aere, & resistent eis, q̃ in aqua.

Qm̃ autem continuorũ hæc L
quidem sunt facile diuisibilia, hæc autem minus, & diuisiua ẽt eodem modo, alia quidem magis, alia autẽ minus, has eẽ causas putandum est. Facile igit̃ diuisibile est, quod bene terminabile existit: & magis, qđ magis.

Dicamus igitur, quòd corporũ continuorum quædam recipiũt abscissionem, & diuisionem cito, & quædam tarde, & quædam diuidunt, & abscindunt cito, & quæ- M
dam tarde. Et dicere est velocitatem abscissionis, & diuisionis, velocitatem expulsionis. & quanto magis res est velocis diuisionis, tãto magis erit velocioris expulsiõis.

In hoc cap. proponit prædictæ q̃ 44
stioni duas propositiones, quarum vna est, ꝙ corpora continua diuersificantur in recipiẽdo diuisionem fm magis, & minus. aer. n. magis est diuisibilis, q̃ aqua, & aqua magis, q̃ terra. Secunda autem est, ꝙ corpora diuidentia diuersificantur etiã in for-

A fortitudine, & debilitate, & propter figuras, & pp grauitatem eorum. figura. n. acuta diuidit corpora continua cito, & fili corpus valde graue: & hæ duę, cum fuerint congregatę, tunc actio erit fortior: corpora autē lata, & paucæ grauitatis sunt econuerso. D. d. & quanto magis res, &c. i. ꝙ corpori expulso accidunt a corpore expellēti duæ dispositiones, vt s. diuidatur, & expellat, & quāto magis fuerit facilioris diuisionis, tanto magis erit facilioris expulsionis, & econuerso.

B Aer autem magis, q̄ aqua, talis est: aqua autē, q̄ terra. & minus itaq; in vnoquoq; gñe magis facile diuisibile est, & distrahitur facilius. Quæ igitur habēt latitudinem, quia multum comprehendunt, supra manent, propterea ꝙ non facile distrahit̄ qd̄ maius est. Quæ vero contrario modo sese habent figuris, quia pauca comprehendunt, ferunt̄ deorsum, propterea ꝙ diuidunt facile. & in aere multo magis, C quanto facilius diuisibilis est, q̄ aqua. Qm̄ autem & grauitas habet quādam virtutem, f̄m quā fert̄ deorsum, & continua vt nō distrahantur, hæc oportet ad se inuicem comparare. Si enim excedat virtus grauitatis eā, q̄ est in continuo, ad distractionē, & diuisionem, per vim feretur deorsum velocius: si autē debilior sit supernatabit. De graui igit̄, & leui, & ijs, quæ circa hæc accidunt, determinatum sit nobis hoc modo.

Reuertamur igitur, & dicamus, quòd aer est velocioris expulsionis quàm aqua, & aqua quàm terra. & quanto magis corpus erit minus tanto magis erit facilioris expulsionis. Et si ita sit, dicamus quòd corpora lata natant super aquam. quoniam multum comprehendunt de aqua, quapropter non expellitur, neq; diuiditur cito. corpora vero oblonga, quia parum cōprehendunt de aqua, cito diuidunt ipsam, & descendunt ad inferius. D

& hoc non erit in aere: quia velocioris est expulsionis, & diuisionis quam aqua. Et dicamus ēt quòd si graue habeat aliquam potētiam: tunc expulsio, & diuisio erit tardior. ista autem adinuicem coniungenda sunt. Dico quòd: si fortitudo corporis grauis expellentis fuerit maior fortitudine corporis cōtinui expulsi: tunc expelletur & diuidetur, & mouebitur ad inferius cito. si autem potentia corporis grauis expellentis fuerit debilior potentia corporis continui expulsi, natat super ipsum, & non mouetur ad inferius omnino. Perscrutati sumus igitur de graui, & leui. & de accidentibus eis contingentibus sufficienter: & perfecte. Et in hoc complebitur liber noster. E F

Cum posuit ꝙ corpora diuersantur adinuicē in velocitate receptionis diuisionis, & expulsionis, dicit ꝙ aer 45

G aer est corp' facilis diuisionis, & expulsionis magis, q̃ aqua: & hęc duo magis sunt in aqua, q̃ in terra D.d. causam, propter quam corpora continua non diuiduntur a corporibus latis, neq; expelluntur ab eis facile, & d. quanto magis corpus erit minus, tanto magis erit velocioris expulsionis. i. & corpora non lata facile diuidunt, quia non est diuisio, nisi vt partes expulsi diuidātur ab expellente: & quanto minores fuerint istæ partes, tanto facilius expellent'.
H &, cum figura non fuerit lata, occurret paucis corporibus, quapropter facile diuidentur. D. d. Et, si ita sit, &c. i. cum posuerimus ꝙ corpora lata expellentia occurrant de expulso maiori quantitati, quapropter difficile expellentur, manifestum est ꝙ corpora lata, posita super aquā, difficile expellent aquam. cum igit' virtus retentionis aquæ ab expulsione fuerit maior virtute grauitatis corporis lati, tunc non expelletur aqua ab eo, & natabit super ipsam. & cū sint hæ duæ potētiæ, s. potentia corporis expellentis, & potentia conti-
I nuationis corporis expulsi, & diuisio contingit, cum potentia corporis grauis expellētis fuerit maior potentia continuationis corporis expulsi, & natatio contingit, cum potentia continuationis corporis expulsi fuerit maior potentia grauitatis corporis expellentis. D. d. ista autem adinuicem coniungenda sunt, &c. i. & cum voluerimus iudicare, q̃
K corpora descendunt in aqua, & quę natant super aquam, oportet nos distinguere, & comparare inter potentiam grauitatis expellentis, & potētiam grauitatis expulsi. Si ergo potentia corporis grauis expellētis fuerit maior continuitate corporis expulsi, diuidet ipsam, & descendet in eo cito ad inferius, &, si fuerit debilior natabit super ipsum. Et hoc, qđ d. ante, ꝙ, si graue habeat aliquam potentiam, erit tardioris expulsionis, & diuisionis, d. ad demonstrandum ꝙ motus diuisionis consequit'
L quantitatem proportionis excessus potentiæ grauitatis super potentiā continuationis corporis expulsi, ita ꝙ, cum imaginati fuerimus duo cor' pora grauia diuidētia idem corpus, tunc proportio velocitatis diuisionis ab altero eorum ad velocitatem diuisionis a secundo, erit sicut proportio grauitatis ad grauitatem. Et cum iam compleuerit intentionem suam, in perscrutando de substātia grauis, & leuis, & de causis accidentium naturalium, prouenientium ab eis, d. Perscrutati sumus igit', &c. i. perscrutati sumus igitur de substātia grauis, & leuis, & de modis eorū,
M & dedimus causas accidentium apparentium in eis, similiter in simplicibus, & in compositis, & executi sumus in hoc perfectæ. Et sic completa est intētio nostra in hoc tractatu.

Librorum Quatuor de Cœlo finis.

AVERROIS CORDVBENSIS

IN QVATVOR LIBROS DE COELO ARISTOTELIS PARAPHRASIS RESOLVTISSIMA,

Paulo Israelita interprete.

DICTIO PRIMA.

B ARistotelis in hoc libro intẽtio est de mũdo, & simplicibus, primarijsque eius partibus inquirere: de omni insup, quod mundum ipsum, partesque primarias consequitur. Cuius præsens hæc dictio in summa decẽ absoluitur. Prima quę huius artis sint supposita enumerat. Secunda corp' naturale definit, ipsumq; omnibus magnitudinibus perfectius esse demonstrat. Tertia mũdum perfectũ
C esse ostendit. Quarta circulare, & simplex dari corpus, ab vnoquoque simplicium mobilium motu recto sua natura diuersum. Quinta idipsum nec graue esse, nec leue isinuat. Sexta nec generabile, nec corruptibile, neq; vnius speciei mutationum, præter localem motum, id susceptiuum eẽ declarat, simpliciaq; corpora numero esse quatuor. Septima ostendit magnitudine finitum esse vniuersum. Octaua mundum vnũ esse numero monstrat. Nona extra mũdum nec plenũ dari, nec vacuũ. Decima incorruptibilem esse mundum, eiq; nullam corruptionis ines E
se potentiam explanat, & fieri non posse aliquid esse genitum non interiturum, nec quicq̃ periturum eẽ, quod in genitum extiterat.

SVMMA PRIMA.

QVoniam præsens inquisitio pars prima est qua de sensibilium, naturaliumq, rerũ dispositione sermonem aggredi(naturaliũ inquam particularium, in priori siquidem volumine de vniuersalioribus sermo est) nunc ideo quę huius artis sint supposita enumerare incœ F
pit. Scientia, inquiens naturalis de corporibus, deq; magnitudinem habentibus, & qualitatibus, quæ his ĩ sunt, necnon & de horum motibus, principijsq;, & causis considerat. res enim naturæ simplicia esse corpora necesse ẽ, aut simplicia corpora habentia, ex simplicibus .s. composita, vt sunt animalia, & plantæ, ac ĩ vno quoq; horum generũ scientiæ res quædam priores, & nonnullę posteriores, quarum triplex genus est, s. magnitudinum, qualitatũ alterabilium,

G bilium, & motus. Posuit autē habēs magnitudinem, per se genus seorsū a corporibus, eo ꝙ habens magnitudinem se latius diffundit quā corpus: quia magnitudinem habentiū aliud quidem locus est, aliud linea, aliud superficies, & aliud corpus.

SVMMA SECVNDA.

2 Cumq; huius sciētię suppposita enūtiauerit, mox naturalis corporis defini tionē assumpsit. Qm̄ vero vt corporis genus ipsum continuum est, eò ꝙ & tempus, & lineā, H & supeficiem complectitur, icirco in corporis definitionem enodandam continui definitionem pponēdam censuit: quippe, si ostēsum nō fuerit omne continuum esse diuisibile, vtiq; patefieri non posset omne corpus esse diuisibile. Huius igiť primum, & exinde corporis definitionem assignat, Continuū, inquiēs diuisibile est in semper diuisibilia. quod pro cōstanti accipi voluit, qa haud immemor fuit ostēsum id ēt in lib. priori. Dixit: Corpus autē ad I oēm dimensionem diuisibile est. & per ly omnem, dimensiones tres, s. longitudinem, latitudinem, profunditatemq; intellexit. ex habentibus enim magnitudinem vnius dimensionis linea est, duarum autem supficies, trium vero corpus. qm̄ ergo inuenta non est quarta dimensio, loco trium dimensionum omnem dimensionem protulit, quia & tres sunt omnes magnitudines, & ī tria partiuntur, quaproter nomen totum, omne, & perfectum pręsertim huic numero accommodati cōsueuit. Dixit: Iamq; attestatur hoc. Pythagorica secta, quæ tribus omnia contineri tribusq; definiri asseruit, quia totum, & omne principiū hn̄t, K mediū, & finem, & hoc primū consequitur trinarium, videlicet ꝙ trinarius prius est numerorū, quibus inest principium, medium, & finis. Dixit: Et, ex eo, ꝙ trinitatis forma inest rebus per naturam, nobis institutum fuit magnificare Deum gloriosum numero trino: quam quidem statuimus legem, opera insequendo naturæ. Indicat insuper totum. & omne significare non min⁹ numero tribus hoc, ꝙ de duob⁹ dicere mos est ambo, oīa aūt nequaquam, de tribus vero omnia, & totū L proferimus. cum igitur de trinario totū dicatur, & omne, amboq; hæc noīa enunciari soleant de perfecto, consequens est trinarium numerū esse perfectum. Ex hoc demū reuincitur oē, & perfectum eandem fm formam dispositionem ostendere, diuersam autem ex parte materiæ, qn̄, vt pote huius subiectum est quātitas discreta, aptius tunc dr̄ omne, si vero continua quantitas id fuerit, quadrabit magis totum, cumq; sub M iectū, forma, qualitasue, ac reliqua pdicamentorum extiterit, magis ac commodabitur nomen perfectum. Cum igitur sciuerimus solū corpus partiri in dimēsiones tres, aliorum vero magnitudinem habentiū hæc quidem in vnā, illa in duas, quòdq; solum corporis definitio trinariū numerum expostulat, concludim⁹ oībus magnitudinibus perfectius esse corpus, eo ꝙ in definitiua illarum ratione, non exprimitur trinarius, qui numerus est perfectus. linea ergo, & superficies, quia diminutus in earum definitione numerus assumitur, iure merito & ipsæ diminutæ magnitudines iudicatur. Qm̄ vero a corpo-

A à corporis definitione huiuscemodi explanatio vim habuit, & hæc ipsa, videlicet corporis definitio, non cõstat de corpe, nisi prius cõpertũ fuerit oẽ continuum esse diuisibile, plures siquidẽ sunt hominũ, q magnitudines & corpa ĩdiuisibilia esse cõtendũt. & licet hoc in præhabito volumine vberiori sermone innotuerit, nihilominus, qa in præsente nostra indagine min' cõstat, ideo aliũde ex dispositione, f. q ipsis magnitudinibus liquido inesse conspicitur, hoc rursus demonstrandũ censuit.
B Dixit igitur euidens esse corpus ipsum ad aliud gen' habentiũ magnitudinem transferri nõ posse, quemadmodũ per vnius dimensionis additionem transit in superficiem linea, & superficies in corpus. Cùm ergo illi, quod transferri non potest, nulla queat fieri additio: et cui nihil addi potest, pfectũ existat, sicuti econuerso quod patitur transferri, patit' & additionem, quodq; additionem suscipit, diminutum esse oporteat: consequẽs est, alijs magnitudinem habentibus perfectius esse corpus, lineam autem, & superficiem diminutas esse necesse est.

C SVMMA TERTIA.

CVmq; manifestũ sit perfectũ ex magnitudinem habentibus esse corpus, modo biformẽ ipsi vniuerso perfectionẽ competere monstrat, vnã, quia corpus, aliam, quia oẽs sui partes continet, & nihil continet ipsum, quæ quidem firma ipsius totius cõditio est. Mundus itaq; pfectus est, tum qa nullius rei pars est, tum quia corpus. partes autem mundi perfectæ sunt, quia corpora, diminutæ, qui partes: totũ siquidẽ vni forma perfectio parti est: &, siue, finitum fuerit totum, siue infinitũ nil interest ad hoc, vt ei hæc insit dispositio, idest opportunum non est ipsum totum, ad hoc vt hãc habeat dispositionem, finitum esse, vel infinitum. nos autẽ de hoc scrutabimur posterius. Hæc demum summa est eorum, quibus Arist. suum hunc librum aperuit. D

SVMMA QVARTA.

DE simplicib' exinde mũdi partibus suã inquisitionẽ statuit, & primũ de nobiliori, cęlesti scilicet corpore, qđ circulari latione moueri cernitur. Prius vero præsens intentio est ostendere sphæricum dati corpus, simplexq;, & natura diuersum á natura simplicium corporũ, quæ mouentur in rectum. E In huius igitur explanationem ipse quasdam propositiones posuit. Prima, omni corpori naturali proprius per se motus inest fm locum. est autem essentialis naturali corpori conditio motus, eò q naturale corpus, naturale quidẽ est per ipsam, quæ ei inest, naturam, ac naturæ definitio iam fuit principiũ motus, quocirca de essentialibus, proprijsq, corporis dispositionibus naturalis motus asseritur. F
Secunda propositio. oĩs motus fm locũ vel rectus est, vel circularis, vel compositus ex vtrisq;. cumq; hoc admissum fuerit, censeri oportebit duplicem duntaxat dari motum, rectũ scilicet, & circularẽ. cuius vtiq; causa est, quia simplicia corpa sunt duo, videlicet rectum, & circulare. quod enim species sunt dimẽsionũ, tot & motus species esse oportet. cũ igit circularis, qui naturalis est, motus sit circa medium, rectus vero na

G turalis sursum sit, aut deorsum, eũ dico, qui à medio, quiq; ad mediũ:
7 Cùmq; exploratũ sit simplices motus esse hos, quos enumerauim⁹: cõcludẽdũ erit simplices, naturalesq; motus esse tres, s. circularẽ, à medio, ad medium, quod vtiq; cõsentaneũ est dicto nostro priori, s. tribus dimẽsionibus cõstare corpus. vnde & tres corporis motus dari necesse est. Perspecto igitur simplicium naturaliũ corporum tot simplices esse motus, nõ laboriosum erit ex hoc quot simplicia naturalia corpa sint cõuincere. cõuenit enim tot simplicia esse corpora, quot & simplices motus. qa,
H cùm oẽ corpus simplex, aut ex simplici compositum esse oporteat (simplex appello, cui inest principiũ naturalis mot⁹ ĩ loco, vt terra, & aqua, non principium motus voluntarij, quale est animantium) fieriq; non possit quin motus oĩs simplex sit, aut compositus, necessariũ est simplici corpori simplicẽ adaptari motum. alioquin vnius corporis plura principia fateri oportebit. esseiq; ipsum simplex compositum. quod falsum est, & impossibile. Composito
I vero corpori compositus insit motus oportet. Cuius. s. compositi corporis, si exacta mixtio, cõplexioq; fuerit, erit eius motus ꝭm simplex corpus, quod in ipso cõposito exuberat. si vero sola iuxta positione, vicinitateq; huius compositio extiterit, inflexus ei erit mot⁹, qualis est motus turbinũ. Cùm ergo ita sese res habuerit, necesse erit simplicem motum corporis esse simplicis, & cõpositi corporis motũ esse simplicẽ, iuxta simplex corpus, quod in ipso composito dñandi vim obtinuerit.
8 Cùmq; ostensum sit quot simplices, naturalesq; sint mot⁹, & ꝙ cuiq; K
simplici motui corpus debetur simplex, concludit necessarium esse simplici circulari motui circulare adaptari corp⁹, diuersum ĩ sua natura. 9
at natura corporũ mobilium in rectum, præposuit enim hæc, iá iá exposita veluti antecedẽs, videlicet simplicem dari motum, & simplicẽ motum circularẽ, opportunumq; esse vt cuiq; simplici motui ascriptũ sit corpus vnũ simplex, eo ipso motu mobile: ex quibus infert simplex, & circulare hic esse corpus, qđ hoc circulari motu circunferri necesse est: cùm ergo verũ sit ipsum antecedẽs, verum sit oportet quod sequitur. L

Nec econtra nitendũ est, dicendo nil aliud ex circularis motus inuentione haberi, nisi dari corpus circulariter motũ, nõ aũt dari corp⁹ sphęricũ, vtpote ignis, & aer, ꝗ circulo moueri cernim⁹. motus enim circularis iuxta naturæ ordinem, nõ nisi sphærico corpori inesse potuit, accidentaliter aũt secũdum veterũ euentum, nil prohibet hunc corpori nõ sphærico, vt igni, aeriq; competere. at de circulari, quę ꝭm naturã, latio ne non simplr rõ nostra loquitur. quapropter solide cõuincitur id, qđ M
hoc circũuoluitur motu, circulare, sphęricũq; esse necesse sit, non autẽ aliqđ eorũ, quę suapte natura mouẽtur in rectum. Hæc vna est demonstrationũ, quibus Arist. ostendit dari corpus circulari motu mobile ꝭm naturã. Demonstratio Secũda. Cũ 10
posuerimus hunc motũ naturalem 11
esse corpori, cui is ipse motus inest, fieri nõ poterit quin hui⁹ mot⁹ mobile sit vnũ ex simplicibus corpibus quatuor mobilibus in rectũ, aut corpus aliqđ quintum: sed impossibile est

A est huius motus mobile esse vnum quatuor mobiliũ motu recto: relinquitúr idipsum quintũ corp' existere. Quòd aũt huius motus mobile ſm naturam nequeat esse vnum ex corporibus quatuor, geminæ ꝓpões declarát quarũ Prima est. motus naturalis cõtrarius est motui extra naturam. Secunda. vnũ cõtrarium est vni, nec fieri potest vnius contrariũ esse plus vno, & hanc accipit ꝓpõnẽ huius scientiæ artifex à Philosopho primo. cùmq; huiuscemodi propositiones veræ fuerint, & cõtendere voluerim' ipsum, quod natura moue
B tur in circulũ, aerẽ esse, aut ignem, vel id genus elementorum mobiliũ motu recto, consequens esset, vnius motus contrarium esse plus vno: qa cuiq; istorum corporũ quatuor, inest motus naturalis, & extra naturã, præter motum circularem, quemadmodum ignis, cui est motus sursum per naturam, & motus deorsum extra naturam, & q contrarius est motui sursum. Si igitur motus circularis esset igni per naturam, esset vtiq; ei motus sursum, & mot' deorsum extra naturam: qui aũt extra naturam est contrarius est naturali: con
C trarij igitur erũt duo motus motui vni. at dictũ est vnius contrariũ dũtaxat etiam vnũ. & hoc falsum est, & impossibile. Rursus, si circularis motus naturalis esset vni elementorum quatuor, essent vni corpori duo motus ſm naturã. & hoc quoq; ĩpossibile. si igitur motus iste accidẽtalis est cuiq; horum quatuor, erit is proculdubio naturalis corpori quinto. Non est aũt contranitendum, & dicere hoc corp' mobile circa mediũ, tam etsi quintam habeat naturã, nihilominus circularem hunc motum sortiri p accidens: qa fieri non D
posset, quin huic corpori vnus, simplexq; daretur motus ſm naturam. Cùm vero hic aliud non extet motus nisi ad medium, vel à medio, si vnũ istorũ naturalem huic dixeris, esset idipsum mobile vnũ ex corporib' quatuor, qntum vero minime. Cùm ergo qntam huic corpori naturã deuicerimus, fateri oportebit ei circularẽ hãc lationẽ suapte natura cõpetere. Cùmq; econuersim hunc motũ natura accõmodatum admiserimus, eius vtiq; naturã quintam dicere necesse erit. Demonstratio 12
Tertia. Circularis mot' nã prior est 13
motu recto, eò ꝙ circularis latio per E
fectior est, quia nulla ei competit additio, neq; diminutio, rectus aũt motus perfectus non est, quia additionem, diminutionemq; patitur. Causa aũt, qua motus circularis pfectior asserit', est ꝙ circulus perfectus est, qa in sese finitus est, nullã additionem, diminutionẽq; suscipiens. Et causa, qua imperfectus dicitur rectus, est ꝙ diminuta est ipsa linea recta. etenim, si infinita hæc fuerit, eã tunc diminutam esse nemo ignorabit: siquidem solum illud perfectũ est, quod terminum sortitur, fineq;. F
si vero finem habuerit, nihilominus diminuta censenda erit, eò ꝙ finem non nisi ab alio eam circumambiẽte possidebit: vnde necesse est vt rectæ lineæ finis attingat circulum. Cùm igitur compertum sit circularem lationem priorem esse motu recto, conuincitur huius motus mobile corpus esse prius ipso corpore simplici mobili motu recto. quod autẽ prius est simplici simplex sit oportet. ꝙ si & aliquod compositorũ corporum moueretur in circulum, id

 vtiq;

G vtiq; moueret iuxta corporis natu-
ram, qđ in ipso cōposito exuberan-
14 tia proportionē obtinuit. Demon-
stratio Quarta. Omnis mot', aut ac
cidētalis, aut naturalis sit necesse ē,
& quiq; vni corporū accidētalis fue-
rit, alio quidē naturalis erit. Et hæc
ipsa ꝓpō inductione ostēditur. mo-
tus nanq; sursum, si violentus, acci
dentalis est terræ, is vtiq; naturalis
erit igni, & si mot' deorsum accidē-
talis est igni, idē naturalis erit terrę.
Duabus his ꝓpōnibus constantib'
dicendū, cùm circularis latio, vt con
stat, accidētalis sit his corporib' mo
H bilibus motu recto, consequens est
hūc necessario alij corpori adaptari
15 sm naturā. Demōstratio Quinta.
Is enim circularis, qui circa mediū
est, motus fieri non potest, quin aut
naturalis sit huic corpi, aut acciden
talis: sed falsum est hunc isti aduen
titium existere, eò ꝙ qui aduētitius
est motus in infinitum, & continuo
circūuolui nō potest: sensus quippe
diiudicat omnia, quæ ex accidente,
euentuq; proueniunt corruptionē
pati, atq; interitum: ex prioribus au
tem constat hunc motum cōtinuū
existere. Si itaq; huiuscemodi mo-
I tus non est huic corpori ex acciden
te, ipsum vtiq; sm naturam ei inesse
necesse est. &, si is mot' naturalis ex
tat, ei proprium naturale corp' ada-
ptari oportet: queādmodū & cuiq;
aliorum naturalium motuū pecu-
liare quodam distributum est cor-
pus, veluti motui sursum ignis, mo-
tui deorsum terra. Si igit idipsum,
quod circa medium voluitur, cor-
pus, vt quidam opinant, esset ignis,
esset quidem hic motus ei aduenti-
tius, eò ꝙ naturalis igni mot' à me-
dio est, qui, si ei aduetitius fuerit, is
vtiq; tam longo tpis cursu periisset, K
euanuisletq;. Ex his ergo demon- 16
strationibus, Aristoteles docuit vnū
dari corpus præter hęc corpora pro-
pinqua terræ, quod hæc ipsa circū-
ambit, cuius his longe præstantior,
dignioriq; natura est. Consentaneū
deniq; est, tantū huius corporis na-
turam horum corporum conditio-
nem excellere, quantum eius est ab
his distantia loco, & vbi.

SVMMA QVINTA.

Dixit, His syllogismis, de 17
monstrationibusq; ap-
paret huiuscemodi pri-
mū, circulariq; motu
mobile corp' nō ē graue, nec leue.
Cùm ly non graue, & non leue pro- L
fert, nō de simplr priuatione inten-
tio est, sed affirmationis vim sermo
intendit, non vt lapidē dicimus, nec
tacitū esse, nec loquentē, queādmo-
dum Perihermenias liber explanat.
Hęc aūt positio perspicua efficietur,
qñ ostensum erit quid graue ipsum
importet, & quid leue: quod quidē
Arist. hoc loco cōcessum assumpsit,
pollicitus sup hoc in quarta huius
voluminis dictione demōstrationē
contexere. Sumamus igitur Graue
esse, quod descendit ad medium; & M
Leue, quod ascendit à medio. Itiq;
graue, & leue bipartitum, videlicet
simpliciter, & sm relationem. Sim-
pliciter Graue appello, quod ꝓfun-
datur sub omnibus mobilibus deor-
sum, simpliciter vero Leue, qđ su-
pereminet omnibus, quę mouentur
sursum. Graue autē, & Leue sm rela
tionem est duplex, quibus & graui-
tas inest, & leuitas, sed duorū loco-
rum intuitu, sicut aer, & aqua, quo-
rum vtrumuis leue est respectu in-
ferioris, graue respectu superioris.

Cùmq;

A Cùmq; positum sit hoc esse de na-
18 tura grauis, & leuis: ostensum sit cir
culare corpus nō esse mobile ad me
dium, neq; à medio, nō motu natu-
rali, neq; ex accidente: manifestum
est ipsum cęleste corpus nō esse gra
ue, nec leue. Id aūt moueri nō posse
à medio, neq; ad medium motu na-
turali ex iam habitis cōstat, s. quia,
si altero istorum motuum mouere-
tur, esset vnum ex corporibus qua-
tuor, & nō inesset ei circularis latio
per naturam. Sed quod nec secundum
accidens idipsum vno horum mo-
tuum moueri queat, hac serie osten
B ditur. Si enim s'm accidens moueret
ad medium, ascriberetur ei motus à
medio suapte natura, quapropter &
aeris natura, aut ignis. Si vero s'm
accidēs moueret à medio, esset vtiq;
ei motus ad medium per naturam:
quocirca eius esset natura aquę, aut
terrę, nec circularis ei inesset latio na-
tura. alioquin fateri cogeremur ipsi
geminos adaptari motus s'm natu-
ram: & cōsequēs erit vnius motus,
eius scilicet, quem huic præter natu
ram inesse existimas, duos mot' da
ri contrarios. nos autem accepimus
vnius contrarium esse vnum. posui-
C mus insuper quotiens vnius rei duo
habentur motus, quorū vnus ei in-
est natura, tunc aduentitium, i. præ-
terq; naturā alterum inesse oportet,
qui scilicet aduentitius motus con-
trarius est ei, qui s'm naturam. Præte
rea in sequētibus explanabitur nec
circularem lationem, nec ipsum cir
culare corpus habere contrarium.
19 Demonstratio Secunda. Ex per se
manifestis est locum partis in motu
recto locum esse totius. siquidem lo
cus, in quē fertur vna terrę glebula,
in eundem omnes terræ partes mo-
uentur: & quò vna ignis portiūcula D
tendit, illuc & tota ignis massa pro-
ficiscitur. quod vtiq; & cōuersim cōsi
tiari licet, scilicet quò totum ipsum
vergit, eò & partes. si igitur eiusce-
modi corpus graue esset, aut leue, es
sent quidē eius partes mobiles sur-
sum, aut deorsum. quod vtiq; si ei si
esset, sensus ipse infinito iā ipsis volu-
mine diiudicasset. Ex hoc itaq; ser-
mone patefactū est nec graue esse,
nec leue hoc circulare corpus.

SVMMA SEXTA.

Postquā supra hęc ipsa 20
enodauerit, nō ostēdit
eximiū hoc corpus nec E
generabile esse, nec cor-
ruptibile, nec incremēti, decremen-
tiq; susceptiuum, nec alteratiōnē,
nec passionē, nec deniq; aliquā qua
litatem. quę passibilē alterationem
cōsequit, vt est sanitas, egritudo, iu-
uētus, & senect', id pati demōstrat.
Ad quod duas propōnes assumpsit.
Prima, oē generabile, & corruptile
ex contrario fit, & in cōtrarium cor
rumpitur, quibus scilicet contrarijs
aliquid cōe subiectum substernit:
Secūda propositio est, circulare cor-
pus non habere sui motus contrariū:
quibus concluditur circulare corp' F
nec gnabile esse, neq; corruptibile.
Prima ppositio p se, & inductione
manifesta est. Secunda vero, s. circu
lare corpus non habere contrariū,
rursus geminis propositionibus in-
notescit. Prima est contrariorū cor-
porum, simpliciumq; cōtrarios esse
motus necesse est: attribuitur enim
corporibus contrarietas merito ip-
sorum formæ, quæ cùm principium
sit motus, contrariorum contrarios
esse motus oportet: Secunda propo
sitio est, circularis corpis motui nō

G vtiq; moueret iuxta corporis natu-
-ram, qd in ipso cōposito exuberan-
14 tiæ proportionē obtinuit. Demon-
-stratio Quarta. Omnis mot⁹, aut ac
cidētalis, aut naturalis sit necesse ē,
& quiq; vni corporū accidētalis fue-
rit, alio quidē naturalis erit. Et hæc
ipsa ꝑpō inductione ostēditur. mo-
tus nanq; sursum, si violentus, acci
dentalis est terræ, is vtiq; naturalis
erit igni, & si mot⁹ deorsum accidē-
talis est igni, idē naturalis erit terrę.
Duabus his ꝑpōnibus constantib⁹
dicendū, cùm circularis latio, vt con
stat, accidētalis sit his corporib⁹ mo
H bilibus motu recto, consequens est
hūc necessario alij corpori adaptari
15 sm naturā. Demōstratio Quinta.
Is enim circularis, qui circa mediū
est, motus fieri non potest, quin aut
naturalis sit huic corpi, aut acciden
talis: sed falsum est hunc isti aduen
titium existere, eò q qui aduētitius
est motus in infinitum, & continuo
circūuolui nō potest: sensus quippe
diiudicat omnia, quæ ex accidente,
euentuq; proueniunt corruptionē
pati, atq; interitum: ex prioribus au
tem constat hunc motum cōtinuū
existere. Si itaq; huiuscemodi mo-
I tus non est huic corpori ex acciden
te, ipsum vtiq; sm naturam ei inesse
necesse est. &, si is mot⁹ naturalis ex
tat, ei proprium naturale corp⁹ ada-
ptari oportet: quēadmodū & cuiq;
aliorum naturalium motuū pecu-
liare quodam distributum est cor-
pus, veluti motui sursum ignis, mo-
tui deorsum terra. Si igit idipsum,
quod circa medium voluitur, cor-
pus, vt quidam opinantur, esset ignis,
esset quidem hic motus ei aduenti-
tius, eò q naturalis igni mot⁹ à me-
dio est, qui, si ei aduētitius fuerit, is
vtiq; tam longo tpis cursu periisset, K
euanuissetq;. Ex his ergo demon- 16
strationibus, Aristoteles docuit vnū
dari corpus præter hęc corpora pro-
pinqua terræ, quod hæc ipsa circū-
ambit, cuius his longe præstantior,
dignioriq; natura est. Consentaneū
deniq; est, tantū huius corporis na-
turam horum corporum conditio-
nem excellere, quantum eius est ab
his distantia loco, & vbi.

SVMMA QVINTA.

DIxit, His syllogismis, demonstrationibusq; apparet huiuscemodi primū, circulariq; motu 17
mobile corp⁹ nō eē graue, neq; leue.
Cùm ly non graue, & non leue pro- L
fert, nō de simpl'r priuatione inten-
tio est, sed affirmationis vim sermo
intendit, non vt lapidē dicimus, nec
tacitū esse, nec loquentē, quēadmo-
dum Perihermenias liber explanat.
Hęc aūt positio perspicua efficietur,
qñ ostensum erit quid graue ipsum
importet, & quid leue: quod quidē
Arist. hoc loco cōcessum assumpsit,
pollicitus sup hoc in quarta huius
voluminis dictione demōstrationē
contexere. Sumamus igitur Graue
esse, quod descendit ad medium, & M
Leue, quod ascendit à medio. Sitq;
graue, & leue bipartitum, videlicet
simpliciter, & sm relationem. Sim-
pliciter Graue appello, quod ꝓfun-
datur sub omnibus mobilibus deor
sum, simpliciter vero Leue, qđ su-
pereminet omnibus, quę mouentur
sursum. Graue autē, & Leue sm rela
tionem est duplex, quibus & graui-
tas inest, & leuitas, sed duorū loco-
rum intuitu, sicut aer, & aqua, quo-
rum vtrumuis leue est respectu in-
ferioris, graue respectu superioris.

Cùmq;

A 18 Cumq; positum sit hoc esse de natura grauis, & leuis: ostensum sit circulare corpus nō esse mobile ad medium, neq; à medio, nō motu naturali, neq; ex accidente: manifestum est ipsum cæleste corpus nō esse graue, nec leue Id aūt moueri nō posse à medio, neq; ad mediū motu naturali ex iam habitis cōstat, s. quia, si altero istorum motuum moueretur, esset vnum ex corporibus quatuor, & nō inesset ei circularis latio per naturam. Sed q nec secundum accidens idipsum vno horum motuum moueri queat, hac serie osten-
B ditur. Si enim fm accidens moueret ad medium, ascriberetur ei motus à medio suapte natura, quapropter & aeris natura, aut ignis. Si vero fm accidēs moueret à medio, esset vtiq; ei motus ad medium per naturam: quocirca eius esset natura aquę, aut terrę, nec circularis ei inesset latio natura. alioquin fateri cogeremur ipsi geminos adaptari motus fm naturam: & cōsequēs erit vnius motus, eius scilicet, quem huic præter naturam inesse existimas, duos mot' dari contrarios. nos autem accepimus vnius contrarium esse vnum. posui-
C mus insuper quotiens vnius rei duo habentur motus, quorū vnus ei inest natura, tunc aduentitium, præterq; naturā alterum inesse oportet, qui scilicet aduentitius motus contrarius est ei, qui fm naturam. Præterea in sequētibus explanabitur nec circularem lationem, nec ipsum circulare corpus habere contrarium.

19 Demonstratio Secunda. Ex per se manifestis est locum partis in motu recto locum esse totius. siquidem locus, in quē fertur vna terrę glebula, in eundem omnes terræ partes mouentur. & quò vna ignis portiūcula D
tendit, illuc & tota ignis massa proficiscitur. quod vtiq; & cōuersim cōtiari licet, scilicet quò totum ipsum vergit, eò & partes. si igitur eiuscemodi corpus graue esset, aut leue, essent quidē eius partes mobiles sursum, aut deorsum quod vtiq; si ei si esset, sensus ipse īfinito iā tpis volumine diiudicasset. Ex hoc itaq; sermone patefactū est nec graue esse, nec leue hoc circulare corpus.

SVMMA SEXTA.

Postquā supra hęc ipsa 10
enodauerit, mō ostēdit eximiū hoc corpus nec E
generabile esse, nec corruptibile, nec incremēti, decrementiq; susceptiuum, nec alterationē, nec passionē, nec deniq; aliquā qualitatum. quę passibilē alterationem cōsequit', vt est sanitas, ęgritudo, iuuētus, & senect', id pati demōstrat. Ad quod duas propōnes assumpsit. Prima, oē generabile, & corruptile ex contrario fit, & in cōtrarium corrumpitur, quibus scilicet contrarijs aliquid cōe subiectum substernit': Secūda propositio est, circulare corpus non habere sui motus contrariū: quibus concluditur circulare corp' F
nec gnābile esse, neq; corruptibile. Prima ppositio p se, & inductione manifesta est. Secunda vero, s. circulare corpus non habere contrariū, rursus geminis propositionibus innotescit. Prima est contrariorū corporum, simpliciumq; cōtrarios esse motus necesse est: attribuitur enim corporibus contrarietas merito ipsorum formæ, quæ cùm principium sit motus, contrariorum contrarios esse motus oportet: Secunda propositio est, circularis corpis motui nō

est contrarietas: ex quo vincitur circulari corpori non dari cõtrarium. Contrariorũ autem corporum motus cõtrarios esse oportere ex sese cõpertum est. q vero nil sit circularis motus cõtrariũ in postrema huius dictionis parte exponitur. Dixit, q̃ scite, operoseq, ipsa diuina natura egit, vt, cùm hoc corpus, ingenitum incorruptibileq; esse molita fuerit, idipsum à cõtrarijs immune affecerit, eò q pcipua generationis, corruptionisq; causa contraria existunt.

21 Monstrat eodem argumento idipsum nec incrementũ, neq; decremẽ-

H tum suscipere. fit enim incrementũ p simile superueniens alimẽtũ, vide licet qñ alimẽtum in propinquam rei nutritæ, augmentabilisq; materiam dissoluit, & exinde in partem augmentalis, nutritæq; substantiæ transformat. cui exemplũ est panis, qui quidem prestat alimentũ, qñ in sanguinis formã, demum & animalis partem conuertitur. augmẽtum igitur rei augmẽtatæ generatio est, earũdẽq; corruptio diminutio est. Quia igitur absoluta ratione cõclu dit huic corpori nec generationem, nec corruptionem contingere, con-

I sequens erit idipsum nec augmẽti, nec decrementi susceptiuũ existere. Sic vtiq; nec alterationẽ, quam com mitatur passio subire poterit, eò q oẽ, quod talem alterationem patit, generationem: corruptionemq; suscipiat necesse est, quia huius altera tionis conditio est inuentio contrarij, & suppositi. Pari tõne auferũtur ab hoc corpore quæcunq; aliæ qua litates, quibus cõiungitur passio, veluti sanitas, lãguor, iuuẽtus, atq, senectus. Tu aũt aduerte q, qñ hic passibilem alterationẽ profetimus, de

ea, quæ in sensibilibus qualitatibus K euenit, sermo est, psertim in qualitatibus quatuor, caliditate, s. frigiditate, humiditate, & siccitate, quę generationis, corruptionisq; causæ sunt, aliarum vero qualitatũ, quarũ esse passionẽ non expostulat, inuẽtionẽ huic corpori nil prohibet, vt figura, splendor diaphaneitas, & id genus.

Dixit Qui igit has ppões rationesq; accepit, & sedulo eas cõsyderauit, liqdo intelliget preclaro huic corpori harũ qualitatum nullã penitus cõtingere posse. Dixit Cùmque perspicuũ fuerit huius nullum dari subiectũ, neq; contrariũ, conuincet L id simplex esse, nõ compactũ ex materia, & forma, sed ueluti ad formas abstractas materia in actu, magisq; simile materiæ, q̃ formæ, licet neutri horum similitudinẽ obtineat. adũbrat enim materię, tum quia sensibile, tum quia potentiam habet ad vbi, tum quia est corpus, assimilatur autem formæ, ex eo, q existentiam possidet actu, eiusq substantia nõ in potentia est. Dixit Et visus, & ipse prætexit demonstrationes, quæ sibi mutuo fidem prastant, siquidẽ nullam prorsus in his alterationem sensus perpẽdit. Dixit Iamq; huius ve- M ritatis sufficientiam indicat hoc, q prisci oẽs, qui Deum, angelosq; admittunt, spiritualiũ immortaliũq; Angelorum sedẽ cæleste corpus statuunt. cõsentaneum quippe est immortalium numinum habitaculũ esse immortale. Hoc præterea corp⁹ generationis, corruptionisq; omnino & alterationis authorẽ enũtiãt, ac dignum vtiq; est ipsum alteratio nis authorem prorsus inalterabilẽ consistere. Dixit Et fidem facit, inalterabile, impassibileq; esse huiusce


modi

A modi corpus, hoc, ꝙ per oĩa transa-
cti tpis secula eadem se habuit con-
ditione, qua & nũc se habere cernit,
nec quispiã ab oĩ æuo de huius mu-
tatione, nec ĩ toto, nec in aliqua par
tium enũtiauerit. si igit ad mutatio-
nem procliue hoc corpus fuerit, ab-
sonũ profecto esset tãto annorũ nu-
mero, quo huius cõtingentia accepi
mus in ipso nil alteritatis pspectum
fuisse. Dixit Nostrę preterea opi-
nioni testimoniũ perhibet priorũ, s.
Chaldęorũ, qui primi, plurimũq; flo
rebãt, sapiẽtia, à quib' hęc ipsa exĩde
euanuit credulitas, qua hoc ipsum
B corp' statuerũt esse aliquid pter ter-
ram, ignẽ, aquã & aerẽ, sempiternũ,
motuq; velocissimũ: vnde idipsum
æther appellari libuit, non aũt quia
ignẽ, vt Pithagoras existimat, hęc di
23 ctio enuntiet. Dixit, Simplicia vero
corpora numero esse quinq; ostẽdit
id, qd prius assumpsimus, videlicet
simpliciũ corporũ numerũ comitari
numerũ motuum simpliciũ, simpli-
cesq; motus dũtaxat esse duos, s. re-
ctum, & circularẽ, ipsumq; rectum
partiri in cõtrarios motus quatuor.
Quòd aũt non excedant numerum
quinariũ apparet ex eo, ꝙ circularis
C latio nõ scindit in motus cõtrarios,
sicut scinduntur motus recti: nec ad
sunt sphęrica corpora, sicut cõtraria
existunt corpora recta. At circulari
motui, vt paulo ante accepimus, nõ
dari contrarium Aristo. hac serie de-
monstrat. Si circulari lationi admit
tendũ dixeris contrariũ, illud vtiq; e
potius statuendũ esset p contrarieta
24 tem motus recti ad ipsum, quã mo-
tus alteri', si igit circularis mot' nõ
est contrarius motui recto, non erit
prorsus circulari motui cõtrarium.
etenim, si cui magis cõgruit dari cõ-

trariũ non datur, sanè & id, cui mi- D
nus cõpetit, hoc nullũ habeat cõtra
riũ oportet. Quòd aũt dignius exi- 25
stimat motui circulari contrariari
motũ rectũ, apparet ex hoc, ꝙ circu-
laris latio vtrinq; ex duab' partib',
quib' ipse circularis motus conficit,
aduersat motui recto. nã quẽadmo-
dum contrariũ est circulus recto ex
cõcauo, & conuexo, sic & circularis
latio, ex gibbositatis, concauitatisq;,
motu cõstans, vtrinq; contraria est
motui recto. Cũ ergo circularis mo-
tus cõtrarius sit motui recto duobus
his motibus, qui quidẽ, conuexus, s.
concauusq; motus, & mutuo aduer- E
sant, dignior vtiq; ex motibus, qui
existimandi sunt circularis lationis
cõtrarij, erit motus rectus. magis de
niq; cõuenit circulari contrariũ sta-
tuere rectũ, q̃ circulum circulo. cir-
culari aũt motui non contrariũ esse
rectũ perspicuũ est ex eo, ꝙ mot' re-
ctus cõtrarius est motui recto. si igi-
tur rectus motus contrarius esset cir
culari, daret vtiq; vni cõtrariũ plus
vno. Accedit ad hoc ꝙ motus in re- 26
ctum aduersatur quidem motui re-
cto pp cõtrarietatem loci, ad quem
fit motus. nos aũt nullam prorsus in F
ter rectum, circularemq; locum con
trarietatem perpendimus. solũ nãq;
per terminũ à quo, & ad quẽ mot'
contrarietas iudicanda est, circula-
ris aũt motus, cùm idẽ sit à quo ter-
minus, & ad quẽ, nulla contrarietas
ei ascribi poterit. Et qui existimat, 27
inquit Aristo. inter terminũ ad quẽ,
& à quo circularis lationis cõtrarie-
tatẽ existere, quẽadmodũ in motu
recto, is rectã intentionẽ detorquet.
Verbi causa qui imaginatus fuerit,
qñ quo mobilia ferri ponuntur sup
arcum A B, vnum ab extremo A ad

G extremum B, alterũ ab ipso B ad extremum A, ꝙ horum duorum mobilium motus ab A in B, super arcũ A B, contrarietatem obtinet ad motum ab ipso B in A, sicuti contrarij sunt eiuscemodi motus cõstituti super lineam rectam, qui inquam sic imaginatus fuerit, lõgius quidem à veritatis tramite deuiꝰ aberrabit, eò ꝙ motus de A in B nõ est inter duo maxime distantia, sed est motus ad arcum, ac infiniti arcus inter pũctũ A, & punctum B signari possunt, dictum aũt est contraria esse ea, inter quæ distantia est in fine, i. ꝙ nulla


H inter ipsa maior distantia sumi potest. quacunq; enim distantia datã te inter duo puncta fm circulum danda est maior: quod cum ita sit, motus de A in B contrarius quidem est motui de B in A, quãdo super rectam lineam fuerit.



28 Si aũt quis dixerit ꝙ qñ designatus arcus A B est dimidium circuli,


I fieri non potest vt inter puncta A B cadat aliud dimidiũ circuli, pręter ipsum dimidium circuli A B, & erit distãtia inter A B, dũtaxat vna, qua nulla distantia ibi dari poterit maior, fm qd ipsa distantia sit dimidiũ circuli. Huic dicendum ꝙ non admittitur inter dimidiũ circuli, & arcus cadẽtes inter extrema diametri proportio: quia non est applicabilis pars dimidij circuli parti ipsorũ arcuũ, nec ęquabilis est pars parti: fit enim proportio inter cõiungibilia ęqualia. & ideo videtur rectum accipi in definitione cõtrariorum, quia K

recta linea est, qua maior distantia mensurari solet: id aũt, quo fit mensuratio, eius speciei esse debet, cuiꝰ ẽ id, quod mensuratur: distantia igit, quę inter duo cõtraria est maxima, recta est necessario. Ratio aũt, qua aliquorum distantiã mensuret sola linea recta, est ꝙ ipsa inter oẽs applicabiles lineas cõtingentes inter duo pũcta est breuissima: huic ideo pręter cęteras mẽsurandi ratio ascripta est, quoniã; inter oẽs lineas hęc breuissima. Cum hęc ita sint, cõsequẽs est ꝙ contrarietas existens inter motum ab A, & motũ à B, si admissam fuerit illic dari contrarium, sit quidem secundum ꝙ huiuscemodi motus fiunt super lineam rectam. L



Præterea, si censuerimus motum super semicirculum ab A in B aduersari motui à B in A, hoc excogitari non posset, nisi quatenus non compleant totũ circulum, sed prout moueantur per semicirculum tantum: M in circulo enim non assignatur pũctus, qui per naturam sit principiũ, aut finis. per circulum incedo id, qđ ambit circũquaq; hoc stante, idem erit his principium, aut finis secundum naturam: nos autem iam statuimus cõtrarios eos esse motus, qui à contrarijs principijs in contraria principia feruntur, videlicet à punctis contrariis in puncta contraria, vti motus sursum ĩ deorsum, à dextris in sinistrum.

Rursus,



31 Rursus. si cõtraria esset circularis la-
32 tio lationi circulari, esset, inq̃t Arist.
alterius contrariorum inuentio va
na, arbitrat̃. n. ipse ex hac positione
B cõcludendũ aut prorsus nõ dari mo
tũ circularẽ, aut alterũ contrariorũ
esse in vanum. Quo aũt ratiocinio
hoc sequatur statim aperiã. Cũ. n.
circularis latio vna sit specie, opor-
tet ponentẽ circularem motum con
21 trariũ motui circulari censere, hanc
ipsam cõtrarietatem existere in spe-
cie vna: & q contrarietatẽ in aliqua
vna specierũ admiserit, hãc non nisi
in partibus alicuius indiuidui illi⁹
speciei effingere poterit: hoc autem
falsum est, & impossibile: duo siqui
dem contraria sunt; quorum per se
C distãtia est maxima, q̃ vtiq; in vni⁹
speciei ĩdiuiduis teneri nõ potest, si
q̃ cõtrariũ sit indiuiduũ indiuiduo
ſm se totũ: quapp̃ relinqt̃ q̃ in ipso
indiuiduo sint p̃tes cõtrarię. Si igit̃
ponas circularẽ motũ ꝯtrariũ circu-
lari, erũt in hoc ĩdiuiduo motu p̃tes
cõtrarię. q̃, si ęq̃les extiterint, nõ pos
sent ĩde ꝓdire mot⁹ oĩno. q̃ si altera
ptiũ ꝓdũium obtinuerit, erit alteri⁹
inuentio frustra. Nec ex eo. q̃ cœle-
stes motus variant in partibus, i. q̃
aliq ab oriente vergunt in occidẽs,
alij ecõuerso, arbitrãdi sunt huiusce
modi motus contrarij. non. n. quæ D
cunq;, sed maxima diuersitas cõtra-
rietatẽ efficere valet: quę q̃dem ma-
xima, si diuersitas, si hic affuerit, nõ
esset circularis latio specie vna. quẽ-
admodum, si Arabs omnimoda di-
uersitate diuersus specie à Rom. nõ
non esset homo vnius speciei. diuer
sitas itaq;, quæ ſm hanc dispositio-
nem inest motui circulari, non po-
nit cõtrarietatem in ipso. alioquin
nõ esset circularis mot⁹ vnus in spe-
cie, sicut nec Romanorũ, & Arabũ
diuersitas non est talis, vt contrarie
tatis rationẽ subeat. simplr̃. n. con-
trariorũ conditio est; vt non conti- E 11
neantur specie vna. Quòd si censue-
rimus mot⁹ circulares ſm partes di
uersas esse multiplices in specie, nõ
reuinceret̃ ex hoc, eos sibi vẽdicare
rationem simplr̃ contrariorum, op-
portunũ quippe nõ est, vt oẽ specie
diuersum cõtrariũ sit simplr̃, quem
admodũ sequitur contraria esse di-
uersa in spẽ. Ex hoc itaq; ostensum
est, motus circulares nõ esse contra-
rios: quapp̃ ipsum circulare corpus
vnum est a gñatione, corruptioneq;
prorsus incolume. Itaq; vt circulari F
corpori non esse cõtrarium: ex hoc,
q̃ contrarietatis causa est sursum, &
deorsum: & ipsius sursum, & deor-
sum causa est corpus circulare: vn-
de ipsum circulare corpus contrarie
tatis causa est. ei igitur nulla con-
trarietas inest. & hęc est vera demon
stratio, licet eam Aristo. reticuerit.

SVMMA SEPTIMA.

His enodatis mox accedit
ad inquisitionẽ de mun
do, an s. finitus, an infi-
nitus. si finitus, an vnus
aut plures. Inquisitionisq; principiũ
sumit in perquirendo vtrũ inueniri
queat

Sed hic dubitabit in Arist. quidā, inquiens, si eiuscemodi causa rata esse, vtiq; conueniret hanc dispōnem syderibus inesse fm ordinē. sed non sic se habet dispō. si enim admiserimus Solē subesse Mercurio, & Veneri, vt Priscis Astronomiæ cultoribus visum est, quidnā opinandū erit de B stellis residuis? Nos aūt dicem⁹ hanc quidem ambiguitatē contingere, si dixerimus motrices virtutes in vnoquoq; horū syderum proprias, videlicet quæ mouent ipsa in contrariū motus totius adequari in virtute, ipsas quoq; distātias adequari posuerimus. at, cùm horū proprias virtutes varias, sic & distātias variari censuerimus, non oportebit hanc illoꝝ dispōnem eundem propinquitatis, distantiæq; ordinē seruare, sed conuenit vt vlī modo in his hæc appareat dispō. Quamobrē dicamus vnā causarum, quibus in velocitate, tarditateq; sydera varient, simul cum C hac causa esse diuersitatem mouentium virtutum, & diuersitatē distantiarum. idcirco horū velocitatis, tarditatisq; causæ ex tribus dispositionibus cōstant, ex diuersitate scilicet propriarum virtutum mouētium, & diuersitate debilitatis potētiæ mouentis primi respectu eorum, & diuersitate distantiæ, super quam mouentur. Et verisimile est Aristotelē ideo hanc præsertim posuisse causā, quia huius dispositionis hæc fortior causa est, aut quia latentior, aut hæc ambo simul.

Quæsitum Quintum. D

Dixit, Operepretium est vt attentiori indagine duo examina ꝓsequamur. Primū est, cur erratica sydera propinquiora orbi supremo pluribus motibus ferunť, & quę lōgius distāt paucioribus, cùm tñ rationabilius vř huius rei cōtrariū, videlicet vt ꝙ propius est orbi supremo paucioribus moueatur motib⁹, quia ipse primus orbis vnico solum motu moueť. Huius aūt veritatem ipse monstrat ex eo, ꝙ Aegyptijs, & Babylonicis desyderiū aspectib⁹ apparuit, s. Solem lōgius distare orbi primo post Lunā, paucioris que esse motus. Siquidē iuxta Babyloniorꝝ, E Aegyptiorumq; sententiā Lunę tres tm̄ motus debētur, s. longitudinis, latitudinisq;, & mot⁹ capitis draconis, videlicet vbi obliquis orbis zodiaci circulū proscindit. Ptolemęus aūt his tribus motib⁹ addidit duos, qui etiam superiorem Mercurio, & Veneri Solem constituit. Nullus tñ Mathematicorum tenuit paucorū motuum esse Solem, q̄ reliqua sydera, quemadmodū eorūdem nullus recusat inferiorem alijs syderibus eē Lunam. Et Aristoteles super hoc signum induxit ex eo, ꝙ ipse viderit F Martem eclipsari in Luna. Secundū aūt quæsitū est, cur in primo orbe plures sint stellæ, & orbis ipse vnus, reliqui vero orbes econuerso, videlicet vnus illorum orbis vna duntaxat stella est. Ipse igitur primū defēsorium pro se oratiunculam ꝓmit, ꝙ de huiuscemodi ordinis quidem examinibus ausus sit sermonę contexere, inquiēs, non licet nobis examina hęc quęsita explorantibus temeritatē, stultitiāq; ascribere, quinimmo summis debemus laudib⁹ ex

G tollit ꝙ de his dispositionib' sermo
nem aggredimur. noster siquidem
in his sermo non egreditur demon-
strationũ genera, lętariq; debet qui
hæc ipsa proscisceere meret: modica
nanq; harũ rerũ cognitio nimirum
magnifacienda est ob grandẽ nobi
litatem ad difficultatem, quę eiusce
modi rebus inest. Ad quod accedit
ꝙ ex profundorũ scrutinio exercet
quidẽ intellectus, in actũ deducit, &
summũ inde ꝑfectionis gradũ ptin
gere põt. ac forte credibile & nobis
fuisset nullũ dari additũ sublimiũ
H horum corporũ dispositiones pene-
trandi, si opinati fuissem' hęc inani
mata esse corpora: modo vero, quia
hęc aĩata esse contendimus, eò ꝙ ꝑ
seipsum mouent, nostra hic solici-
tudo nequaquam rõnis, possibilita
62 tisq; limites egreditur. De primo
itaq; nunc sumamus exordium, di-
centes, ꝙ res nobilissimã propriam
suã perfectionẽ possidere solet absq;
actione vlla, & opere. quod vtiq; pe
culiare primæ causæ attributum vr.
Quod aũt non in tanta nobilitatis
celsitudine collocatur, vtpote aĩata,
I huius alia quidem assequuntur ali
quid sĩle perfectioni in summo vni-
co opere tm, qualia sunt ea, quæ ꝓ-
prius astãt rei nobilissimę, quorũq;
dignitas ꝓprior est dignitati ĩ sum-
mo. Alia vero eandem hãc dignita
tem pluribus operibus pertingunt.
Alia vero hanc ipsam dignitatẽ nec
paucioribus, nec plurib' mereri va
lent, sed aliquid huic dignitati adũ-
brans paucis quibusdã operibus nã
ciscuntur. quod pp alteram duarũ
dispositionũ contingit, videlicet ob
celsitudinẽm, gloriamq; acquirẽtis,
aut propter acquirendę celsitudinis
paruitatem, distantiamq; à dignita
te summa. Et alia sunt, quæ huius K
dignitatis simile attingere valẽt, vi
delicet quę pp eis paruitatem paucis
operibus attingitur. Quod quidem
genus entiũ nullum prorsus virtuo-
sum in se continet opus. vtpote ali-
qui sunt hominũ, possidẽtes sanita-
tem absq; labore, & opere, nonnulli
eandem modico labore pertingũt,
quidam vero difficilib' quidem, in-
tensioriq; labore hanc ipsam asse-
quuntur, alij nec modico, nec pluri-
mo labore sanitatẽ, sed paucis operi
bus aliqd sanitati simile assequũt.
quod totum in aĩatis verũ esse con- L
stat. Nos insuper dicimus nõnulla 63
summum applicare celsitudinis ope
vno. Alia vero nequeũt hoc dignita
tis summũ pertingere, sed plures di
gnitates huic similes pluribus operi
bus possidere valent, ita, ꝙ dignita-
tum multitudo vicẽ gerat ei', quod
dignitatis qualitate eis deest. Et hęc
est hoĩs dispõ cum rebus nobiliori
bus ipso, & nobiliorib' in summo.
Homo qppe, ex eo ꝙ dignitatis cul-
men attingere nequit, cõdonata est
ei multarũ dignitatũ possessio, quæ
dignitatis in summo similitudinem
obtinent. Alię aũt rerũ nec has qui- M
dem oẽs dignitates summæ dignita
ti siles, sed paucas operib' paucis as
sequunt, qualis est aliorum animã
tium, plantarumq; dispõ cum hoĩe.
Nonnulla insuper sũt, quę nec vnã
summę dignitati, nec ꝓpẽ, nec à lon
ge similem perfectionem possidere
valẽt, qualis inanimati mixti dispo
sitio est. Constat igitur vnam eãdẽ
dignitatem pauci nancisci operib'
facilius esse, minorisq; laboris, q̃ ea
assequi per opera plura. Cumq; cõ- 64
pertũ sit animantibus, quaten' ani 65
mantia, has dispositiones cõpetere, 66

A dicendum primo corpori vnicũ inesse motũ, eò φ dignitatẽ dignitati summę propinquã, aut ipsam dignitatem summã vnico tm̃ opere vendicare sib pôt. Et ex cœlestibus corporibus huic propius astat, qd plures exercet mot⁹, aut quia primi corporis dignitatis, nisi pluribus operibus capax esse non pôt, quemadmodum pluribus operib⁹ aliquis hominum sanitatẽ assequitur, aut qa, ex quo dignitatẽ primi corporis ptingere non valet, condonatur plurib⁹ 2 dignitatibus p opera plura, vt defectum qualitatis pfectionis suppleat multitudo. Et hoc pacto se hẽt hõ cũ entib⁹, quę nobiliora sunt eo, & perfectiora in esse. corpora aũt cœlestia, lõgius distãtia à corpe primo, pauciores obtinent motus, admittẽdo, s. Solẽ, Lunãq; paucioribus ferri motib⁹, & magis distare à primo orbi, q̃ alia sydera, pp alterum duorum: aut quia nequeunt eam dignitatum assequi multitudinẽ, quę possidere valent corpa media inter hęc, & corpus supremum, qualis animãtium cũ homine dispositio est: aut quia nequeunt possidere, nisi dignitates inferiores ignitatib⁹, quas possident corpora intermedia, idcirco C paucis opib⁹ eas possidere nequeũt, qualis plantæ cum animalibus conditio. quippe fieri non potest vt nobilius, minusq; nobile eãdem possideant dignitatem per opera numero æqualia. Quæ aut inferius sũt corporibus cœlestibus pauca exercent opera ad modicã ipsam dignitatem possidendã, q̃ illorũ natura capere valet. siquidẽ dignitatẽ similem dignitati, quam possident corpora cęlestia, hęc applicare neqũt. at ex quatuor elemẽtis terra ipsa tãtæ est ineptiæ, vt nec similem alioꝝ elementorum dignitatem nancisci valeat: inde posita fuit immobilis, omnisq; actiõis operis expers. Hoc igitur summũ est eius, quod de hæ rerunt causis, iuxta humanã valentiam, & ſm ꝓpõnes, quas ab his, q̃ nobiscũ sunt, accipim⁹, sciri potuit. videtur aũt, si hunc sermonem nullam pati dubitationem voluerim⁹, iudicandum esse dignitatis defectũ ex operationum multitudine, & exharum paucitate dignitatis summũ B aut diminutionem dignitatis, quæ in summo. quo stante possibile nobis erit iudicare quodq, minus nobile, non ordinis rõne, dicendo nobilius esse cœlum stellarum, deinde Solem, post vero quod paucioris ẽ motus. & ſm hunc tramitẽ erit Luna propinqua in dignitate Soli. aut dicamus Lunã non posse eãdem assequi dignitatẽ, quam possidet plurium motuũ orbis p opera multa, ideo ei dati sunt motus pauciores.

Quæsitum Sextum.

SEcundum autem quæsitũ, quod iuxta tertiæ summæ diuisionem Sexti quæsiti obtinet locum, est cur 67 plures primi orbis stellæ sint, quas B vnicus orbis circũuoluit, & in alijs orbibus stella dũtaxat vna, quã circunferunt orbes plures. Ad hoc ipse duo respondendo protulit. Primũ, 68 quia suprem⁹ orbis principium est vitæ, & causa tam viuentib⁹, quàm non viuentibus, essendi munus impatiens magis, quàm reliqui orbes: ideo dignum fuit eius virtutem maioris esse vigoris, quàm virtutes aliorum orbium. fortior autem virtus plura mouet corpora, & minor virt⁹ corpora mouet pauciora. quocirca, supremus orbis vnico motu

G ſtellas mouet plures, alij vero orbes
pluribus orbibus ſtellã mouẽt vnã,
69 Dati aũt ſunt his motus plures, qua
tenus recompenſet natura id, quod
eis pp ſtellarum multitudinis abſẽ
tiam defuit proinde ac ſi medium,
tempusuè ipſa rerum natura expo-
ſcat. Siquidem, quem ex orbib⁹ plu-
ribus cõdonauit ſtellis, illi vnicum
duntaxat motũ diſtribuit, & cui vni
cam duntaxat ſtellam conceſſit, plu
res motus impedit, quatenus vnũ-
quodq; corporum tantũ poſſideat
perfectionis, quantum ſuæ naturæ
vires patiuntur. ſit laus cõditori vni-
uerſi. Secũdum autem reſpõſum eſt
H quia orbes, qui inferiores ſunt orbi
ſupremo, ſinguli quidem motũ te-
70 nent priorum ſuper proprium ſibi
centrum, propriumq; ſibi polum:
cùmq; hi nihilominus ſequant̃ or-
bem ſupremũ, in motu diurno, qui
ſuper idem centrum, eundemq; po
lum voluitur: ideo horum omniũ
ſm hunc motũ motor fuit orbis ſu-
premus. cõſtat autẽ ex præhabitis
ipſum ſupremum orbẽ, licet maior
ſit virtute alijs corporibus omnib⁹,
quia tñ corpus finitę ſit magnitudi
I nis, finitusq; velocitate, & tarditate
71 ſit oportet. Cùm igit̃ ſic finiti vigo-
ris ſit, ſi in alijs orbib⁹ plures fuiſſẽt
ſtellæ, cõtingeret ei in hac parte de
ſatigatio, & labor videlicet tarditas
extra naturã, nõ ex parte motionis
in infinitũ, nec quia ipſi mobili in-
ſint principia contrarij motori, quẽ
admodum ineſt mobilibus, quę no
biſcũ, at ſolũ ex hoc, ꝙ cuiuſq; mo-
toris per naturã ẽ determinatę ma-
gnitudinis mobile per naturam, qđ
quidem mobile, ſi poſuerimus ma-
ioris corpis molis, q̃ corpus ei accõ-
modatum natura, neceſſe eſſet eius
motũ limites exire naturę. quapro- K
pter ei ex ipſa iteratione cõtingeret
deſatigatio, & labor. Hoc itaq; tra-
mite Ariſtotelis audiẽdus eſt ſermo,
quo ſupremo corpori, ſi plures mo
ueret orbes, pluresuè ſtellas, q̃ mo-
uet nunc, deſatigationẽ, laboremq;
contingere aſſeruit. ſic inquam au-
diendus eſt, aliter vero minime, ſi-
quidem patefactũ iam eſt, nulla cœ
leſtibus corporibus principia ineſſe
contraria, nec ea in laborem, deſati
gationemq; prolabi, dũ motũ exer
cent in infinitum. Sit itaq; de ſtel-
larum ſubſtãtia, deq; earum motu,
& partibus ſui motus, de earũ figu- L
ris, & cur aliæ alijs ſint velociores, &
quædam pluribus motibus, quędã
paucioribus, & cur maior orbis plu
res circũuoluat ſtellas, alij vero or-
bes circũferant ſtellã duntaxat vnã.

SVMMA QVARTA.

IN hac ſumma ipſe q̃
tuor ſerutat̃ quæſita.
Primũ, an terra mo
ueatur, aut quieſcat.
Secũdũ, hac quieſcẽ-
te, qs ſit locus ſui vbi in mũdo. Ter
tiũ, de cã ſuæ quietis. Quartũ, de ei⁹
figura. Et tota hæc ſumma ĩ capita M
Septem abſoluitur. Primum Anti-
quorum de loco terræ opinionem
enuntiat. Secundum eorundem de
cauſa ſuæ quietis, & motus ſenten-
tiam commemorat. Tertium eorũ
quoq; de terræ figura ſermonem re
fert. Quartum ipſorũ de cauſa ſuæ
quietis dicta commemorat, & quis
illorum cenſuerit ipſam quieſcere.
Quintum deſtruit terrã ſubire mo-
tum. Sextum eiuſdem locum, cau-
ſamq; quietis exponit. Septimum
eius figuram inſinuat.

A *Caput Primum.*

72 Dicendum igitur ꝙ sapientium vetustas varias de terræ loco scientias protulit. Quicunq; enim cœlestia corpora censuit finita, terrã collocauit ĩ medio. Pythagorica autem schola, & alij Priscorũ asserunt ignẽ reponi in medio, terramq; moueri circa medium, dicentes aliã obuiam huic, in qua nos degim⁹, dari terram, & huius terræ, cuius incolæ sumus, & ipsius alterius terræ circulatione diem innouari, & noctem.

B Hanc igitur ipse corripit sectam, dicendo hos talibus adhæreri sermonibus, quia non nituntur causas rerum assignandas, conformes statuere rebus, quas iudicat sensus, q̃ sanè mot⁹ decet quemlibet naturalium rerum causarum exploratorem. At ipsi contrario itamite incedunt, enitentes sophistico quodam sermone flectere, trahereuè ea, quæ sensus diiudicat ad causas, quas ipsi effingũt: suam siquidem non approbant sententiã à sensu, neq; ratione, sed sensum, rationemq; ad propriam suã opinionem, credulitatemq; detorquere conantur. Argumentum ve-
73 C to, quo hanc suam statuunt sententiã, est ꝙ ignis nobilior est terra, & nobiliorẽ rem nobiliori in loco collocari fas est: nobilior aũt locorum mundi est medium, quod vniuersi centrũ asseritur, quia eius distantia à circunferentia mundi est vna: in hoc igitur loco collocãdus, inquiũt, est ignis: & in causam assignãt, quia dignum est rem nobiliorem locari in medio, qui medij locus ibi locata conseruat, ac primum conseruanda quidẽ est res nobilior: nil aũt mundi machinę nobilius est igne: ignis itaq;, inquiũt, locũ obtinet mediũ.

Ad hoc autem Aristoteles dixit lati- D
tate ĩ hoc sermone biformedari me- 74
dium, quorum Vnum medium est magnitudinis, videlicet cuius ab vtrisq; extremitatib⁹ distantia ẽ vna, Secundum mediũ est virtutis, à medio magnitudinis longe diuersum. Siquidem quod virtutis est mediũ omnibus prędicamẽtis inest, at magnitudinis medium solum quãtitatis categoriæ accõmodatur. Et quẽadmodum medium, quod animantibus inest, aliud est à medio magnitudinis, sic quoq; tenẽdum est in dispositione mundi, videlicet mediũ in eo virtutis aliud esse a medio ei⁹ in magnitudine. Cùmq; palam fuerit haud secus in mundo, q̃ alijs in
entibus diuersum esse medium vir- E
tutis à magnitudine, cùmq; conseruans sit non magnitudinis mediũ, sed virtutis, vtiq; nobilior res cõuenienter locatur in medio ſm virtutem, Idcirco examinandum est quisnam locorum sit medium virtutis, eò ꝙ tale medium principium, conseruásq; extat locati, magnitudinis vero medio magis cõgruit vltimũ, q̃ principium, quia contentum est, & non continens, & semper nobili⁹ est cõtento ipsum, quod continet, hæc autem superioris loci, quem lo-
cum cernimus esse ignis, dispositio F
est cũ loco inferiori, qui apparet locus eẽ terræ, videlicet quia superior locus, mediũ est virtutis, & medium magnitudinis est locus inferior. qđ ideo sic se habuit, quia superius continet inferius, cõtinens autem vices gerit formæ, & contentum gradum tenet materiæ, Hę itaq; Antiquorũ de loco terræ sentẽtię sunt, videlicet ponentium eam in medio, & eorũ, qui eam collocant extra medium,

G *Caput Secundum.*

75 Circa terræ aũt motum, & quietem bi ormem hoc in loco Priscorum opinioné cõperimus, quarũ Vna fuit dicẽtis ipsam quiescere, Secunda vero opinantis eam moueri. Quæ rursus in duas diuidit̃, quarũ Vna hanc moueri cõtẽdit circa medium, existimans terræ mediũ non esse mediũ mundi in magnitudine: cuius vtiq; opinionis sẽtores Pythagorica fuit hęresis, arbitrantes terrã moueri circa mediũ. & cũ hoc aliã huic obuiam terram existere, quam peculiari, famosoq; sibi nomine ap
H pellare consueuere, quorũ nõnulli sunt dicẽtes plures dari posse terras circulo motas circa medium, quemadmodũ circunfertur terra ipsa, quã inhabitamus nos, sed latẽt, inquunt, propter huius terrę nostræ interstitium. Et eiuscemodi terræ in pluribus Lunę eclipsis causa esse possunt eò ꝙ interpellẽt lumen, quod à Sole effunditur Et argumẽtant̃ ex hoc, ꝙ, si asserimus causam eclipsis Lunę esse mediationem terrę, videlicet ĩ centro mũdi, nõ vtiq; prohibet hęc Solis lumen à Luna, quia sit in centro, sed quia de centro, corporis terrę eminens molis egredit̃, mediũq;
I excedit. ꝙ si ita fuerit, longe quidẽ ratiocinabilius erit prohibere lumẽ Solis à Luna per terras, quę ſm se totum centrum mundi egrediuntur. Secunda autem secta affirmat terrã locari in centro, eam tñ sup stabilẽ eius diametrum circunferri cẽsuit.
76 Aristoteles aũt Triplici demonstratione terram moueri refellit. Quarũ prima est. Si terra moueretur circa medium, cõpeteret quidem ei eiuscemodi motus violenter, nõ ſm naturam, si enim esset ei naturalis, ipsæ terræ ptes eũdẽ subirent motũ: K idem enim species est motus toti⁹, & partis. quod si ita esset, sensu iudicarem⁹ eius partes moueri circa medium, quod nñ hactenus sensus nullaten⁹ iudicare potuit. cùm igit̃ hũc motũ oporteat ei competere violenter, necesse erit ipsum esse non æternum, qui si fuerit non ęternus, esset & ipsa terra, ſm ꝙ pars est, ex ptib⁹ mundi, non ęterna: at iã ostensum est mundũ in singulis suis partibus esse ęternũ. Secunda demonstratio 77 hæc est Videm⁹ enim cõtrarijs motibus, & diuersis in longitudine, latitudineq; moueri stellas, Si igit̃ posuerimus eiuscemodi motus videri inesse stellis ex parte motus terrę, sequeretur contrarijs motibus moueri terrã. L Si aũt aliquos horum motuum ascripserim⁹ stellis, aliosq; terræ, videlicet vnum duorũ motuum lõgitudinis attribuam⁹ terrę, aliũq; stellis, sequeretur ei non inesse motum latitudinis. si vero terræ posuerimus motũ latitudinis, consequẽs esset, omnibus inesse stellis eũdem motũ latitudinis, & inueniretur latitudinis mot⁹ etiã stellis fixis: apparet nanq; omnibus erraticis syderibus tres inesse motus, duos quidem longitudinis, videlicet occidentis, & M oriẽtis, & motũ latitudinis. nec fieri potest vnũ horũ triũ imponere terræ, & duos stellis, eò ꝙ latitudĩs mo tus innouatur stellis à duob⁹ motibus lõgitudinis, videlicet motu diurno, & motu stellæ in orbe suo obliquo. Tertia demonstratio est ꝙ videm⁹ Solẽ, stellasq; ascendere, descẽdereq; sup eadẽ loca terrę, absq; vlla diuersitate, & translatione, Si ergo super diametrũ terrã moueri dixeris, oportet motum latitudinis variari.

A. riari à terra, scilicet loca ortus: idest diuersa essent loca ortus, & occasus, quēadmodū in longitudine, & breuitate diuersi secātur dies, & ipse occasus in orizonte iuxta dierū diuersitatem in breuitate, & longitudine. At, licet terram quiescere per se quidem pateſcat, euidentiæ tamen causa eiuscemodi demonstrationes Aristote. afferre voluit.

Caput Tertium.

76 TErræ autem figurā alij Priscorum sphæricam, alij latam eē sent, ipsi vero eius figuram non esse sphæricam ex eo monstrant, ꝙ tpe B Solis ortus, atq; occasus terrā sphæricam Solis corpus super rectam lineam videtur proscindere ꝙ si hæc ipsa sphæricā obtineret figurā, oporteret ex sua incisione formā emergere lunatem. quemadmodum in solari eclipsi ex incisione mutua lunaris corpis, & Solis fieri perpendim⁹. Ignorāt aūt hi viri ꝙ, dum magnū sphęricū corpus proscindit à sphærico corpore paruo, apparet ipsa incisio, proinde ac si fieret super lineā rectam, quia minoris arcus circuli, qui in sphæra maiori, curuitas non apparet. &, cum magnū corpus pro C scindit sphæricum corpus paruum per arcū minorem, apparet eiuscemodi minor arcus, qui modice est curuitatis, ac si esset linea recta. Et hæc est Solis dispō cum terra apud visum. siquidē Sol palmi vni⁹ apparet quantitatis, pp eius distantiam à nobis, & terra lōge apparet Sole maior: q̄q̄ Mathematici Solem plurimum terræ magnitudine excedere mōstrant: sed quæ sensus diiudicat apparentia est, non veritas. Hęc igit̃ de motu, locoq;, figuraq; terræ Antiquorum sententiæ habentur.

Caput Quartum. D

DIcētes aūt terram quiescere, vt 77 pluribus Antiquoꝝ visum est, titubant quidem, & multimode variant in assignādo causam, qua hęc ipsa quiescat. Inueniūt enim partes terræ, quotiens ad aerem eleuant̃, & exinde in sua virtute relinquuntur, mox petere deorsum, & quotiens inferior eius pars commoueat̃, partes superiores moueri ad locū inferius: videntur'q; maiorem eius portionē arctare minorē, eamq; mouere ad centrum, & quò maior ipsa portio fuerit, eò velocius descendit deorsum: quę quidem dispositio nō cōtingit terræ secundū se totam: cum E tamen condecens esset toto contingere, id quod cōtingit parti. Laudibus igit̃ ipse præferr Antiquorū solertiā, qua huius rei causam examinauerint, & huius causæ inquisitionem vere philosophatos eē asseruit, 78 licet quicquid de hoc dixerint à rectitudine lōge recedat. Quatuor igitur de causa totius terræ quietis cū hoc, ꝙ eius partes semper moueri videant̃ ad centrū, ipse opiniones enumerat. Quarū prima huius causam dicit, ꝙ terra secundū se totam infinitæ ē magnitudinis, idcirco nullū 1 hanc habere locum, in quem moueatur. iste autē sermo refellitur ex F hoc, ꝙ nullum corpus actu dari infinitum antea apparuit. & hanc sanè opinionē plurimū cōtemnit, quam destruere moliebatur Empedocles. Secunda opinio est dicētis causam terræ quietis esse, quia tota supposita est aquæ, & sup ipsam fertur, trabis instar, quæ nō superfertur in ae- 2 rem, supernatat t̄n in aqua. Triplici 79 autem argumētō ipse hanc destruit sentētiam. Primum. Si causa status

G terræ sunt aquæ, quænã aquarũ sta
tus causa assignari poterit: partes si
quidẽ aquæ quoq; mouent̃ deorsũ.
Secundum argumentũ est, ꝙ aer le-
uior apparet aquis, & leuiores sunt
aquæ terra, quonam igit̃ pacto con
tingere posset, leuius corpus subesse
grauiori, & leuius substentare id, ꝙ
grauius? Tertiũ argumentũ. Si apta
nata esset supstare aquis, essent vtiq;
talis aptitudinis & eius partes. cuius
tñ oppositum ipse sensus diiudicat:
partes enim terræ aquæ fundũ pete
re, & eò velocius, quò maior terræ
81 portio fuerit, concernimus. Tertia
H opinio est dicẽtis figuræ latitudinẽ
cãm eẽ, qua terra quiescit, eò ꝙ hui⁹
figuræ mos sit difficili⁹ scindere ae
rem, idcirco aeri hæc superfert̃. Ad
quod accedere putãt, ꝙ ei nullus in
aere vacuus dat̃ locus, in quẽ trans-
ferri valeat, quasi vndequaq; coar-
ctata sit ab aere, eò ꝙ nullus, in quẽ
transferri valeat, ei locus admittit̃:
nec extat corpus, quod repleat locũ,
quẽ euacuaret, si ſm se totã mouere
tur terra: queadmodum canali fistu
læ, qua aquarũ ductus fieri solet, cõ
tingere videmus. cùm enim ei⁹ clau
dat̃ orificiũ. non descendunt aquæ
I illic contentæ deorsum, quia nullũ
adest ibi corpus, quod aquarũ locũ
adimpleat. Pluribus insup, quę pce-
pit sensus, hanc eorũ approbant sen
tentiã, vtpote ꝙ aer magni quidem
ponderis corpora sustentat; & eò fa
cilius, quò latioris figuræ fuerit, qa
hęc ipsa, vt diximus, aerem vix diui
dere potest. Hãc aũt existimationẽ
82 ipse redarguit ex eò, ꝙ, si causa stat⁹
terræ esset aeris coarctatio, & quia
locus ei desit, in quem moueatur, di
gnius vtiq; esset vastam eius corpo
ris molem, q̃ figuræ latitudinem sui
stat⁹ causam existere quò enim ma K
ior terræ moles fuerit, maiorẽ locũ
exposceret, magisq; ab aere coarcte
tur, & nil refert siue sphæricæ sit fi-
guræ: siue non: idẽ enim in hoc erit
consequẽs. Nec intentionẽ vllã ad
propositũ habet illorũ sermo. dicẽs
huius causam esse figurę latitudinẽ
admittendo eis hanc latam obtine-
re figuram: si autẽ nõ admiserimus
eius latitudinẽ, longe quidem min⁹
vim aliquã illorũ sermo obtinebit.
Quarta aũt opinio, est opinãtis ter 83
ræ quietis causam esse motũ circu- 84
larem, contingentẽ vniuerso, videli- 85
cet aeri, & aquæ, per motũ corporis 86
primi. & quicunq; censent terrã in L
medio, & innouatũ esse mundum,
vnanimes pp motũ circularem hãc
in medio putant locari, queadmo-
dum aeris cõtingit turbini, qui for-
ti sua circulatione pellit oĩa in ipso
grauia ad mediũ. & horũ nonnulli
causam eius quietis in medio eãdẽ
esse dicunt cum causa, qua hæc ipsa
pellit̃, videlicet mot⁹ turbinis, & cir-
culationis. Cuius argumẽtum esse
statuunt id, quod apparet de circula
tione aquarũ in vase, cùm imposi-
tum fuerit frustum aliquod ęris, qa
eiuscemodi frustum non petet vasis M
fundum, sed stabit in medio, & ta-
lem Empedoclis fuisse sermonẽ no-
uimus. Cumq; horũ opiniones ex-
acte commemorauerit, cõem indu-
xit sermonem, quo omnia de causa
quietis totius terræ cum motu, qui
inest partib⁹, dicta destruere propo
suit. In cuius destructionẽ nonnul-
las, quas & primũ supposuit, propo
sitiones enũtiat. Primo, omnis cor-
poris naturalis motus est naturalis.
si enim eius non esset motus natura
lis, nec vtiq; motũ haberet violẽtũ.

A naturalis enim motus stuitu motū
dicimus violētum. ꝙ si nec natura-
lem haberet motum, neq; violentū,
nullus omnino ei mot' inesse pote
rit, vnde dareť naturale corpus pror
sus immobile. Secūda propositio ē,
omne naturale corpus, si motū ha-
bet naturalem in rectū, habebit na-
turales quietem: & cuiusq; natura-
lis motus finis est ipsa naturalis q̄es,
queadmodum violenta finis est mo
tus violenti. Quod cū ita fuerit, po
suerimusq; totam terram quiescere
in medio, aut ratione suę figurę, aut
causa circulationis, turbinisque, vt
Naturaliū Philosophorū cœtus exi-
B stimat, aut quia aliud quidē ipsam
compellit, esset quidē necessario ei'
in medio quies violenta: cùmq; co
gitauerimus causam inferentē vim
terræ standi in medio esse ablatam,
47 vt si ablatus fuerit turbinis mot', &
circulatio ipsa, seu quęuis causarū,
quas tulimus, sequeretur necessario
terram moueri ſm naturam à me-
dio, in quo quiescit, videlicet in par
tē obuiam pedibus, & capitib' nr̄s.
cōueniret enim eius motus ſm na
turā ad vtrāq; partem esse ſm habi-
tudinem vnam, & nō esset eius mo-
C tus in partem obuiam capiti nostro
dignior, quàm versus partem, quæ
est in occursu pedū nostrū: Si igitur
eius motus est vtranq; partem habi
tudo sit vna, quia ambæ hæ partes
sunt eædem, op; vt id, ꝙ non pro-
hibet terra ipsam à suo motu ad
vnā duarum partium, non prohi-
beat eam à motu in pa[illegible]ē aliā duo-
rum, siquidem similium causę simi
les sint oportet. Si ergo circulatio ip
sa, aut terræ figura non prohibent
terram à motu in partē, quæ est in
occursu pedib' nostris, nec vtiq; ip-
sam ꝓhibebunt à motu in id, ꝙ ob- D
uiat capitib' nostris dignū quippe
est, cùm duas has partes censuetim'
easdē, vt quicquid prohibet ab vna
earum, prohibeat & ab altera, & nō
prohibens ab vna, sit & non prohi-
bens ab altera. Assignata igitur re- 87
sponsione omnibus cōi, nunc præ-
sertim in Empedoclem se cōuertit.
Cùm enim huius sententia genera
uerit mūdum, sciscitandum est ab il
lo, vbi nam tunc quieuerit terra, &
quę fuerit tunc causa suę quietis, cū
ante huius mundi formam iā nec
circulatio, nec aeris mot' extiterat.
hoc aūt disputationis genus est ad
sermonē dicētis, non iuxta veritatē E
rei. Exinde vero tres ex ipsa rei na-
tura cōtradictiones struxit, quarum
prima est, Nil prohibet imaginati
aeris circulationē. & turbinē, qui in
pręterito fuerat, causam fuisse mot'
terrę ad mediū, eiusq, in eo quietis.
& ipsum tunc ſm aliam extitisse di
spositionē, q̄; modo, siquidem aer
propinquus terrę non apparet nūc
moueri, moueretaūt aer, qui æthe
ris regioni astat. sumus igitur inter
duo, s. ꝙ ponemus turbinis motum,
circulationemq, aeris tunc extitisse,
quemadmodum & nunc, aut dica- F
mus id elapso tēpore aliter fuisse q̄;
modo. ꝙ si posuerimus eā in præte
rito aliter se habuisse q̄; nūc, admi-
ratione vtique dignū est, quemad-
modū causa sit terræ quietis, & eius
ad centrū motus. Si aūt dixerimus
hanc eadem lege se habuisse antea,
quemadmodum & nunc, videlicet
quò ad aeris motū, impossibile sanè
esset aeris motum causam esse terræ
quietis in medio, & eiusdem motus
ad ipsum, nec in pręterito, nec nūc,
Secunda contradictio est. Si nostra 88
sententia

G sententia non affirmat turbinē cau
sam esse in motu ignis sursum, fate
murq; huius causam esse naturam
ignis, oportebit quidem causam ter
ræ motus ad medium, & eius ī ipso
quietis esse ipsius terræ naturā, non
turbinē, & circulationē. quippe cū
ipsa trāslatio sit genere eadē, dignū
erit vt eius quoque causa sit genere
vna. & hęc quidē causa translatę rei
89 natura est. Tertia cōtradictio est, ꝙ
per se euidens est graue, & leue nō
diffiniri per circulationē. ita vt gra
ue sit id, qđ circulationis causa pelli
tur, leue vero, ꝙ circulatione nō pel
H litur. cōpertum enim ex sese est, nec
in grauis, nec ī leuis definitione cir-
culationē proferri, quēadmodū in
eius definitione apparet motus sur-
sum, motusq; deorsū, & graue mo-
bile esse deorsum, quapropter gra-
ue, & leue per se quidē inueniuntur
ante circulationem, & turbinē, quæ
sanè causæ sunt motus deorsum. In
super, si posuerimus innouari mo-
tum, motum inquā circulationis,
mirabile vtiq; esset quoniā loco an
te huius motus innouationem mo-
ta fuerit terra, & ignis. Si enim ī ali-
quo tempore nullū sphæricum cir-
I culariter motū daretur corpus, non
esset vtiq; ibi vltimum, finisve. &, si
nō esset ibi finis, nō esset sursum, ne-
que deorsum. quæ cùm nō fuerint;
nō erit graue, nec leue: quapropter
nec terra, nec ignis, quod totū falsū
est, & impossibile.

Caput Quintum.

90 CVmq; hanc opinionum destru
ctionem compleuerit, Quintā
de causis quietis terræ Antiquorū
attulit sententiam, quæ alijs minus
sufficiens esse videtur, & est opinio,
quę prisco Chemedino ascribitur.
iste enim, eiusq; pedissequi opina K
bātur causam, qua terra quiescit in
medio, esse q̄a posita est de omnib⁹
orizontibus positione æquali, ideo
nō data ē illi facultas magis ad vnā
moueri partē q̃, ad aliā, cum eius di
stantia ab omni orizontis parte sit
æqualis, idcirco in ipso perstat me-
dio, ꝓinde ac si ipsam vndequaque
traherent orizontes tractu ęquali,
& q̄si eius motionis ad ipsos orizon
tes virtus sit ęqualis. ꝙ si non staret
in medio, esset propinquior ei ori-
zon vehementioris attractionis, aut
ipsa fortioris esset ꝓcliuitatis ad il-
lum orizontem. Hāc igitur suīam L
ipse tribus demōstrationibus obrue 91
re nititur, quarum duæ ipsam opi-
nionem refellunt, tertia autem syl-
logismū diruit, quo in suæ opinio-
nis cōstantiam reuincere arbitran-
tur. Primę contradictionis hīc ordo
est. Si causa terrę quietis ī medio es-
set eius æquistātia ab omnibus ori-
zōtibus, sequeretur vt etiam ignis ī
medio positus ibi quiesceret: nec so
lum ignis, sed quodcūq; corporum,
si ibi positum fuerit, itidem de ipso
iudicium esset: quamobrem, nō eēt
ipsa quies ī medio peculiaris terrę,
sed cunctis corporibus cōis: idcirco M
non erit hæc terræ quies naturalis,
sed violenta nullam prorsus obtine
ret quietem p naturam. at dictum
iam est cuiq; corpori naturalē dari
quietē, sicut & per naturam motū.
Secundæ ꝯtradictionis hęc series ē.
Quietē, quæ naturalis motus est fi- 92
nis, naturalē esse oportet: & quia ad
eundem locum, in quē pergunt ter-
ę partes, cōuenit vt vergat terra ſm
se totū: partes autē naturaliter per-
gūt ad mediū: dignū vtiq; erit, vt to-
ta ipsa terra naturali tramite profi-

A ciscatur ad mediũ: quæ cùm naturaliter ad ipsum pergat mediũ, in eo vtiq; quiescet fm naturã: q si ibi quiescit fm naturã, ñ erit itaq; causa suę quietis motus ęqualitas, contrariãtiumvè motuũ ęquatio, atq; tempe-
3 ries. Et mirabile tam è, vt Aristoteles loquitur, est aliquẽ rerum exploratorem scrutari cur terra quiescat in medio, exindeq; tam alienã, & absonam fugiungere causam, & nõ idẽ examẽ facere de causa, qua ignis quiescat in orizonte rationabile quippe est vt in his similis sit dispositio, videlicet si in orizontẽ quiescit ignis per propriã naturam, q & terra ipsa
B per propriã naturã quiescat in medio, & terra, si quiescit in medio pp aliquid ipsam ad hanc pellens quietem, consentaneum est & ignẽ quiescere in orizonte per vim quandam violenter sibi illatam, vt illic quiescat. Cõdecẽs demũ hic erat talem quoq; causam scrutari in igne. Ar, cùm id causatũ genus assignatur de elementorũ quiete, aufertur ab his funditus quies, quę fm naturam. ac naturali ablata quiete tollit & motus fm naturam, quo perẽpto perimitur & violentus, quibus duobus
C motibus ablatis, naturalis corporis inuentio destruitur: siquidem fieri non potest vt aliquid adsit corpus cuius sit nec motus, nec quies. Cõdecens insuper his erat in hoc causam quærere motus, quemadmodũ causam quærũt quietis. Syllogism᷒ autem, quo terrã in medio persistere statuunt, duabus cõtexitur propositionibus. quarũ vna ẽ, si terra est in medio eius, ad omnes partes motus erit ęquales: secũda, maiorq; propositio, qui ad omnes partes ęqualiter suo tẽdit motu, id ĩ pprio suo loco perstet, quiescatq; op3: vnde cõclu-
D dũt terram psistere in medio ei᷒, q ad omnes partes motus est ęqualis. Hanc autẽ maiorẽ propositionem stabilire conantex eo, q apparet de dispositione rei circularis, quã cùm quis traxerit ad omnes partes æqualiter, stat, & in nullã partẽ flectitur. sic & plurimum famelicus, sitibundusque homo, cui æquali distantia amota sint esculẽta, & potus, is qui dẽ merito ad neutrũ moueditur, sed quiesceret. Aristoteles autem hanc maiorem propositionẽ redarguit, 94
dicendo q quicquid statũ, permãẽtiamq; fm hanc modum obtinuerit, dignum erit eius vndiq; partes dissipari, segregatiuè, & ad omnes
E ferte partes, eo q idipsum in medio positũ corpus non est pũctus, ita, vt partibus contingat id, q contingit in toto, videlicet vt totius distãtia à continente, & distantia partium sit vna. siue igitur partes moueri ponãtur ad partẽ propinquiorem, & per modum attractionis, siue ad partẽ lõginquiorem, & pp ipsam inclinationem, si conueniẽs fuerit his partibus moueri ad orizontem, dignum esset has ipsas moueri ad orizõtem propinquiorem naturale enim corpus, quó propriusest loco suo natu-
F rali, eo facilius suum exercet motũ: quaptoter, opporteret dissipari terram, & ei᷒ partes moueri ad omnes partes, aut saltim dilatari, & ĩ maiorem ꝯuerti molem, q̃; sua nã postulat, & hoc ponendo ptes terri ad ptẽ ppinquiorẽ, queãdmodũ, si ei᷒ mot᷒, ṽgeret ad distãtia lõgĩqorẽ hanc ipsã cõgregari, & coaduuari necesse eẽt: q̃ tanc ambo, videlicet cõgregatio, & dilatatio mot᷒ sũt. q̃ pp rei fm hũc modũ existẽtis in medio magis causa

G causa ẽ motus, q̃; causa qetis. Hæc igitũr sunt, quibus Aristoteles maiorẽ hãc ꝓpositionẽ destruxit. Ac minoris propositionis corruptio pręcedẽtiũ quoq; sermonũ virtute colligitũ. & hoc quia, si terræ motus ad oẽs partes est æqualis, eius igitũr medio quies violenta erit, nõ naturalis. Mirabile itaq; est locũ offendere, quo ipsa quiescat ꝑ naturã, siquidẽ alia loca alijs propria sũt elemẽtis. Themistius vero, hunc sermonem seruare visus, dixit, ĩ Timęi libro scriptũ esse, ꝙ simile simili appositũ in nullam partium declinat. vbi, dum legi

H tur id in nullã declinare partiũ, intentio nõ est ꝙ oppositę in ipso potẽtię faciãt id stare, & æqualiter se habere ad diuersos mot⁹, quasi illud ipsum ibi statũ habeat per modũ violentiæ, sed intentio erat ꝙ, cũ res similis quiescat in medio, eiusq̃; innata aptitudo fuerit illic sistere, tũc asserũt vltimam qetis causam esse, ꝙ eius vndequaq; distantia est æqualis, proinde si eiuscemodi causa, q̃ iuxta hui⁹ viri intellectũ in hoc Priscorũ sermone exprimitur, esset causa quietis terræ in medio prior, quã ipsa terræ forma. & hoc, quia, cũ põ

I suerimus terrã quiescere in medio per naturã, erit propĩqua huius causa forma terræ, s. ipsa grauitas: causa autem remota, quia eius distãtia ab omnibus orizontibus est æqualis. ideo vilipendit Themistius, Aristotelis hic sermonẽ, inquiẽs, neminem latere causam quietis terræ eẽ ꝙ sic sua postulet nã, sed vnusquisque scire desyderat causam sui stat⁹ in hoc loco per naturam. ꝙ si Antiquorũ talis fuisset in suo sermone intentio, tunc Aristoteles vtriq; hãc intentionẽ, sermonemq; quem ipse attulit destruendum, minime intellexisset, & sic Aristotelis cõtradictio nem vnusquisq;, quemadmodũ & Themisti⁹ perfacile euadere posset. **K**

Nostrum igitur est pensitare quodnam in hoc sermone Antiquorum propositũ fuerit, an id, ꝙ intellexit Aristoteles, aut ꝙ illorũ, Platonisq; fautor Themistius voluit. Dicamus igitur liquido cõstare Priscorũ examen in hoc fuisse de efficiente causa terræ quietis in medio propĩqua, aut remota, si qua forte remota causa affuerit, aut de ambabus simul, nõ autẽ de causa formali, nec de quouis alio causarũ genere. Manifestũ au- **L**
tem, est ꝙ q causam huius quietis in medio asserit esse, qa insit graui natura ibi quiescere, iam dedit efficientẽ causam propinquam, quemadmodum fecit Aristoteles: qui aũt de naturali quiete grauis in medio causam enuntiat, qa ꝙ locat' in medio vndequaq; æqualiter distat, nõ tradit causam efficiẽtem ei⁹ quietis in medio, nec propinquam, neq; remotam, sed causam dat formalem, & mathematicam: definitio nanq; rei existentis in medio est æqualiter distare vndequaq;. Cõstat autẽ hãc non fuisse Antiquorũ intentionem, sed ipsius terræ quietis ĩ medio causam quærebãt agentẽ. quę sanè causa esse non potest ipsa æquidistãtia **M**
terræ ab orizonte, nisi terræ inesset potentia ad motum in omnes partes æqualiter: tunc enim esset inclinationis æqualitas causa agẽs quietis terræ in medio. Et ex hac parte cõtradictio, quàm ĩ horũ sermonẽ dissipandũ protulit, destruendi vim obtinuit. nitebãtur enim eiuscemodi viri assignare in terra causam cõtrariantem causæ motus eius partiũ ad me-

A ad medium. hi nanque videntes terræ partes moueri, ipsam vero secundum se totam quiescere, conati sunt differentiæ huius rei causam ostendere, coguntur que violentam causam dicere: causa namque motus partium, & earum quietis, & causa motus totius, eiusdemque quietis est vna, & eadem. cùm igitur latuerit Priscos locus naturalis quietis partium, latuit eosdem locus naturalis quietis totius. oportet quippe, si partis non est locus, in quo quiescat per naturam, vt nec totius sit locus suæ quietis per naturam. quod si partis est locus, vbi quiescat natura, dignum erit vt locus quietis sit totius, sitque partis, & totius locus forma, de
B finitioneque idem. Quòd autem Aristoteles voluit causam inuentionis grauis, & leuis esse grauis distantiam a motu circulari cœlesti, & propinquitatem causam esse leuis, verum quidem est, sed præcedentis inquisitionis, videlicet cur partes terræ moueantur, & ipsa secundum se totum quiescat, negotium minime absoluit, sed causam ibi refert inuentionis grauis, & leuis. quapropter secundum hanc intentionem nequaquam Antiquorum audiendus sermo est. Hæc itaque summa est eorum. quibus in hoc quæsito Anti
C quorum sententiam destruxit. quibus peractis nunc naturalem huius rei causam tradere proposuit, eamque quæstionem, cuius euodationi priorum sapientum solertia per omnes dies incubuit, videlicet quod terra secundum se totam quiescat, & eius partes moueantur, cum hoc, quod eorum omnium sensus fuerit eundem esse locum totius, & partis, ipse soluere nititur: primumque destruxit terram moueri, quod nos antea tulimus, quando enunciauimus opinionem dicentis terram esse mobilem: idcirco pro arbitrio D
id lector huc transferre, Quintique capitis loco repetere hic poterit.

Caput Sextum.

98 MOdo ostendit terram existere in medio, eamque quiescere per naturam, & præmemoratam dubitationem soluit, causam assignando suæ quietis, quemadmodum statim dicenda insinuat. Demonstratum namque est omne nobile motu recto per naturam quiescere natura, quando iam finem attigerit motus, eo quod nullus rectus motus, vt in Pysico auditu ostenditur, potest esse infinitus. Qua habita propositione, iungenda est huic propositio
E secunda, videlicet locus totius, & partis idem est definitione, & numero: quò enim pergit vna terræ glebula, illuc proficiscitur tota: & vbi vna eiusdem terræ portio quiescit, ibi stat & ipsa secundum se tota. cumque appareant terræ partes ferri ad centrum terræ, quod totius obtinet medium, manifestum erit terræ locum esse medium vniuersi, eo quod totius, & partis idem locus est definitione, & numero, sed differt sola magnitudine, & paruitate. Quòd autem terræ partes moueantur ad centrum terræ, quod centrum est mundi, ex coaceruati lapidum obruitione pendit: eiusce modi siquidem obruentes lapides super rectas terræ superfi F
cies stare videntur, quemadmodum Geometriæ indagatores demonstrant. Quod cùm ita fuerit, necesse erit vt sibijnuicem lapides obuient iuxta centrum, causantes ibi angelos, æquales habentes chordas, arcusque æquales ab ipsa superficie continentes orbis, aut circumambiente terræ, quod indicat id, quod Geometræ ostendunt, scilicet punctum, in quo lapides occurrunt, necessario esse medium terræ, mediumque mundi. si enim punctus ille non

G eiusdem terræ dimidium, ita vt cen
trum terræ nõ sit centrũ totius, mo-
ueretq́ ipsa terra, quousque eius cen-
trum efficeretq́ cẽtrum totius, & tũc
quiesceret per naturam: quia quod
quærit portio una, scilicet stare in
medio, idem quærit terra secundũ
108 se totã. Si igitur terrę aptitudo ẽ vt,
si subiret generationem, fieret qui-
dem s̃m hãc figuram, manifestũ est
iure merito ei hanc figuram compe
tere, licet non subeat generationem
secundum se totam. Nam, ex quo
constat hãc esse figurã suæ substan
tiæ accommodatam, nil refert ĩ eo,
quod ex hoc sequit̃, siue eam genitã
H posuerimus, siue nõ genitã. ideo nil
obest nobis in doctrina hãc ponere
genitam, licet appareat hoc falsum
esse, & impossibile. siquidem nos nõ
posuimus hic ipsum impossibile,
quatenus impossibile, sed ex parte,
qua est possibile. quapropter nil no
bis accidit inconueniens, vtẽdo hoc
ipso secundum hanc verificationis
formam: crebro enim hunc doctri-
næ modum exercere solent sapiẽtes,
quemadmodum nos varijs in locis
protulimus. Et differentia inter po
sitionem nostram, qua totam gene-
rari dicimus, & inter id, ꝙ de hoc
posuere Antiqui, est ꝙ nos ponim⁹
I ꝙ, quia generãtur partes graues po-
tentia, grauesq́, fiunt actu, ideo mo
uentur per naturã ad mediũ. Iuxta
autem Antiquorum sententiam, dũ
generatur, erit eis motus ad mediũ
ex coarctatione circularis mot⁹ vio
lẽter, cuius falsitas in prębabitis cõ-
109 stat. Postquam terrę rotunditatem
naturali ratione declarauerit, eãdẽ
nũc mathematicis rationibus fulci
ĩ stituit, dicens, indicat terræ figu-
ram esse rotundam vmbrã procien-
dens corpus Lunę in eclipisi lunari K
secundum lineam circularem, quæ
quidem vmbra non nisi circularis
corporis esse potest. Et ipse in signũ
affert, ostẽdens hanc vmbræ dispo-
sitionem non secundum apparen-
tiam, sed re ipsa existere, hoc, quód
linea separans in lunari eclipsi, non
completa inter partem luminosam
Lunę, & eclipsatam, semper apparet
conuexa econtrario lineę, quæ sepa
rat inter faciem eius illuminatam a
sole, & faciem non illuminatam,
quam solis radius format lunarẽ:
hęc si quidẽ linea varium iuxta ap-
parentiam aspectum demõstrat: &
hoc ob diuersitatem aeris, qui hanc L
ipsam nunc rectam, nunc arcualem
ostendit: linea autẽ in eclipisi luna
ri se semper secundum eandem di-
spositionem obtutui offert: quod
vtiq; cõstare nobis facit hunc intui
tum non esse apparentiam, sed rei
existentiam, quapropter retũda sit
terra concludendum necessario. Est 110
& aliud pręterea signum hanc com
pletæ sphæricitatis tenere figuram,
eamq; paruę esse magnitudinis de
monstrans, ꝙ, quando modicum
transferimus ad polum meridiei, ap
parent nobis stellæ in superiori or-
be, quę non visę erant prius. stellæ
enim apparẽtes in regione Alfarca M
din, latent in Aegypto, & Chobara,
quæ tamen nec in orientali, nec oc-
cidentali septentrionis plaga latitã-
re videntur, Sahil quoq; non appa
ret in hac regione nostra, quę est in
sula Andalosiæ, nisi vt fertur ĩ ipso
monte nomine Febul, apparet autẽ
in terra Alcharchi, quę est post lito
ra maris, quod mediat inter nos, &
illos, vocatum Dechac. Etiam vidi
ipse terra Meroch anno quingente
simo

A simoquadragesimo octauo cōput' nostri stellam vnam, nunquam antea in hac nostra regione conspectā, & hoc in mōte dicto Hasdech, & existimarunt hanc fuisse Sachil. Eclipses quoq; lunares prius se ostēdunt plagis orientis, quàm occidentis, q similiter huius sphæricitatem
111 demonstrat. Iamq; dixerunt homines tantā esse terrę paruitatem, vt locū, vbi positū est famosum simulachrū Herculis, q, vt ipse opinor, idolum est, vulgo dictū idolum Enchdis, propinquū asserunt esse ad extremum terminorum Indiæ, adeo, vt
B existimant hæc loca eandem regionem existere, suæ sententię veritatē approbantes per hoc, q elephantes generantur in terra Indiæ, & in vltimo occidentis, scilicet in extremo Austri in quarta meridionali occidentis, vbi Aethiopica, & Barbarorū regio tenetur. Hæc retulit Aristoteles, & mihi relatū est ore in illius plagæ desertis inueniri elephantes. Dixerunt igitur amborū locorum videlicet Indiæ, & propinquorū locorum naturam esse eandem, quod ex altero duorū cōtingere oportet; aut quia vnus, idemq; loc', aut qa
C propinquat vnus alteri. Quod etiā
112 Almagesti cultores de huius rotunditatis mensura enunciant. videlicet eam viginti quatuor miliarum milia occupare circuitu, eius paruitatē demonstrat. Id insuper ostendit, qa hanc centesima, sexagesimaq; portione solis mensurari statuunt. Ex hoc itaq; sermone ostensa est figura terræ, eiusque locus, & quies, & q causa quietis, deniq; sit hui' dictionis summa absoluitur. sic summo conditori laus, & benedictio in sempiterna secula. Amen.

Cor. Gen. Met. sū. cō. Auer.

DICTIO TERTIA. D

HAec dictio cōtinet sūmas Octo. Pria veluti toti' dictionis exordiū est: in ea. n. cōmemorat q in spiorib' expositū est de partib' mundi, & qd superest dicēdum. Secūda Antiquoꝝ snias d gnatione & corruptiōe rerū naliū enūtiat. Tertia destruit sermonem dicentē partem dari indiuisibilem per propositiones naturales, alias à propositionibus mathematicis, quas in Physico auditu explicuit. Quarta exponit generationem non omnib', sed E
aliquibus naturalium corporū ineē posse. Quinta scrutatur causas generationis in cōpositis, & sunt, quibus dr, elementa. Sexta mōstrat generationem in simplicibus esse corporibus, videlicet elementis, & hoc sm ptes, sm totalitatē autē minime. Se prima insinuat elementorum generationem non esse ex aliquo corpore vuo, neq; ex non corpe, sed q generans ex alterutris. Octaua Antiquorum sermones de mutua elemētorum generatione refellit.

SVMMA PRIMA. F

DIxit Quia in pliabitis d quinto corpe circulariter moto sermonē fecim' exponēdo q sit ei' nā, & nā partiū, s. stellaꝝ, & reliqs huius corporis dispositiones, vtpote ipsū nec genitum esse, nec corruptibile, & id genus, superest modo de simplicibus mundi partibus, quas in hoc libro cōsyderare proposuimus, reliqua, quę mouentur in rectum, videlicet

G stellas mouet plures, alij vero orbes
pluribus orbibus stellã mouẽt vnã,
69 Dati aũt sunt his motus plures, qua
tenus recompenset natura id, quod
eis pp stellarum multitudinis absẽ
tiam defuit proinde ac si medium,
tempusuè ipsa rerum natura expo-
scat. Siquidem, quem ex orbib⁹ plu-
ribus cõdonauit stellis, illi vnicum
duntaxat motũ distribuit, & cui vni
cam duntaxat stellam concessit, plu
res motus impedit, quatenus vnũ-
quodq; corporum tantũ possideat
perfectionis, quantum suæ naturæ
vires patiuntur. sit laus cõditori vni-
uersi. Secũdum autem respõsum est
H quia orbes, qui inferiores sunt orbi
supremo, singuli quidem motũ te-
70 nent priorum super proprium sibi
centrum, propriumq; sibi polum:
cùmq; hi nihilominus sequant orbem supremũ, in motu diurno, qui
super idem centrum, eundemq; po
lum voluitur: ideo horum omniũ
sm hunc motũ motor fuit orbis su-
premus. cõstat autẽ ex præhabitis
ipsum supremum orbẽ, licet maior
sit virtute alijs corporibus omnib⁹,
quia tñ corpus finitę sit magnitudi
I nis, finitusq; velocitate, & tarditate
71 sit oportet. Cùm igit sic finiti vigo-
ris sit, si in alijs orbib⁹ plures fuissẽt
stellæ, cõtingeret ei in hac parte de
fatigatio, & labor videlicet tarditas
extra naturã, nõ ex parte motionis
in infinitũ, nec quia ipsi mobili in-
sint principia contrarij motori, quẽ
admodum inest mobilibus, quę no
biscũ, at solũ ex hoc, ꝙ cuiusq; mo-
toris per naturã ẽ determinatę ma-
gnitudinis mobile per naturam. qđ
quidem mobile, si posuerimus ma-
ioris corpis molis, q̃ corpus ei accõ
modatum natura, necesse esset ei us
motũ limites exire naturę. quapro- K
pter ei ex ipsa iteratione cõtingeret
defatigatio, & labor. Hoc itaq; tra-
mite Aristotelis audiẽdus est sermo,
quo supremo corpori, si plures mo
ueret orbes, pluresuè stellas, q̃ mo-
uet nunc, defatigationẽ, laboremq;
contingere asseruit. sic inquam au-
diendus est, aliter vero minime, si-
quidem patefactũ iam est, nulla cœ
lestibus corporibus principia inesse
contraria, nec ea in laborem, defati
gationemq; prolabi, dũ motũ exer
cent in infinitum. Sit itaq; de stel-
larum substãtia, deq; earum motu,
& partibus sui motus, de earũ figu- L
ris, & cur aliæ alijs sint velociores, &
quædam pluribus motibus, quędã
paucioribus, & cur maior orbis plu
res circũuoluat stellas, alij vero or-
bes circũferant stellã duntaxat vnã.

SVMMA QVARTA.

In hac summa ipse q̃tuor scrutat quæsita. Primũ, an terra moueatur, aut quiescat. Secũdũ, hac quiescẽte, qs sit locus sui vbi in mũdo. Tertiũ, de cã suæ quietis. Quartũ, de ei⁹
figura. Et tota hæc summa ĩ capita M
Septem absoluitur. Primum Antiquorum de loco terræ opinionem enuntiat. Secundum eorundem de causa suæ quietis, & motus sententiam commemorat. Tertium eorũ quoq; de terræ figura sermonem refert. Quartum ipsorũ de causa suæ quietis dicta commemorat, & quis illorum censuerit ipsam quiescere. Quintum destruit terrã subire motum. Sextum eiusdem locum, causamq; quietis exponit. Septimum eius figuram insinuat.

A *Caput Primum.*

71 DIcendum igitur ꝙ sapientium vetustas varias de terræ loco scientias protulit. Quicunq; enim cœlestia corpora censuit finita, terrã collocauit ĩ medio. Pythagorica autem schola, & alij Priscorũ asserunt ignẽ reponi in medio, terramq; moueri circa medium, dicentes aliã obuiam huic, in qua nos degimꝰ, dari terram, & huius terræ, cuius incolæ sumus, & ipsius alterius terræ circulatione diem innouari, & noctem.

B Hanc igitur ipse corripit sectam, dicendo hos talibus adhæreri sermonibus, quia non nituntur causas rerum assignandas, conformes statuere rebus, quas iudicat sensus, q̃ sanè motꝰ decet quemlibet naturalium rerum causarum exploratorem. At ipsi contrario tramite incedunt, enitentes sophistico quodam sermone flectere, trahereuè ea, quæ sensus diiudicat ad causas, quas ipsi effingũt: suam siquidem non approbant sententiã à sensu, neq; ratione, sed sensum, rationemq; ad propriam suã opinionem, credulitatemq; detorquere conantur. Argumentum vero,
73 C quo hanc suam statuunt sententiã, est ꝙ ignis nobilior est terra, & nobiliorẽ rem nobiliori in loco collocari fas est: nobilior aũt locorum mundi est medium, quod vniuersi cẽtrũ asseritur, quia eius distantia à circunferentia mundi est vna: in hoc igitur loco collocãdus, inquiũt, est ignis: & in causam assignãt, quia dignum est rem nobiliorem locari in medio, qui medij locus ibi locata conseruat, ac primum conseruanda quidẽ est res nobilior: nil aũt mundi machinę nobilius est igne: ignis itaq;, inquiũt, locũ obtinet mediũ.

D Ad hoc autem Aristoteles dixit latitate ĩ hoc sermone biformedari medium, 74 quorum Vnum medium est magnitudinis, videlicet cuius ab vtrisq; extremitatibꝰ distantia ẽ vna, Secundum mediũ est virtutis, à medio magnitudinis longe diuersum. Siquidem quod virtutis est mediũ omnibus pędicamẽtis inest, at magnitudinis medium solum quãtitatis categoriæ accõmodatur. Et quẽadmodum medium, quod animantibus inest, aliud est à medio magnitudinis, sic quoq; tenẽdum est in dispositione mundi, videlicet mediũ in eo virtutis aliud esse a medio eiꝰ in magnitudine. Cùmq; palam fuerit haud secus in mundo, q̃ alijs in E entibus diuersum esse medium virtutis à magnitudine, cùmq; conseruans sit non magnitudinis mediũ, sed virtutis, vtiq; nobilior res cõuenienter locatur in medio fm virtutem, Idcirco examinandum est quisnam locorum sit medium virtutis, eò ꝙ tale medium principium, conseruásq; extat locati, magnitudinis vero medio magis cõgruit vltimũ, q̃ principium, quia contentum est, & non continens, & semper nobiliꝰ est cõtento ipsum, quod continet, hæc autem superioris loci, quem locum cernimus esse ignis, dispositio F est cũ loco inferiori, qui apparet locus eẽ terræ, videlicet quia superior locus, mediũ est virtutis, & medium magnitudinis est locus inferior. qđ ideo sic se habuit, quia superius continet inferius, cõtinens autem vices gerit formæ, & contentum gradum tenet materiæ, Hę itaq; Antiquorũ de loco terræ sentẽtię sunt, videlicet potentium eam in medio, & eorũ, qui eam collocant extra medium,

G *Caput Secundum.*

75 Circa terræ aũt motum, & quie-
tem biformem hoc in loco Pri-
scorum opinioné cõperimus, quaꝝ
Vna fuit dicẽtis ipsam quiescere, Se-
cunda vero opinantis eam moueri.
Quæ rursus in duas diuidit', quarũ
Vna hanc moueri cõtẽdit circa me-
dium, existimans terræ mediũ non
esse mediũ mundi in magnitudine:
cuius vtiq; opinionis cẽsores Pytha
gorica fuit hæresis, arbitrantes terrã
moueri circa mediũ. & cũ hoc aliã
huic obuiam terram existere, quam
peculiari, famosoq; sibi nomine ap
H pellare consueuere, quorũ nõnulli
sunt dicẽtes plures dari posse terras
circulo motas circa medium, quem
admodũ circunfertur terra ipsa, quã
inhabitamus nos, sed latẽt, inquiunt,
propter huius terrę nostræ interti-
tium. Et eiuscemodi terræ in pluri-
bus Lunę eclipsis causa esse possunt
eò q interpellẽt lumen, quod à Sole
effunditur Et argumẽtant' ex hoc,
q, si asserimus causam eclipsis Lunę
esse mediationem terrę, videlicet ĩ
centro mũdi, nõ vtiq; prohibet hęc
Solis lumen à Luna, quia sit in cen
tro, sed quia de centro, corporis ter
rę eminens molis egredit', mediũq;
I excedit. q si ita fuerit, longe quidẽ
ratiocinabilius erit prohibere lumẽ
Solis à Luna per terras, quę fm se to
tum centrum mundi egrediuntur.
Secunda autem secta affirmat terrã
locari in centro, eam tñ sup stabilẽ
eius diametrum circunferri cẽluit.
76 Aristoteles aũt Triplici demonstra-
tione terram moueri refellit. Quaꝝ
prima est. Si terra moueretur circa
medium, cõpeteret quidem ei eiu-
scemodi motus violenter, nõ fm na-
turam, si enim esset ei naturalis, ip-
sæ terræ ptes eũdẽ subirent motũ: K
idem enim species est motus toti',
& partis. quod si ita esset, sensu iudi
carem' eius partes moueri circa me
dium, quod tñ hactenus sensus nul
latenus iudicare potuit. cùm igit' hũc
motũ oporteat ei competere violen
ter, necesse erit ipsum esse non æter-
num, qui si fuerit non ęternus, esset
& ipsa terra, fm q pars est, ex ptib'
mundi, non ęterna: at iã ostensum
est mundũ in singulis suis partibus
esse ęternũ. Secunda demonstratio 77
hæc est. Videm' enim cõtrarijs mo
tibus, & diuersis in longitudine, lati
tudineq; moueri stellas, Si igit' po-
suerimus eiuscemodi motus videri
inesse stellis ex parte motus terrę, se
queretur contrarijs motibus moue- L
ri terrã. Si aũt aliquos horum mo-
tuum ascripserim' stellis, aliosq; ter
ræ, videlicet vnum duorũ motuum
lõgitudinis attribuam' terrę, aliũq;
stellis, sequeretur ei non inesse mo-
tum latitudinis. si vero terræ posue-
rimus motũ latitudinis, consequẽs
esset, omnibus inesse stellis eũdem
motũ latitudinis, & inueniretur lati
tudinis mot' etiã stellis fixis: appa-
ret nanq; omnibus erraticis syderi-
bus tres inesse motus, duos quidem
longitudinis, videlicet occidentis, & M
oriẽtis, & motũ latitudinis. nec fieri
potest vnũ horũ triũ imponere ter-
ræ, & duos stellis, eò q latitudĩs mo
tus innouatur stellis à duob' moti
bus lõgitudinis, videlicet motu diur
no, & motu stellæ in orbe suo obli-
quo. Tertia demonstratio est q vi-
dem' Solẽ, stellasq; ascendere, dé-
scẽdereq; sup eadẽ loca terrę, absq;
vlla diuersitate, & translatione, Si er
go super diametrũ terrã moueri di-
xeris, oportet motum latitudinis va
riari.

A riari à terra, scilicet loca ortus: idest diuersa essent loca ortus, & occasus, queadmodũ in longitudine, & breuitate diuersi secãtur dies, & ipse occasus in orizonte iuxta dierũ diuersitatem in breuitate, & longitudine. At, licet terram quiescere per se quidem patescat, euidentiæ tamen causa eiuscemodi demonstrationes Aristote. afferre voluit.

Caput Tertium.

76 TErræ autem figurã alij Priscorum sphæricam, alij latam cẽsent, ipsi vero eius figuram non esse sphæricam ex eo monstrant, ꝙ tpe

B Solis ortus, atq; occasus terrã sphæricam Solis corpus super rectam lineam videtur proscindere ꝙ si hæc ipsa sphæricã obtineret figurã, oporteret ex sua incisione formã emergere lunarem. quemadmodum in solari eclipsi ex incisione mutua lunaris corpis, & Solis fieri perpendim⁹. Ignorãt aũt hi viri ꝙ, dum magnũ sphęricũ corpus proscindit̃ à sphærico corpore paruo, apparet ipsa incisio, proinde ac si fieret super lineã rectam, quia minoris arcus circuli, qui in sphæra maiori, curuitas non apparet. &, cum magnũ corpus pro

C scindit sphæricum corpus paruum per arcũ minorem, apparet eiuscemodi minor arcus, qui modice est curuitatis, ac si esset linea recta. Et hæc est Solis dispõ cum terra apud visum. siquidẽ Sol palmi vni⁹ appatet quantitatis, pp eius distantiam à nobis, & terra lõge apparet Sole maior: q̃q̃ Mathematici Solem plurimum terræ magnitudine excedere mõstrant: sed quæ sensus diiudicat apparentia est, non veritas. Hę igit̃ de motu, locoq;, figuraq; terræ Antiquorum sententiæ habentur.

Caput Quartum. D

DIcẽtes aũt terram quiescere, vt 77 pluribus Antiquoꝝ visum est, titubant quidem, & multimode variant in assignãdo causam, qua hęc ipsa quiescat. Inueniũt enim partes terræ, quotiens ad aerem eleuant̃, & exinde in sua virtute relinquuntur, mox petere deorsum, & quotiens inferior eius pars commoueat̃, partes superiores moueri ad locũ inferius: videntq; maiorem eius portionẽ arctare minorẽ, eamq; mouere ad centrum, & quò maior ipsa portio fuerit, eò velocius descendit deorsum: quę quidem dispositio nõ cõ- E tingit terræ secundũ se totam: cum tamen condecens esset toto contingere, id quod cõtingit parti. Laudibus igit̃ ipse præfert Antiquorũ so- 78 lertiã, qua huius rei causam examinauerint, & huius causæ inquisitionem vere philosophatos eẽ asseruit, licet quicquid de hoc dixerint à rectitudine lõge recedat. Quatuor igitur de causa totius terræ quietis cũ hoc, ꝙ eius partes semper moueri videant̃ ad centrũ, ipse opiniones enumerat. Quarũ prima huius causam dicit, ꝙ terra secundũ se totam infinitæ ẽ magnitudinis, idcirco nullũ hanc habere locum, in quem mo- F ueatur. iste autẽ sermo refellitur ex hoc, ꝙ nullum corpus actu dari infinitum antea apparuit. & hanc sanè opinionẽ plurimũ cõtemnit, quam destruere moliebatur Empedocles. Secunda opinio est dicẽtis causam terræ quietis esse, quia tota supposita est aquæ, & sup ipsam fertur, trabis instar, quæ nõ superfertur in aerem, supernatat tñ in aqua. Triplici 79 autem argumẽtò ipse hanc destruit sentẽtiam. Primum. Si causa status

G terræ sunt aquæ, quare ná aquarũ sta
tus causa assignari poterit: partes si
quidẽ aquæ quoq; mouent deorsũ.
Secundum argumentũ est, ꝙ aer le-
uior apparet aquis, & leuiores sunt
aquæ terra, quonam igit pacto cõ
tingere posset, leuius corpus subesse
grauiori, & leuius sustentare id, ꝙ
grauius? Tertiũ argumentũ. Si apta
nata esset supstare aquis, essent vtiq;
talis aptitudinis & eius partes. cuius
tñ oppositum ipse sensus diiudicat:
partes enim terræ aquæ fundũ pete
re, & eò velocius, quò maior terræ
81 portio fuerit, concernimus. Tertia
H opinio est dicẽtis figuræ latitudinẽ
cãm eẽ, qua terra quiescit, eò ꝙ hui⁹
figuræ mos sit difficili⁹ scindere ae
rem, idcirco aeri hæc superfert. Ad
quod accedere putãt, ꝙ ei nullus in
aere vacuus dat locus, in quẽ trans-
ferri valeat, quasi vndequaq; coar-
ctata sit ab aere, eò ꝙ nullus, in quẽ
transferri valeat, ei locus admittit:
nec extat corpus, quod repleat locũ,
quẽ euacuaret, si fm se totã mouere
tur terra: queadmodum canali fistu
læ, qua aquarũ ductus fieri solet, cõ
tingere videmus. cùm enim ei⁹ clau
dat orificiũ. non descendunt aquæ
I illic contentæ deorsum, quia nullũ
adest ibi corpus, quod aquarũ locũ
adimpleat. Pluribus insup, quę pce-
pit sensus, hanc eorũ approbant sen
tentiã, vtpote ꝙ aer magni quidem
ponderis corpora sustentat; & eò fa
cilius, quò latioris figuræ fuerit, qa
hęc ipsa, vt diximus, aerem vix diui
dere potest. Hãc aũt existimationẽ
82 ipse redarguit ex eò, ꝙ, si causa stat⁹
terræ esset aeris coarctatio, & quia
locus ei desit, in quem moueatur, di
gnius vtiq; esset vastam eius corpo
ris molem, q̃ figuræ latitudinem sui

stat⁹ causam existere quò enim ma K
ior terræ moles fuerit, maiorẽ locũ
exposceret, magisq; ab aere coarcte
tur, & nil refert siue sphæricæ sit fi-
guræ: siue non: idẽ enim in hoc erit
consequẽs. Nec intentionẽ vllã ad
propositũ habet illorũ sermo. dicẽs
huius causam esse figurę latitudinẽ
admittendo eis hanc latam obtine-
re figuram: si autẽ nõ admiserimus
eius latitudinẽ, longe quidem min⁹
vim aliquã illorũ sermo obtinebit.
Quarta aũt opinio, est opinãtis ter 83
ræ quietis causam esse motũ circu- 84
larem, contingentẽ vniuerso, videli- 85
cet aeri, & aquæ, per motũ corporis 86
primi. & quicunq; censent terrã in L
medio, & innouatũ esse mundum,
vnanimes pp motũ circularem hãc
in medio putant locari, quẽadmo-
dum aeris cõtingit turbini, qui for-
ti sua circulatione pellit oĩa in ipso
grauia ad mediũ. & horũ nonnulli
causam eius quietis in medio eãdẽ
esse dicunt cum causa, qua hæc ipsa
pellit, videlicet mot⁹ turbinis, & cir-
culationis. Cuius argumẽtum esse
statuunt id, quod apparet de circula
tione aquarũ in vase, cùm imposi-
tum fuerit frustum aliquod ęris, qa
eiuscemodi frustum non petet vasis M
fundum, sed stabit in medio, & ta-
lem Empedoclis fuisse sermonẽ no-
uimus. Cumq; horũ opiniones ex-
acte commemorauerit, cõem indu-
xit sermonem, quo omnia de causa
quietis totius terræ cum motu, qui
inest partib⁹, dicta destruere propo
suit. In cuius destructionẽ nonnul-
las, quas & primũ supposuit, propo
sitiones enũtiat. Primo, omnis cor-
poris naturalis motus est naturalis.
si enim eius non esset motus natura
lis, nec vtiq; motũ haberet violẽtũ.
naturalis

A naturalis enim motus ſtuitu motũ dicimus violẽtum. ꝙ ſi nec naturalem haberet motum, neq; violentũ, nullus omnino ei mot' ineſſe poterit, vnde daret' naturale corpus prorſus immobile. Secũda propoſitio ẽ, omne naturale corpus, ſi motũ habet naturalem in rectũ, habebit naturales quietem: & cuiuſq; naturalis motus finis eſt ipſa naturalis qes, queádmodum violenta finis eſt motus violenti. Quod cũ ita fuerit, poſuerimuſq; totam terram quieſcere in medio, aut ratione ſuę figurę, aut cauſa circulationis, turbiniſque, vt Naturaliũ Philoſophorũ cœtus exi-
B ſtimat, aut quia aliud quidẽ ipſam compellit, eſſet quidẽ neceſſario ei' in medio quies violenta: cúmq; cogitauerimus cauſam inferentẽ vim terræ ſtandi in medio eſſe ablatam,
47 vt ſi ablatus fuerit turbinis mot', & circulatio ipſa, ſeu quęuis cauſarũ, quas tulimus, ſequeretur neceſſario terram moueri ſm naturam à medio, in quo quieſcit, videlicet in partẽ obuiam pedibus, & capitib' nr̃is. cõueniret enim eius motus ſm naturã ad vtrãq; partem eſſe ſm habitudinem vnam, & nõ eſſet eius mo-
C tus in partem obuiam capiti noſtro dignior, quàm verſus partem, quæ eſt in occurſu pedũ noſtrũ: Si igitur eius motus eſt vtranq; partem habitudo ſit vna, quia ambæ hæ partes ſunt eædem, op; vt id, ꝙ non prohibet terra ipſam à ſuo motu ad vnã duarum partium, non prohibeat eam à motu in partẽ aliã duorum, ſiquidem ſimilium cauſę ſimiles ſint oportet. Si ergo circulatio ipſa, aut terræ figura non prohibent terram à motu in partẽ, quæ eſt in occurſu pedib' noſtris, nec vtiq; ip-
ſam ꝓhibebunt à motu in id, ꝙ ob- D
uiat capitib' noſtris dignũ quippe eſt, cùm duas has partes cenſuerim' eaſdẽ, vt quicquid prohibet ab vna earum, prohibeat & ab altera, & nõ prohibens ab vna, ſit & non prohibens ab altera. Aſſignata igitur re- 87
ſponſione omnibus cõi, nunc præſertim in Empedoclem ſe cõuertit. Cùm enim huius ſententia generauerit mũdum, ſciſcitandum eſt ab illo, vbi nam tunc quieuerit terra, & quę fuerit tunc cauſa ſuę quietis, cũ ante huius mundi formam iã nec circulatio, nec aeris mot' extiterat. hoc aũt diſputationis genus eſt ad ſermonẽ dicẽtis, non iuxta veritatẽ E
rei. Exinde vero tres ex ipſa rei natura cõtradictiones ſtruxit, quarum prima eſt, Nil prohibet imaginari aeris circulationẽ. & turbinẽ, qui in pręterito fuerat, cauſam fuiſſe mot' terrę ad mediũ, eiuſq, in eo quietis. & ipſum tunc ſm aliam extitiſſe diſpoſitionẽ, q̃; modo, ſiquidem aer propinquus terrę non apparet nũc moueri, moueret' aũt aer, qui ætheris regioni aſtat. ſumus igitur inter duo, ſ. ꝙ ponemus turbinis motum, circulationemq; aeris tunc extitiſſe, quemadmodum & nunc, aut dica- F
mus id elapſo tẽpore aliter fuiſſe q̃; modo. ꝙ ſi poſuerimus eã in præterito aliter ſe habuiſſe q̃; nũc, admiratione vtique; dignũ eſt, quemadmodũ cauſa ſit terræ quietis, & eius ad centrũ motus. Si aũt dixerimus hanc eadem lege ſe habuiſſe antea, quemadmodum & nunc, videlicet quò ad aeris motũ, impoſſibile ſanè eſſet aeris motum cauſam eſſe terræ quietis in medio, & eiuſdem motus ad ipſum, nec in pręterito, nec nũc. Secunda contradictio eſt. Si noſtra 88
ſententia

G sententia non affirmat turbinē causam esse in motu ignis sursum, faciemurq; huius causam esse naturam ignis, oportebit quidem causam terræ motus ad medium, & eius ĩ ipso quietis esse ipsius terræ naturā, non turbinē, & circulationē. quippe cū ipsa trãslatio sit genere eadē, dignū erit vt eius quoque causa sit genere vna. & hęc quidē causa translatę rei
89 natura est. Tertia cõtradictio est, ꝙ per se euidens est graue, & leue nō diffiniri per circulationē. ita vt graue sit id, qđ circulationis causa pellitur, leue vero, ꝙ circulatione nō pel
H litur. cōpertum enim ex sese est, nec in grauis, nec ĩ leuis definitione circulationē proferri, quēadmodū in eius definitione apparet motus sursum, motusq; deorsū, & graue mobile esse deorsum, quapropter graue, & leue per se quidē inueniuntur ante circulationem, & turbinē, quæ sanè causæ sunt motus deorsum. In super, si posuerimus innouari motum, motum inquā circulationis, mirabile vtiq; esset quoniā loco ante huius motus innouationem mota fuerit terra, & ignis. Si enim ĩ aliquo tempore nullū sphæricum cir-
I culariter motū daretur corpus, non esset vtiq; ibi vltimum, finisve. &, si nō esset ibi finis, nō esset sursum, neque deorsum. quæ cùm nō fuerint; nō erit graue, nec leue: quapropter nec terra, nec ignis, quod totū falsū est, & impossibile.

Caput Quintum.

90 CVmq; harū opinionum destructionem compleuerit, Quintā de causis quietis terræ Antiquorū attulit sententiam, quæ alijs minus sufficiens esse videtur, & est opinio, quę prisco Chomedino ascribitur. iste enim, eiusq; pedissequi opina K bātur causam, qua terra quiescit in medio, esse q̄a posita est de omnib' orizontibus positione æquali, ideo nō data ē illi facultas magis ad vnā moueri partē q̄, ad aliā, cum eius distantia ab omni orizontis parte sit æqualis, idcirco in ipso perstat medio, ꝑinde ac si ipsam vndequaque traherent orizontes tractu ęquali, & q̄si eius motionis ad ipsos orizontes virtus sit ęqualis. ꝙ si non staret in medio, esset propinquior ei orizon vehementioris attractionis, aut ipsa fortioris esset ꝓcliuitatis ad illum orizontem. Hãc igitur suam L
ipse tribus demōstrationibus obrue 91
re nititur, quarum duæ ipsam opinionem refellunt, tertia autem syllogismū diruit, quo in suæ opinionis cōstantiam reuincere arbitrantur. Primę contradictionis hĩc ordo est. Si causa terrę quietis ĩ medio esset eius æquistãtia ab omnibus orizōtibus, sequeretur vt etiam ignis ĩ medio positus ibi quiesceret: nec solum ignis, sed quodcūq; corporum, si ibi positum fuerit, itidem de ipso iudicium esset: quamobrem, nō eēt ipsa quies ĩ medio peculiaris terrę, sed cunctis corporibus cōis: idcirco M
non erit hæc terræ quies naturalis, sed violenta nullam prorsus obtineret quietem ꝑ naturam. at dictum iam est cuiq; corpori naturalē dari quietē, sicut & per naturam motū. Secundæ ɔtradictionis hęc series ē.
Quietē, quæ naturalis motus est finis, naturalē esse oportet: & quia ad 92
eundem locum, in quē pergunt terrę partes, cōuenit vt vergat terra sm se totā: partes autē naturaliter pergūt ad mediū: dignū vtiq; erit, vt tota ipsa terra naturali tramite proficiscatur

A ciscatur ad mediũ:quæ cùm natura liter ad ipsum pergat mediũ, in eo vtiq; quiescet fm naturã: q̃ si ibi qe scit fm naturã, ñ erit itaq; causa suę quietis motus ęqualitas, contrariãtiumvè motuũ ęquatio, atq; tempe- ties. Et mirabile tamẽ, vt Aristoteles loquitur, est aliquẽ rerum explora torem scrutari cur terra quiescat in medio. exindeq; tam alienã, & absonam sugiungere causam, & nõ idẽ examẽ facere de causa, qua ignis qe scat in orizonte rationabile quippe est vt in his similis sit dispositio, videlicet si in orizontẽ quiescit ignis per propriã naturam, q̃ & terra ipsa
B per propriã naturã quiescat in medio, & terra, si quiescit in medio pp aliquid ipsam ad hanc pellens quie tem, consentaneum est & ignẽ quiescere in orizonte per vim quandam violenter sibi illatam, vt illic quiescat. Cõdecẽs demũ hic erat talem quoq; causam scrutari in igne. At, cùm id causarũ genus assignatur de elementorũ quiete, aufertur ab his funditus quies, quę fm naturam. ac naturali ablata quiete tollit & motus fm naturam, quo perẽpto perimitur & violentus, quibus duobus
C motibus ablatis, naturalis corporis inuentio destruitur: siquidem fieri non potest vt aliquid adsit corpus cuius sit nec motus, nec quies. Cõdecens insuper his erat in hoc causam quærere motus, quemadmodũ causam quærũt quietis. Syllogism' autem, quo terrã in medio persistere statuunt, duabus cõtexitur propositionibus. quarũ vna ẽ, si terra est in medio eius, ad omnes partes motus erit ęquales: secũda, maiorq; propositio, qui ad omnes partes ęqualiter suo tẽdit motu, id ĩ ꝓprio suo loco perstet, quiescatq; op3: vnde cœlu dũt terram persistere in medio ei', q̃ a
D ad omnes partes motus est ęqualis. Hanc autẽ maiorẽ propositionem stabilire conantur ex eo, q̃ apparet de dispositione rei circularis, quã cùm quis traxerit ad omnes partes æqualiter, stat, & in nullã partẽ flectitur: sic & plurimum famelicus, sitibundusque homo, cui æquali distantia amota sint esculẽta, & potus, is qui dẽ merito ad neutrũ moueditur, sed quiesceret. Aristoteles autem hanc maiorem propositionẽ redarguit, 94
dicendo q̃ quicquid statũ, permãtẽtiamq; fm hanc modum obtinuerit, dignum erit eius vndiq; partes dissipari, segregatiuè, & ad omnes
E ferre partes, eo q̃ idipsum in medio positũ corpus non est pũctus, ita, vt partibus contingat id, q̃ contingit in toto, videlicet vt totius distãtia à continente, & distantia partium sit vna. siue igitur partes moueri ponã tur ad partẽ propinquiorem, & per modum attractionis, siue ad partẽ lõginquiorem, & pp ipsam inclinationem, si conueniẽs fuerit his partibus moueri ad orizontem, dignum esset has ipsas moueri ad orizõtem propinquiorem: naturale enim cor-
F pus, quó proprius est loco suo naturali, eo facilius suum exercet motũ: quapropter, opporteret dissipari terram, & ei' partes moueri ad omnes partes, aut saltim dilatari, & ĩ maiorem ꝯuerti molem, q̃; sua nã postulat, & hoc ꝓponendo ptes terri ad ptẽ ꝓpinquiorẽ. quẽadmodũ, si ei' mot' ꝟgeret ad distãtia lõgiorẽ hanc ipsã cõgregari, & coadunari necesse ẽẽt: q̃ tamẽ ambo, videlicet cõgregatio, & dilatatio mot' sũt. q̃ pp rei fm hũc modũ existẽtis in medio magis causa

G causa ē motus, q̄; causa qetis. Hæc igit̄ sunt, qu bus Aristoteles maiorē hāc ꝓpositionē destruxit Ac minoris propositionis corruptio pcedētiū quoq; sermonū virtute colligit. & hoc quia, si terræ motus ad oēs partes est æqualis, eius igit̄ī medio quies violenta erit, nō naturalis. Mirabile itaq; est locū ostendere, quo ipsa quiescat p naturā, siquidē alia loca alijs propria sūt elemēt s The mistius vero, hunc sermonem seruare uisus, dixit, ī Timęi libro scriptū esse, ꝙ simile simili appositū in nullam partium declinat. vbi, dum legi H tur id in nullā declinare partiū, intentio nō est ꝙ oppositę in ipso po ni tę faciant id stare, & æqualiter se habere ad diuersos mot᷒, quasi id ipsum ibi statū habeat per modū violentiæ, sed intentio erat ꝙ, cū res sitis quiescat in medio, eiusq; innata aptitudo fuerit illic sistere, tūc asserūt vltimam qetis causam esse, ꝙ eius vndequaq; distantia est æqualis, proinde si eiusmodi causa, q̄ iuxta hui᷒ viri intellectū in hoc Priscorū sermone exprimitur, esset causa quietis terræ in medio prior, quā ipsa terræ forma. & hoc, quia, cū pō I suerimus terrā quiescere in medio per naturā, erit propīqua huius causa forma terræ, s. ipsa grauitas: causa autem remota, quia eius distātia ab omnibus orizontibus est æqualis ideo vilipendit Themistius, Aristotelis hic sermonē, inquiēs, neminem latere causam quietis terræ eē ꝙ sic sua postulet nā, sed vnusquisque scire desyderat causam sui stat᷒ in hoc loco per naturam. ꝙ si Antiquorū talis fuisset in suo sermone intentio, tunc Aristoteles vtiq; hāc intentionē, sermonemq; quem ipse attulit destruendum, minime intel- K lexisset, & sic Aristotelis cōtradictionem vnusquisq;, quemadmodū & Themisti᷒ perfacile euadere posset. Nostrum igitur est pensitare quodnam in hoc sermone Antiquorum propositū fuerit, an id, ꝙ intellexit Aristoteles, aut ꝙ illorū, Platonisq; fautor Themistius voluit. Dicamus igitur liquido cōstare Priscorū examen in hoc fuisse de efficiente causa terræ quietis in medio propīqua, aut remota, si qua forte remota causa affuerit, aut de ambabus simul, nō aūt de causa formali, nec de quouis alio causarū genere. Manifestū autem, est ꝙ q causam huius quietis L in medio asserit esse, qa insit graui natura ibi quiescere, iam dedit efficientē causam propinquam, quemadmodum fecit Aristoteles: qui aūt de naturali quiete grauis in medio causam enunciat, qa ꝙ locat̄ in medio vndequaq; æqualiter distat, nō tradit causam efficiētem ei᷒ quietis in medio, nec propinquam, neq; remotam, sed causam dat formalem, & mathematicam: definitio nanq; rei existentis in medio est æqualiter distare vndequaq;. Cōstat autē hāc non fuisse Antiquorū intentionem, sed ipsius terræ quietis ī medio cau- M sam quærebāt agentē. quę sanè causa esse non potest ipsa æquidistātia terræ ab orizonte, nisi terræ inesset potentia ad motum in omnes partes æqualiter: tunc enim esset inclinationis æqualitas causa agēs quietis terræ in medio. Et ex hac parte cōtradictio, quàm ī horū sermonē dissipandū protulit, destruendi vim obtinuit. nitebātur enim eiuscemodi viri assignare in terra causam cōtrariantem causæ motus eius partiū ad me-

A ad medium. hi namq; videntes terrę partes moueri, ipsam vero sm se totam quiescere, conati sunt differētiē huius rei causam ostendere, coguntúrq; violentā causam dicere: causa namq; motus partiū, & earum quietis, & causa motus toti⁹, eiusdemq; quietis est vna, & eadem. cùm igit' latuerit Priscos locus naturalis quietis partium, latuit eosdem locus naturalis quietis totius. oportet quippe, si partis nō est locus, ī quo quiescat per naturam, vt nec totius sit locus suę quietis per naturā. ꝙ si partis est locus, vbi quiescat natura, di-
B gnū erit vt locus quietis sit totius, sitque partis, & totius locus forma, definitioneq; idem. Quòd autem Aristoteles voluit causam inuentionis grauis, & leuis esse grauis distantiā a motu circulari cœlesti, & propinquitatem causam esse leuis, verum quidem est, sed præcedentis inquisitionis, videlicet cur partes terræ moueātur, & ipsa sm se totū quiescat, negotium minime absoluit, sed causam ibi refert inuentionis grauis, & leuis. quapropter sm han intētionē nequaquam Antiquorum audiendus sermo est. Hęc itaq; summa est eorum. quibus in hoc quæsito Anti
C quorum sententiam destruxit. quibus peractis nunc naturalem huius rei causam tradere proposuit, eáq; quæstionem, cuius euodationi priorum sapientum solertia per omnes dies incubuit, videlicet ꝙ terra sm se totam quiescat, & eius partes moueantur, cum hoc, ꝙ eorum omniū sensus fuerit eundem esse locum totius, & partis, ipse soluere nitit': primunque destruxit terram moueri, ꝙ nos antea tulimus, quando enunciauimus opinionem dicētis terram esse mobilem: idcirco pro arbitrio D id lector huc transferre, Quintiq; capitis loco repetere hic poterit.

Caput Sextum.

MOdo ostēdit terrā existere in 98 medio, eáq; quiescere ꝑ naturam, & præmemoratam dubitationē soluit, causam assignādo suæ quietis, quemadmodū statim dicēda insinuāt. Demōstratū nāque est omne nobile motu recto per naturā quiescere natura, qn̄ iam finem attigerit motus, eo ꝙ nullus rectus motus, vt in Pysico auditu ostenditur, potest esse infinitus. Qua habita ꝓpositione, iūgēda ē huic ꝓpositio secūda, videlicet loc⁹ toti⁹, & partis E idē est definitione; & numero: quò enī ꝑgit vna terrę glebula, illuc ꝑficiscit' tota: & vbi vna eiusdē terrę portio qescit, ibi stat & ipsa sm se tota. cūq; appareāt terrę ꝑtes ferri ad centrū terræ, q̄ toti⁹ obtinet mediū, manifestū erit terrę locū esse mediū vniuersi, eo ꝙ toti⁹, & ꝑtis idē loc⁹ ē definitione, & numero, sed differt sola magnitudine, & paruitate. Quòd aūt terrę partes moueantur ad centrum terrę, quod cētrum est mūdi, ex coacerui lapidum obruitione ꝑ pendit': eiuscemodē siquidem obruētes lapides super rectas terræ superfi F cies stare videntur, quemadmodum Geometrię indagatores demōstrāt. Quod cùm ita fuerit, necesse erit vt sibijnuicem lapides obuient iuxta centrū, causantes ibi angelos, ęquales hñtes chordas, arcusq; ęquales ab ipsa supficie cōtinentes orbis, aut circumambiēte terræ, quòd ind'cat id, quod Geometræ ostendunt, s' pūctum, in quo lapides occorrunt, necessario esse medium terrę, mediumque mundi. si enim punctus ille nō

esset

G eſſet mediū terræ, non eſſet obruēs
lapidum coaceruus, perſtans ſuper
rectas ſuperficies vndique cadentes
de ſuperficie terræ, nec æqualiū an
gulorū arcus circulorū eadem tiū in
99 terra. Hic autē dubitabit aliquis, di
100 cens, ſi partes terræ mouētur ad cen
trū terrę, cui accidit vt ſit centrū to-
tius, an illorum motus ad centrum
vniuerſi ſit, ſm q̄ id centrū ſit terræ,
aut ecōuerſo, videlicet q̄ illarū mo
tus ſit ad centrū terræ, ſm q̄ ei acci
dit centrū eſſe vniuerſi. Cui dicen-
dum q̄ lapides mouentur quidē ad
centrū terrę ſm q̄ cētrum ſit totius,
H cui' indicium ſumi poteſt ex igne,
qui, cū cōtrarius ſit terræ, eo q̄ ipſe
leuis eſt ſimpliciter, terra autē ſim
pliciter grauis, appareatq; de ei' di
ſpoſitione q̄ moueť ad orizontem
mundi, conueniens eſt vt terra mo
ueatur ad eius centrū, quocircà ap-
paret terræ partes per naturam pro-
ficiſci ad mediū terræ, ſm q̄ mediū
ſit totius, & q̄ terra ſm ſe totā poſi-
ta ſit in medio toti', ſm q̄ centrū ē
vniuerſi, eiuſq; vndequaq; diſtātia
eſt ęqualis. & hęc diffinitio eſt cen
tri vniuerſi, ad quod proficiſcuntu-
I in ſuo motu partes, quapropter fuit
loc' toti', & partis idē, definitione, et
101 & numero, Hinc quoq; apparet hāc
quieſcere per naturā in medio, & ex
hoc, q̄ mox ipſi ſubiungimus. Par-
tes nanq; terræ, quia mouētur per
naturam ad centrū terræ, ſm q̄ id ip
ſum centrū eſt totius, mediūq; ideo
eius per nām quies in hoc loco erit
neceſſario. Si enim ſua quies eēt ibi
violēter, eſſet vtiq; ei' motus à me-
dio naturalis. quod ſanè falſum eē
cōſtat, eius ſiquidem naturalis mo-
tus eſt ad mediū. Cùm enim cuiq;
corpori ſimplici vn' duntaxat mo-
tus naturalis, ſimplexq; inſit, natu- K
raliſq; motus ignis à medio, ſitque
ignis contrarius terræ, conueniens
fuit naturalem motū terræ eē à ſur-
ſum ad medium. quapropter eius
quies in medio naturalis eſt, & mo-
tus à medio violentus. Si igitur par
tiū motus per naturā eſt ad mediū,
& illarū quies in eo p naturā, opor-
tet vt totius terræ motus ad mediū
ſit naturalis, eiuſq; in eo quies natu
ralis, & fieri nō poteſt vt moueatur
a medio, niſi violenter, quemadmo
dum impoſſibile ē hoc in partibus.
Cauſa igitur motus terrę ad mediū
& eius ī eo quietis per naturam eſt L
forma eius naturalis, videlicet gra-
uitas, quemadmodū cauſa motus
ignis ſurſum, & eius quietis: in con
cauo vero orbis nil aliud eſt quam
ſubſtantialis eius forma, quæ quidē
eſt ipſa ſua leuitas. Hinc quoq; ap-
paret, in quo dubitarūt veteres, cur
ſemper partes terrę petunt inferius,
& maior eius portio coarctat mino
rē. q̄ tñ non accidit terræ ſm ſe to-
tam. terra enim, qñ ſeparatur ab ea
pars actu, quęrit per propriā ſubſtā-
tialem formā locum naturalem ter
ræ ſm ſe totam, videlicet ipſum me- M
diū mūdi. nil enim eſt diſcriminis
inter locū totius, & partis in hoc, q̄
tā rotundum, q̄, pars medium quæ
rit mūdi, ſm q̄ medium, & ideo di-
cimus locum toti', & partis eſſe eū
dem. Terra itaq; quieſcit ſm ſe to-
tā, quia ipſa eſt ī mēdio, videlicet q̄
diſtātia eius circunferentiæ à circū
ferentia mundi eſt diſtantia vna, &
pars eius, partesuè ſeparatę actu mo
uentur, vt ſint & ipſæ in medio ter-
rę, & illic quieſcāt, quia nulla ē dña
inter locū totius, & partis, niſi q̄ lo-
cus totius cōtinet locū partis, videli

A cet partis, quæ in actu. partes autem potentia nõ sunt in vbi, neq; mobiles nisi potẽtia. Ex his itaq; reuincit terram per nãm quiescere in medio. & cõstat quę huius causa sit, ac dubitatio, qua titubant Antiqui, sol-
103 uitur. Dixit & testimoniũ perhibet terrã locari in medio, eáq; quiescere demõstrationes, quibus Mathematici hoc ostendere solent. Si enim nõ esset in medio, oporteret hoc altero trium modorũ cõtingere, s. aut sit extra axem, aut in axi ad alterũ
B polorũ declinans, aut ambobus his modis simul, videlicet vt sit extra axẽ, & declinãs ad alterũ polorũ. Si autẽ hanc locatam dixerimus extra axem, nõ essent tẽpora ascensus stellarum de orizonte orientali ad medium cœli æqualia temporibus illarum descensus de medio cœli in occidẽs. Si vero locata eẽt sup axẽ, ad alterũ polorũ declinans, nõ proscinderes semper orizontis circulus, circulũ zodiaci ĩ omni climate in duo dimidia. ꝙ si ita esset, non æquarentur noctes ĩ alijs climatibus, scilicet tempore duarum æquationũ. Si au-
C tem hęc ambo simul esse dixeris, videlicet si ipsa terra existeret extra axem, & declinans ad alterum polorum, contingeret vtiq; prædicta inconuenientia ambo simul,

Caput Septimum.

104
105 His sic præhabitis nunc sphęricæ figuræ terrã esse demonstrat, quibusdam propositionibus positis. quarũ Prima est, quęlibet ex partibus terræ obtinet grauitatem, quousq; pertingat mediũ mundi. Secunda, ꝙ de conditione partis maioris est pellere minorẽ, quousq; & ipsa applicet mediũ. Tertia, ꝙ pars pulsa nõ spargitur, sed cõgregatur versus mediũ quãtũ fieri potest, quem- D
admodũ itidẽ pluris Antiquorũ affirmant. Et hoc quia, cùm imaginemur eius partes à principio generari in omni parte, & de omnibus partibus orbis descẽdere ad mediũ, vnaquæq; earũ iuxta quãtitatem suę inclinationis peteret ipsum mediũ. Si ergo posuerimus terram ſm hãc dispositionẽ, seruauerimusq; ꝓpositiones, quas nũc tulimus, concludemus oportere necessario sphæricam formã terrã suscipere in medio. & hoc, qa fieri nõ põt q̃n ptes graues E
vndequaq; descẽdẽtes sint numero ęquales, & ęquales ĩ magnitudine, i. vt ꝙ cadit de his a quocũq; pũcto orbis æquale sit numero quãtitate, & ordine, aut vt cadens de his ex vna parte maior sit cadẽte ex parte alia. Quòd si cadens de his ex omnibus partib', videlicet de omni pũcto orbis, eẽt ęquale numero, magnitudine, & ordine, erũtq; omnes partes petẽtes centrum, ita, vt alię alias pellãt ęqualiter, manifestũ quidẽ erit ꝙ superficies partiũ descẽdentiũ vltimæ, videlicet ex quibus renouatur superficies terræ, distãtes erũt à centro di- F
stãtia æquali: ꝙ quidem proprium est sphærę, scilicet ꝙ lineæ exeuntes de centro ad superficiem circũ ambientem sint æquales. Si autem posuerimus harũ descensum de aliquibus partium esse maiorem, aut minorem, sequeretur vtiq; ex hoc eius figuram esse sphæricam, & in medio terræ necessario: & hoc, qa maior coarctat minorẽ, quousq; ipsum extrahat de cẽtro, ita, vt totũ efficiatur mediũ in medio mundi, eritque terra circularis necessario. Vnde, si 106
cogitaret aliquis addere sphæræ ter- 107
ræ in vno eius laterum quãtum est eiusdem

G eiusdem terræ dimidium, ita vt cen
trum terræ nõ sit centrũ totius, mo
ueret ipsa terra, quousque eius cen
trum efficeret cẽtrum totius, & tũc
quiesceret per naturam: quia quod
quærit portio una, scilicet stare in
medio, idem quærit terra secundũ
108 se totã. Si igitur terrę aptitudo ẽ vt,
si subiret generationem, fieret qui
dem sm hãc figuram, manifestũ est
iure merito ei hanc figuram compe
tere, licet non subeat generationem
secundum se totam. Nam, ex quo
constat hãc esse figurã suæ substan
tiæ accommodatam, nil refert ĩ eo,
quod ex hoc sequit, siue eam genitã
H posuerimus, siue nõ genitã. ideo nil
obest nobis in doctrina hãc ponere
genitam, licet appareat hoc falsum
esse, & impossibile. siquidem nos nõ
posuimus hic ipsum impossibile,
quatenus impossibile, sed ex parte,
qua est possibile. quapropter nil no
bis accidit inconueniens, vtẽdo hoc
ipso secundum hanc verificationis
formam: crebro enim hunc doctri
næ modum exercere solent sapiẽtes,
quemadmodum nos varijs in locis
protulimus. Et differentia inter po
sitionem nostram, qua totam gene
rari dicimus, & inter id, ꝙ de hoc
posuere Antiqui, est ꝙ nos ponim'
I ꝙ, quia generãtur partes graues po
tentia, grauesq; fiunt actu, ideo mo
uentur per naturã ad mediũ. Iuxta
autem Antiquorum sententiam, dũ
generatur, erit eis motus ad mediũ
ex coarctatione circularis mot' vio
lẽter, cuius falsitas in pręhabitis cõ
109 stat. Postquam terrę rotunditatem
naturali ratione declarauerit, eãdẽ
nũc mathematicis rationibus fulci
re statuit, dicens, indicat terræ figu
ram esse rotundam vmbra proicien-
dens corpus Lunę in eclipsi lunari K
secundum lineam circularem, quæ
quidem vmbra non nisi circularis
corporis esse potest. Et ipse in signũ
affert, ostẽdens hanc vmbræ dispo
sitionem non secundum apparen
tiam, sed re ipsa existere, hoc, quòd
linea separans in lunari eclipsi, non
completa inter partem luminosam
Lunę, & eclipsatam, semper apparet
conuexa econtrario lineę, quæ sepa
rat inter faciem eius illuminatam a
sole, & faciem non illuminatam,
quam solis radius format lunarẽ:
hęc si quidẽ linea varium iuxta ap
parentiam aspectum demõstrat: &
hoc ob diuersitatem aeris, qui hanc L
ipsam nunc rectam, nunc arcualem
ostendit: linea autẽ in eclipsi luna
ri se semper secundum eandem di
spositionem obtutui offert: quod
vtiq; cõstare nobis facit hunc intui
tum non esse apparentiam, sed rei
existentiam, quapropter retũda sit
terra concludendum necessario. Est 110
& aliud pręterea signum hanc com
pletæ sphæricitatis tenere figuram,
eamq; paruę esse magnitudinis de
monstrans, ꝙ, quando modicum
transferimus ad polum meridiei, ap
parent nobis stellæ in superiori or
be, quę non visę erant prius. stellæ
enim apparẽtes in regione Alfarca M
din, latent in Aegypto, & Chobara,
quæ tamen nec in orientali, nec oc
cidentali septentrionis plaga latita
re videntur, Sabil quoq; non appa
ret in hac regione nostra, quę est in
sula Andalosiæ, nisi vt fertur ĩ ipso
monte nomine Febul, apparet autẽ
in terra Alcharchi, quę est post lito
ra maris, quod mediat inter nos, &
illos, vocatum Dechac. Etiam vidi
ipse terra Meroch anno quingente

A simo quadragesimo octauo cõput⁹ nostri stellam vnam, nunquam antea in hac nostra regione conspectã, & hoc in mõte dicto Hasdech, & existimarunt hanc fuisse Sachil. Eclipses quoq; lunares prius se ostẽdunt plagis orientis, quàm occidentis, ꝙ similiter huius sphæricitatem
311 demonstrat. Iamq; dixerunt homines tantã esse terrę paruitatem, vt locũ, vbi positũ est famosum simulachrũ Herculis, ꝙ, vt ipse opinor, idolum est, vulgo dictũ idolum Enchdis, propinquũ asserunt esse ad extremum terminorum Indiæ, adeo, vt
B existimant hæc loca eandem regionem existere, suæ sententię veritatẽ approbantes per hoc, ꝙ elephantes generantur in terra Indiæ, & in vltimo occidentis, scilicet in extremo Austri in quarta meridionali occidentis, vbi Aæthiopica, & Barbarorũ regio tenetur. Hæc retulit Aristoteles, & mihi relatũ est ore in illius plagæ desertis inueniri elephantes. Dixerunt igitur amborũ locorum videlicet Indiæ, & propinquorũ locorum naturam esse eandem, quod ex altero duorũ cõtingere oportet; aut quia vnus, idemq; loc⁹, aut qa
C propinquat vnus alteri. Quod etiã
312 Almagesti cultores de huius rotunditatis mensura enunciant. videlicet eam viginti quatuor miliarum milia occupare circuitu, eius paruitatẽ demonstrat. Id insuper ostendit, qa hanc centesima, sexagesimaq; portione solis mensurari statuunt. Ex hoc itaq; sermone ostensa est figura terræ, eiusque locus, & quies, & ꝗ causa quietis, deniq; sit hui⁹ dictionis summa absoluitur. sic summo conditori laus, & benedictio in sempiterna secula. Amen.

Cœr. Gen. Met. sũ. cõ. Auer.

DICTIO TERTIA. D

Haec dictio cõtinet sũmas Octo. Pria veluti toti⁹ dictionis exordiũ est: in ea.n. cõmemorat ꝙ in spiorib⁹ expositũ est de partib⁹ mundi, & qđ superest dicẽdum. Secũda Antiquoꝝ snias đ gñatione & corruptiõe terũ nãliũ enũtiat. Tertia destruit sermonem dicentẽ partem dari indiuisibilem per propositiones naturales, alias à propositionibus mathematicis, quas in Physico auditu explicuit. Quarta exponit generationem non omnib⁹, sed E
aliquibus naturalium corporũ inesse posse. Quinta scrutatur causas generationis in cõpositis, & sunt, quibus dr, elementa. Sexta mõstrat generationem in simplicibus esse corporibus, videlicet elementis, & hoc fm ptes, fm totalitatẽ autẽ minime. Se prima insinuat elementorum generationem non esse ex aliquo corpore vno, neq; ex non corpe, sed ꝙ generans ex alterutris. Octaua Antiquorum sermones de mutua elemẽtorum generatione refellit.

SVMMA PRIMA. F

Dixit Quia in pliabitis đ quinto corpe circulariter moto sermonẽ fecim⁹ exponẽdo ꝗ sit ei⁹ nã, & nã partiũ, s. stellaꝝ, & reliqs huius corpis dispositiones, vtpote ipsũ nec genitum esse, nec corruptibile, & id genus, superest modo de simplicibus mundi partibus, quas in hoc libro consyderare proposuimus, reliqua, quę mouentur in rectum, videlicet

RR Ignem,

G Ignem, Terram, Aerem, & aquam, & omnia accidentia eorum exponere. Quod ideo faciendũ duxi, quia omnia entia naturæ sunt corpa, aut actiones, passionesuè, quæ eisdem corpibus insunt corpora aũt bipartita, videlicet simplicia. vt corpa quatuor, aut composita, vt corpa animalium, & plantæ, ac plurimum Naturalis consyderatio est de corporibus simplicibus. Et, quia de simplicibus consyderatio prior est consyderatione compositorum, in p̄cehabitis aũt huius libri tractatũ fecimus d̄ quinto ex simplicibus corpibus, idcirco
H reliquum huius libri est alia simplicium corporum examinare, videlicet quæ mouentur sursum, & quæ mouentur deorsum, & omnia, quæ hęc consequuntur accidentia.

SVMMA SECVNDA.

2 QVoniam vero peculiare his corporibus accidẽs generatio & corruptio est, si quidem necesse ẽ, aut nullã prorsus dari gñationẽ, & corruptionẽ, aut si dat̃ quidem in his, s. elementis primũ, & in compositis propter elementa;
I idcirco primum Antiquorũ de generatione, & corruptione opiniones refert, dicẽs, Prisci, q circa theoricam scientiam philosophati sunt, inter se, & nobiscum in hac intẽtione aduersantur, Inter se quidem eo ꝙ Alij asserunt nullam prorsus inueniri in rebus generationem, sed quod sensus iudicat solũ, inquiunt, apparentiã est, nõ rei veritas, & horum censor fuit Parmenides, & qui eius vestigia sequuntur. Alij huius oppositum, videlicet omnia generari q̄ali hi ẽ studio contradicentes, affirmãt. quorum Quidam ipsa gẽnerabilia biforma esse dicunt, s. aut K
genitum non corruptibile, aut genitum corruptibile Quidam vero eorum cõtendũt nil esse in rebus vno tpis momento permanens, quia omnia generantur, corrumpunturq;, at solum suppositum subiectum manet, quod vtiq; subiectum quidam horum asserunt esse aquam, quidã aerem, quidam terram, nonnulli ignem, alijs vero asserunt corpora generabilia generari ex superficiebus, non ex corpore. prorsus autem renuẽtes generationem, eam quidẽ renuunt ex eo, ꝙ opinantur nil sue niri præter sensibilia, & nil eẽ scitũ præter hęc ipsa. negãt enim eẽ vniuersalia, & affirmant cum hoc opor L
tere vt res scita sit permanens, non transmutabilis: ex quo inducti sunt funditus alterationem auferre, & motum, contranitentes sensui, dicẽdo alterationem, & motũ esse secundum apparentiam, non rei existentiam, idcirco opinati sunt sensibilia non re vera existere, nedum alterari, credentes hæc ipsa habere substãtias nunquam variabiles. Ipse igit̃ hos laude dignos cẽsuit ex eo, ꝙ hic substantias inuariabiles esse affirmant, eosdem vero contemnit, ex M
quo id statuunt in his reb' naturæ. quia hæc entia naturalia, ideo naturalia sunt ꝙ principiũ in se habent motus, vnde cosyderatio in entibus non transmutabilibus alteri', s. Mathematicæ sapientię est. Summa igitur Priscorum opinionũ de corporũ generatione, corruptioneq; hæc est. & ipse sermonem asserentium oĩa generari refellere policet̃: nunc vero aggredit̃ destruere sententiam dicentis generationẽ fieri ex superficiebus, ꝙ in Timęo dictũ eẽ legit̃;

A SVMMA TERTIA.

Summa hæc in duo prosciditur. Primũ ostendit impossibilium, quæ sequuntur dicẽtem generationem fieri ex superficiebus, alia esse naturalia, alia mathematica, & ꝙ mathematica cõsequuntur naturalia, & non conuertiť, s. vt naturales contradictiones apiãdæ sint ε rebus mathematicis; eiusq; propositum est commemorare hic quod ꝓprium attinet rebus naturæ. Pars secunda indicat naturales contradi-
B
4 ctiones, quę huius opinionis censo-
5 rem sequuntur. Pars prima dixit, di-
6 cens autem corpora componi ex su-
7 perficiebus, & in eas resolui, destruit multa, quę Mathematicę facultatis indagator supponit. Si enim resoluerentur in superficies corpora, cõsequens esset, vt superficies resoluerentur in lineas, & lineæ in puncta, quapropter sequeretur corpora cõfici ex punctis, quod complura Mathematicorum obruit fundamenta, vt pote omnem lineam diuidi in duo dimidia, & quod magnitudinũ
C alíæ sunt rationales, aliæ irrationales; & id genus impossibilium iam in prioribus enumeratorum, quæ hi cogerentur admittere. Nunc autẽm nititur in hoc consyderationẽ facere secũdum entia naturalia, eo quod omnia inconuenientia, quæ hæc opinio committit in Mathematicis, contingunt ẽt opifici scientiæ de Natura: ipsa autem falsa, quę cõtingunt opifici in scientia Naturæ non contingunt indagatori Mathematico. Dixit, Et huius causa est ꝙ corp⁹ mathematicum deficit à corpore physico, nam Mathematicæ scientiæ professor consyderat corpus, ſm ꝙ abstractũ à materia, & accidẽtibus mãlib⁹: sicut albedo, & nigredo, leuitas, & grauitas, hisque similia, Naturalis aũt opifex speculať de corpore, quatenus annexum est materiæ, & accidentibus materię, & ideo dicimus mathematicum corpus deficere à corpore naturali, & contineri in ipso, si enim corpus naturale continet mathematicum corpus, & aliquid additum: naturale autem non continetur à mathematico, conuenit vt quicquid accidit
E corpori mathematico, accidat & naturali, non aũt contingit mathematico ꝙ contingit naturali. verbi causa punctus, ex quo cogũtur generare corpora. si acceptus fuerit mathematicus, non emergeret id inconueniẽs, quod sequereť, si acceptus fuerit huiuscemodi punctus naturalis, videlicet cum materia: cogerentur enim punctum diuisibilem dicere, quemadmodum ex sequentibus apparebit. cũq; iam enuntiauerit modũ cõtradictionis, quã in huius opinionis censores statuere proposuit, nunc id ipsum peragere nititur.

Pars Secunda.

F

Haec pars duo continet capita. Primum impossibilia enumerat, quæ huius scientię sectatores comitantur. Secundum per modum euidentiæ explanat, quod in prima demonstratione accipit, s. quod omne corpus mobile in rectum graue est, aut leue: & exinde se transfert ad opportunitatẽ motus naturalis omnibus corporibus: deinceps notificat quomodo fiunt hi motus mediante aere, scilicet naturalis, & violẽtus, & quod aer ipse necessarius est eis, aut quasi necessarius. Primum caput eos contradictiones explanat.

G *Prima Contradictio.*

8 Dixit, Dicamus impossibile esse corpa, vt in Thimęo scribitur, componi ex superficiebus. Cuius demonstratio hęc est. Si corpora composita essent ex superficiebus, cumque fieri nō possit vt aliquo duo inueniantur, quorū neutrum graue est, aut leue, &, qñ illa iungunt, grauitatem, leuitatemuè obtineant: at p̄fecto nec grauitatum, nec leuitatē in esse cōtingit: nil igit͛ ex rebus naturalibus graue, aut leue censeri poterit: aut, si grauitatem eis inesse asserueris, falsum erit aliquod corporum componi ex superficiebus. Huius autem conditionalis syllogismi,
H vti consequens, per se verum esse cōstat, & idipsum Prisci affirmant. Aristoteles tamē negotiatur circa hoc, euidentię causa, in his. quæ inferi⁹, sed consequentiæ veritas è mox dicē di elucescet. Si. n. posuerimus corpora componi ex superficiebus, cunque superficierum ad corpora proportio sit veluti habitudo linearum ad superficies, & pūctorū ad lineas, consequens erit superficies componi ex lineis, & lineas ex pūctis, quapropter & corpora composita erunt ex punctis, quia igitur positum est pūctū nullā tenere grauitatem, siue seiunctus sit, siue compositus, ma
I nifestum erit lineas: quę conficiuntur ex punctis, nullam subire grauitatem, leuitatéq;. ꝙ si lineæ nec graues sunt, nec leues, nec seiunctę, nec compositæ: superficies autē conflantur ex lineis: planum vtiq, erit nec his grauitatem, vel leuitatem inesse posse: quapropter nec corpora, quæ ex superficiebus cōstant, grauitatē vllam, leuitatemuè habere possēt. hac itaque lege reuincitur huius in hoc sillogismo continuationis veritas Antecedentis autem veritatem, K videlicet punctum nec grauem esse, nec leuem, tribus rationibus monstrat quarum duę vtuntur propositionib⁹, acceptione dignis, tertia vero propositionibus iungitur, quib⁹ ipsi Veteres acquiescunt, vt fieri solet in contradictionibus, quæ nō re ipsa, sed ad hominem verificatur. Prima demonstratio hoc pacto construitur. Si omne graue grauius esse potest re alia, & alia leuius, & omne leue esse potest leuius altero & alio grauius, necesse erit oē graue, & leue posse diuisionem suscipere: at punctus diuisionē subire nō valet: consequens igit͛ erit punctū nec graue esse, nec leuem. Et hęc demōstratio duobus constat syllogismis; quorū vnū est cōditionalis, alter cathegoricus in figura secunda Cathegorici quidē duæ sunt propositiones, quarū prima per se cōstat, videlicet punctū non esse diuisibilem, secunda vero per syllogismum conditionalem exponitur, videlicet omne graue, aut leue esse diuisibile. Cōditionalis autem syllogism⁹, quo hęc ipsa propositio ostēditur, duplicem cōsyderationem expostulat, primā ad positionem antecedentis cōditionalis verificandā, secūdā ad cōtinuationem inter antecedens cōditionalis, & cōsequēs approbādā. Cōtinuatio vero per se manifesta est. Si enī ponamus omne graue posse eē grauius re alia, ipsa res alia hui⁹ grauioris pars erit necessario, quapropter omne graue erit diuisibile. idē contingit & leui. Veritas autem antecedētis cōditionalis in hoc hypotheti co syllo, videlicet ꝙ omne graue possit grau⁹ esse aliquo alio, & alio leuius,

A uius,& oē leue leuius eſſe poſſe aliquo,& grauius alio ab Ariſtote. vti per ſe manifeſta aſſumitur, eam in conuertibilem affirmans,videlicet, ſi neceſſe eſt omne graue graui⁹ eē aliquo alio,& alio leuius,nō cōuertitur tamen,quia nō omne grauius. aut leuius conuenit eſſe graue, aut leue, quia aer grauior eſt igne, non tamen eſt grauius,& aqua leuior ē terra,non tñ leuis. Sed eiuſcemodi enuntiatio cōuertitur, quādo in eadem ſpecie facta fuerit comparatio, ſecundum ꝙ in ipſua ſpecie variant̃ ſm magis,& minus. puta terra grauior
B eſt aqua,& ipſa in ſe quidē grauis eſt,ambo enim hęc grauia ſunt: ſic & ignis leuior ē aere,& ipſe in ſe leuis eſt, amborum ſiquidem leuis natura eſt. Si autem comparationē in eadem ſpecie feceris, non ex parte,qua differunt ſm magis,& min⁹ in ipſa eadē ſpecie, ſed ratione permixtionis illius ſpeciei, cum aliqd de contrarietate exiſtēte in ſpecie illi contraria, tunc non vera erit comparatio.verbi cauſa aqua leuior eſt terra,nihilominus non leuis eſt aq̃. quod ideo ē,quia licet aliquid leuitatis mixtum ſit aquę,ſm ꝙ non attingit grauitatē terrę, nō tñ pp hoc
C trāsfert̃,& exit ſpeciē grauis ad ſpeciem leuis. & idem iudicium eſt in omnibus, quæ dicunt̃ ſecūdū comparationem.quod enim ſimpliciter tale eſt,alicuius rei tale eſt,non aūt omne alicuius tale,ſimpliciter ē tale. Nec dicendum eſt verum eſſe,ꝙ omne graue grauius eſſe poſſit aliquo alio,ſi accipi poſſet actu,q̃cūq; data portione terrę, aut aquæ, portio aliqua minor. Sed,quia hoc fieri nō poteſt,quia minima pars terrę, & aquę,aeris,& ignis terminata eſt, ideo nō videtur admittendum omne graue grauius eſſe aliquo alio, nec leue leuius. hoc enim, videlicet diuiſionis priuatio,cōtingit ipſi graui,& leui per accidens ex eo, ꝙ graue ē terra,& aqua, leue ignis,& aer, non autem ex eo,ꝙ hoc graue ſit,& hoc leue. quod vtiq; per ſe apparet manifeſtū, ſ. ꝙ ad graue,& leue ſequitur comparatio,& diuiſio, quaten⁹ graue,& leue,& hęc ipſa ſequit̃ diuiſionis priuatio, ſm ꝙ vnū eorum eſt graue aliquod terminatum, vt pote terra,aut aer, idē cōtingit corpori,alijſq; magnitudinibus, videlicet ꝙ in infinitū illorum abit diuiſio, ſm ꝙ corpus,& magnitudo,terminat̃ aūt illorū portio,ex quo ſenſata, demōſtrataq; corpa exiſtunt. quāobrē ꝙ in hoc ſyllo eſt poſſibile, poſitū quidē eſt, ſm ꝙ poſſibile; non aūt ſm ꝙ impoſſibile, videlicet aſſumptum hic graue capax eſt diuiſionis,quatenus graue eſt,nō quatenus ignis ſit,aut terra. ſed ad poſſibile aſſumptum, ſm ꝙ poſſibile,nō committatur aliquid impoſſibile. cūmq; poſitū ſit in hoc ſyllogiſmo ipſum antecedēs,vti ꝓpoſitio poſſibilis, quatenus poſſibilis, videlicet graue ſuſcipere diuiſionē ſm ꝙ graue: iūgamus ei ipſam propoſitionē ambiguam,ſcilicet punctum grauē eſſe, aut leuē: illatum ex hoc erit impoſſibile,videlicet punctū eſſe diuiſibilē: at impoſſibile non ſequit̃ poſitionē poſſibilis: relinquitur ergo hoc conſequi poſitionē,dicētē punctum graue eſſe,aut leuē.& hui⁹ generis demonſtrationem plurimum Ariſto.in hoc ſciētia vtit̃. Hinc quoq; apparet error Themiſtii,quo Ariſtotelē incuſauit, ꝙ hic fecerit propoſitionem poſſibi'e n,& cōclutio-
D
E
F

G nē necessariam. Quod enī Aristo.
posuit, est, omne graue, aut leue pos
sibile esse vt diuidat' actu, fm ꝙ gra.
ue, vel leue: hoc aūt impossibile est
pūcto: & cōcludit ex hoc punctū eē
nec grauē, nec leuē, nō ex ipsa ꝓpo-
sitione possibili, sed infert possibili-
tatē quādā alicui rei, & eadē aufert à
re alia, ex quo sequitur rē vnā aufer
10 ri ab alia. In demonstratione āt Se-
cunda geminis propositionibus fun
gitur. Prima est, omne graue densū
eē, & solidū, & omne leue rarū. Secū
da ꝓpositio est, densum esse, cuius
cōpactę sunt partes, leue vero, cuius
H non cōpactę partes sunt. quā quidē
propositionem iuxta Antiquorum
placitū posuit. asserētes enim partes
dari indiuisibiles sentiūt hoc de gra
ui, & leui, non ꝙ ipse hæc cēsuerit:
apud Aristotelem nanque in ꝑdica
mēto qualitatis, non quātitatis ra-
rū, densumq; collocantur. cūq; posi
tum fuerit ipsum dēsum, & rarū eē
prout ipsi crediderint, erit ꝯsequens
aliquod graue æquale esse alicui le-
ui, ꝙ pluriū est partiū, quam graue.
si ergo punctus grauis est. aut leuis,
oporteret oīno hunc dēsum esse, aut
rarū. ꝙ si dēsus fuerit, aut rarus, erit
diuisibilis necessario: densus. n. pun
I ctus plurium est partiū, quam pun-
11 ctus leuis. Tertia demonstratio hęc
est, vnūquodq; durū est necessario,
aut molle, & nil aliud est durū: nisi
ꝙ non cedit pressioni, molle vero, ꝙ
cedit, cedere aūt, & non cedere, seu
pelli, & nō pelli subeūt diuisionem.
Cedere siquidem nil aliud dicit q̃;
in profundo cōcauitatē suscipere, &
ꝙ sic se habet corpus est necessario:
omne autem corpus, est diuisibile:
vnde euenit, si pūctus est grauis, v
sit quoq; diuisibilis. Hęc igit' ratio-
cinia sunt, quib' Arist. mōstrat pun- K
ctum, nec grauē eē, nec leuē: & hoc
vnū est eorū, quę in antecedente hu
ius syllogismi conditionalis posuit:
ex quo sequit' corpus naturale, nec
graue esse, nec leue. Et, q̄a in huius 12
syll̄i antecedēte positū ēt erat impos
sibile esse aliquid habēs grauitatē, &
leuitatē fm quantitatē cōponi, ex re
bus nō habētibus grauitatē, & leui-
tatē, modo ꝑ modū euidētiæ hoc la
tius exponere voluit. Potest enī ali-
quis cōtēdere, assererēq; nil ꝓhibe-
re ex non habentibus grauitatē fierī
graue, quemadmodū ex materia, &
forma, quorū neutrū ē corpus, cor-
pus efficitur. ideo dixit si omne cor
pus graue, quò maioris est magnitu
dinis, eò & maioris grauitatis, neces L
se erit, vt puncta, ex quibus corpus
graue cōficit', grauitatē obtineant.
quippe, si omne corpus graue, ex
quatuor verbi causa pūctis ꝯfectū,
grauius est corpore alio, tribus dū-
taxat pūctis composito, eo ꝙ id plu
riū est partiū, quā illud, positumque
est omne pluriū partiū grauius eē
alio, ꝙ ex paucioribus, oportebit id-
ipsum grauius esse in proportione
alicuius rei grauis, videlicet puncti
quarti, quēadmodū albius altero in
proportione alicuius rei albę albi' M
sit oportet. quapropter, si graue asse
ritur corpus: & idipsum cōstitui ex
pūctis, pūcto vtiq; grauitatem ineē
fatearis oportet. quod iam iam im- 14
poſſe eē manifestū apparuit. Insup, si
causa, qua quędam corporū grauio
ra sint quibusdā, vt in Timęi libro
legitur, esse superficierum multitu-
do, & paucitas, cōsequēs esset graui-
tatē quoq; tenere superficies, alio-
quin earū multitudo, & paucitas nō
esset causa excessus corporū mutuo
in gra-

A in grauitate,& leuitate.&, si superficies causa sunt, qua aliqua corpora leuia sūt simplr, vt ignis,& alia simpliciter grauia. vt terra, conuenit vt quædā pūctorū sint simpliciter grauia. & quædam simpliciter leuia. ꝙ falsum esse præhabita insinuant.

Contradictio Secunda.

13 Exinde in eandem opinionem, scilicet asserētē naturalia corpora cōfici ex supficieb⁹, rursus duplici ratiocinio inuenitur, quorū primū ē tale. Si naturale corpus ex superficiebus ꝯstaret, id quidem alte-
B ro duorū modorum excogitari posset, aut per cōtinuationē superficierū super adinuicē, aut fm modū applicationis extremi vnius extremo alterius. at ex applicatione earū adinuicem nō resultat corpus, sed superficies. Si autē per modū cōtinuationis ex his innouaret corpus, nō eēt ꝙ resultat ex hoc, iuxta illorū sententiam, elemētū, neq; ex elemēto. arbitrantē enī elementa, ex quibus fiunt corpora, esse figuras quinq; quas vltimū Euclidis voluminis docuit. at fieri nō pōt vt ex superficierū continuatione adinuicē, tametsi ad mise-
C rim⁹ ex hoc fieri corp⁹, eueniat vnū ex his corpib⁹ quinq;, q̄ illi putant esse elemēta, vt duodecim basiū, & viginti basiū corpus. Si ergo ex his nō innouat aliq horū corporū, & corpora sunt huiuscemodi quinq; ex his cōposita, ꝯsequēs erit, ꝙ ex superficiebus cōficitur corpus esse nō elemētū, neq; ex elēto. Hęc quoq; cōditio est iuxta positionē aduersarij, non iuxta rei veritatem in se.

Contradictio Tertia.

14 Tertia contradictio hac lege cōtexitur. Si corpora componi diceremus ex superficieb⁹, cuiusq; au-
D tē cōponi cū mos sit in aliquo tēpore resolui ad simplicia, oporteret aliquo tēpore nil dari nisi pūcta: siquidē in aliquo tēpore resolui necesse ē in superficies corp⁹, & superficies in lineas, lineasq; in pūcta. Iidē seque 15
retur de tēpore siquis ipsum ex instātibus cōflari cēsuerit. videlicet futurū esset tēpus, in quo nil præteriti, nilq; futuri tēporis inueniret, q̄ omnia falsa sunt, & inopinabilia. quot aūt impossibilia huius opinionis virū sequātur enumerauit iam prius. Exinde dixit in simile incōue 16
E niēs prorūpere eos, vtpote Pythagorica schola, qui mūdū, & naturalia corpora ex numeris cōstiuūt. videlicet qa cogūtur vnitates graues admittere, leuesq; & Indiuisibile esse diuisibile. Hæc igit summa est eoꝝ q̄ 17
bus hic Arist. Platonē redarguit. Excusandi aūt ꝓuincia, q̄; ꝓ Platone Themistius accepit, asserēs Platonē per superficies, ex quib⁹ corpora cōflati dixit, voluisse superficies, terminātes primas dimēsiones tres, scilicet latitudinē, lōgitudinē, & profunditatē, quæ sunt principiū formarū cadētiū in materia ꝑima, quib⁹ ter-
F minātur ipse dimēsiones tres, & eas faciūt esse in actu, non tollit quin ēxcusandus sit Plato. Si enim intellexerit hāc intētionē, quā audiri placuit Themistio, nihilominus non iuste sua formauit eloquia: siquidē fieri nequissent hūc illinc trahere Intellectū, nisi id suis traditionib⁹ Ari. apuisset, clariusq; edocuisset. Si autem non intēderit eius sermo aliud, quā ei Aristo. ascripsit, sicut, & ipsa suoꝝ verborū series demōstrat, adhuc magis eius error inualuit. Et hoc insup nemo præsumit, nisi qui superficies substantias esse existimat.

G *Caput Secundum.*


CVm ex priori demonstratione
ostenderit omne corpus mobi
le in rectum graue esse, aut leue, mo
do euidentiæ causa explanandũ ac-
cepit. Et, quia in huius ostensionẽ
indiget propositione, dicente, omne
corpus naturale simplex necessario
habere motum naturalem, ad hanc
prius enodandam accingitur, & pri
mum duas super hoc demonstratio
nes statuit. Deinde exponit etiam ꝙ
Veteres dicẽtes atomos ante mundi
fabricam per infinitum motos esse
H in vacuo, coguntur naturalem mo
tum admittere. ꝙ & Platonem quo
que consequitur, ponẽtem elemẽto
rum motũ ante mundi innouatio-
nem non fuisse ſm ordinem, sed po
18 sterius redactum in ordinem. De-
monstratio prima sic statuitur. Pri-
mũ, cùm omnia corpora appareant
mota, fieri non potest, quin eorum
motus violentus sit, aut naturalis. Si
violẽtus, habeant quoq; naturalem
oportet, siquidem violentus contra
ri⁹ est naturali, aut rõne partis, aut
ratione velocitatis, aut quæcunque
alia de causa, & ideo fuit cuiq; cor-
I porũ naturaliũ vnus dumtaxat mo
tus naturalis: motus aũt extra natu
ram complures esse queunt: quãob
rem omni corpori simplici natura-
19 lis debet motus necessario. Demon
stratio Secunda, cui tres propsitio-
nes præaccepit. Prima est, omne cor
pus mobile motu recto vnam habet
quietem. Secunda, omne quiescens
quiescit quidem per naturam, aut
violenter. Tertia, quicquid alicubi
quiescit per naturã, illùc quoq; na
tura mouetur, & ꝙ alicubi quiesci
violẽter, eius latio fit illuc violenta.
Exinde Quartam propositionem
enuntiat, videlicet omne naturale K
corpus tangibile, & mobile conue
nir obtinere quietẽ natura. &, si ei⁹
est per naturã quies, & per naturã
quoq; ei insit motus oportet. dictũ
enim est, omne quiescens alicubi ꝑ
naturam, id ipsum illuc ferri natu-
ra. omne autem naturale corpus ha
bere quietem per naturã constat ex
hoc, ꝙ, si nõ esset ei quies natura, es
set ei quies violenter, & sit verbi cau
sa terra quiescens in medio violen-
ter, & nil esset quiescens nisi violen-
tia. qtod igitur ipsam terrã vi pellit
ad quietẽ, fieri nõ potest quin idip- L
sum quiescens sit, aut motum, quẽ-
admodũ Empedocles causam quie
tis terrę gyratiuũ turbinẽ assignat.
Si igitur ipsum violenter mouens
quiescit, reuertitur quæstio de hac
ipsa quiete, violẽtane sit, aut ſm na-
turam, & hoc ĩ infinitum. qđ fie
ri non potest. ꝙ si ponamus ipsum
violentans moueri, sciscitãdum est
quisnam locus sit, in quẽ violenta-
tum ipsum moueri cõsueuit. & cur
nam violentans idipsum violenta-
uerit, quippe. si in rectũ mobile cor-
pus moueri non possit in infinitũ,
omnino motum, quem prohibuit à M
mobili violentas in proprium quẽ
dã locũ vegere oportet, dũ non ad
est prohibẽs. ꝙ si eius motus in pecu
liarẽ tẽdit locũ, ei⁹ vtiq; qes ibidem
nãlis erit necessa rio. &, si ei⁹ q es ibi
ẽ nãlis, ei⁹ quoq; mot⁹ nãlis sit op ꝫ
quãobrẽ reuĩciẽ oẽ corp⁹ nãle mobi
le eẽ natura. Cumq; declarauerit oẽ 20
corp⁹ nãle habere motũ nãle, modo
ostẽdit eãdẽ dispositionem oportere
admittere Leucippũ, & Democri-
tũ, asserẽtes atomos, motos fuisse ãte
mũdi ĩnouationẽ ꝑ vacuũ tẽpore in
finito, videlicet ꝙ fateri coguntͬ in re
bus

A bus esse motũ. Itidẽ censere oportet
Platonẽ dicentẽ ante mundi structu
ram elemẽta inordinatũ exercuisse
motũ, quẽ exinde mũdi faber in or
dinẽ redegit. Et primũ id, qđ Demo
critũ, Leucippũq; seq̃t explanandũ
accepit. Petimus.n. inquiens, ab his
an vnaquæq; indiuisibiliũ partium
moueat̃ à seipsa, aut ab alio. Si à se-
ipsa, ergo fatẽt̃ dari motũ fm nãm.
Sic ẽt, si q̃dam mouent̃ ex se, q̃dã ab
alio, idẽ contingit. Si vero dixerint
oĩa moueri ab alio, in duo vtiq; in
cõuenientia prorũpant necesse erit.
quorũ Vnũ est ꝙ aliqui insit mot⁹
violẽtus, & nõ mot⁹ fm nãm. quod
B enim ab alio mouet̃, violẽter moue
tur necessario. Secundũ incõueniẽs
est ꝙ mouẽtia ab extra non necessa
rio ascẽdunt ad mobile per nãm, &
principiũ in ipsõ, qđ iam in Physico
auditu demonstratũ est, ꝙ si admit
tunt mobile ꝑ nãm, iã fatent̃ & mo
21 tum naturalẽ. Dixit, Idẽ incõueniẽs
seq̃t̃ dicẽtes elñta moueri ante gene
rationẽ mundi absq; ordine, nisi si-
quidẽ inter illoꝝ sermonẽ, & ꝑsentẽ
hunc sermonẽ discriminis vt̃, cùm
ambo ponũt partes vñles nõ moue-
ri fm nãm, nisi ꝙ hi ponũt hæc cor
C pora homogener, Plato vero statuit
hęc eẽ elñta quatuor. Ipse rñ hũc ser
monẽ, videlicet dicentẽ elñta mota
fuisse ante mũdi structurã motu in
ordinato, peculiari rõne refellit, di-
cens Huius opinionis censor alteꝝ
duorũ aufugere nõ põt, s. aut fateat̃
hunc, quẽ mõ cernimus elñtoꝝ mo
tum fuisse ante gñationẽ mũdi na-
turalẽ, aut violentũ. Si violentũ, cõ-
sequẽs erit ibi fuisse mobile ꝑ nãm:
alioquin fieret in infinitũ ꝓgressus
vt in Physico auditu ostẽdit̃. Quod
si mota fuissent nõ violẽter, nil vtiq;
aliud fuisset ille mot⁹, nisi mot⁹ fm D
nãm, & quies fm nãm. Si ergo quie
uerint suis in locis, & in eadẽ mota
fuerint ꝑ nãm, mundu' itaq; extite
rat, anteq̃ erat, siquidẽ nil aliud est
huius mũdi eẽ, nisi existẽtia partiũ
suaꝝ in ꝓpriis locis. quocirca ordo,
q nũc est mũdi, fuit ante inuẽtionẽ
suiipsius. Deinde alio rõcinio hanc 22
destruit sñiam, inquiẽs. Si ante mũ-
di geniturã absq; ordine mota fuis-
sent elñta, hoc altero duorũ mõdoꝝ
cõtigisse poterit, s. ꝙ ex illorũ motu
potuissent generari animalia, aut
plantę, seu quoduis cõpositorũ, aut
ꝙ hoc fieri nequiuerit. ꝙ si hoc fieri
potuisse affirmant, fuissent inuentæ E
mũdi partes añ esse mũdi. & hoc est
impõle. Si aũt hoc fieri non poterit,
nõ aliũde q̃dẽ hoc fuisset, nisi q̃a ha
buerint nãm, & virtutẽ, eiuscemodi
opa prohibentẽ. qđ sane nil aliud ẽ,
q̃ inuẽtio illorũ motus fm ordinẽ.

Deinceps Tertiũ retulit sermonẽ, 23
quo redarguit dicẽtes ĩfinita eẽ ele-
menta & hęc ipsa moueri in infini
tũ, ostẽdens illorũ quoq; positionẽ
comitari hęc mota fuisse ante mũdi
fabricã fm nãm, & ordinẽ. Et ei⁹ ser
mo hac serie cõtexit̃. Si fuissent an-
te mũdi geniturã ĩfinita elñta ex se F
mota ĩ infinitũ. fieri nõ posset quin
forma mouẽs ipsa, vtpote grauitas,
aut alia formarũ, q̃ sunt principiũ
animaliũ. fuisset eadẽ ĩ oĩb⁹ his par
tibus, aut multiplex. Si multiplex,
aut finita, aut infinita. Si aũt forma
fuisset vna, omniũ vtiq; mot⁹ fuisset
vnus. &, licet mota fuerit motu inor
dinatu, nihilomin⁹ partes oẽs fuis-
sent motę motu vno ĩ specie, & ĩ eũ
dem locũ, quo pacto nũc mouẽtur
oẽs eiusdẽ elementi partes rõne mo
tu, adq; locũ eũdẽ, sicut terra, aqua,
aer,

G aer,& ignis. Si aūt plures extitissent
formę finitę, tñ fuisset & illoꝝ mot'
finit' & terminat', quapp & ordina
tus, q̄a in terminatū vergens locū,
& finitū. Si vero formæ, qb' moue-
bantʳ, fuissēt īfinitę species, īfinitiq;
motionis, fuissent qdē duob' his mo
dis infiniti motus. qd cū ita fuerit,
oēs quidē spēs subeuntes gen' mot'
proportionatæ erūt motori, & mo-
tui, quo mouent, videlicet ꝙ ipsum
motorē sequentʳ ita, vt, si motorū fi-
nitus fuerit numerus, finitus erit nu
merus specierū motuū, &, si motoꝝ
numerus infinit', & spērū motuum
H quoq; infinit' numerus erit. demū
quocunq, motus ponatʳ nām sequi
motorū, necessario finiti sunt, & ter
minati, quapp & alia ex parte erūt
hn̄tes ordinē. quiq; ordinē aufert, iā
ordinē ponit, aut hunc eundē, quē
mō perpendim', quēadmodū dicere
cogitʳ secta pria, aut ordinē aliū, vt
horū snīa sequtur. Iste igitʳ exponēdi
mod', magis quadrat Arist. sermoni
ī hoc loco, q̄ quis alia explanatio,
q̄ cogitari pōt. & ɔsyderatione qdē
hic opus est: quā exacte iā tractaui-
mus, vbi hunc librū fm singula ei'
24 verba enodauim'. Exinde Quartū
I sermonē aggreditʳ, quo corripit eū,
qui nō ordinē, ordinem antecedere
censuit. Dicamus igitʳ rem absq; or-
dine definitionē esse rerū exeuntiū
viā nāę, & res ordinata definitio est
eorū, quæ inueniunʳ iuxta viā nāę.
quāobrē quod iest sensibilibus fm
cursum naturæ, eē quidē habet aut
in plurimo tp̄is, aut semp, & qd est
extra nām esse habet in pauciori tē-
poris: & falsum vtiq; erit rem extra
naturā infinito tpe existere. quod
sane inconueniens admittere tenetʳ
qui etiā ante mundi geniturā in-
finito tpe absq; ordine moueri sta- K
tuit. Hæc demū sunt impossibilia, q̄
sequunʳ quoscūq; dicētes ante mū-
di generationē extitisse motū. Ideo 25
laudibus præfert eos, qui generant
mundū ex rebus antea quietētib',
eò ꝙ nullū horum impossibiliū ip-
sos cōsequitʳ, qualiter senserūt Ana-
xagoras, & Empedocles. Anaxago-
ras enim putat oīa infinito quieuis-
se tpe, quę postremo mouit intellꝰ.
Empedocli vero mundū q̄nq; gene
rationē, q̄nq; corruptionem subire
placuit, asserēti generationē esse cō-
gregationē, & corruptionē segrega-
tionem, segregationisq; cām posuit L
odiū, cōgregationis vero cām dixit
amorē. & hoc totū effinxit, ne coge-
retur ante mūdi innouationē rerū
motū admittere. etenim nonnullos
tpe priores Empedocle protulisse le
gimus mundi geniturā factā esse ex
reb' ante ɔiunctis, quiescētibusq;,
q̄ exinde ciebantʳ ad motū, & segre- 18
gabantʳ, affirmātes non dignū eē ex
segregatis, motisq; rebus procreari
mundū quorū vtiq; opinione fulcitʳ
Empedocles, eamq;, prout ipsi visū
est, ad cōplementū reduxit, adijciē-
do odiū, & amorē, ponēdoq; mūdi
geniturā esse rerū congregationem M
amore, postq̄ segregatæ fuerint per
odiū. Patefacto igitʳ oīa simplicia na 26
turalia moueri motu nāli, & nō oēs
motus esse violētos, nec extra nām,
nunc monstrare voluit id, qd ab ex
odio ꝓposuit, videlicet oē naturale
corp' graue esse, aut leue. & hoc per
reductionē ad impoſe, ad qd duab'
ꝓpōnibus vtitur. Prima, oē corpus
grauius, eodem tpe longius proscin
dit spatium q̄ minus graue corpus.
Secunda est, quotiens duo corpora,
quorum alterū grauius est altero,
mouen-

A mouetur eodē tpe p ſpatia diuerſa, erit grauitatis ꝓportio ad grauitatē ꝓportio ſpatij ad ſpatiū. His p ſpectis, dicendū, oē corp⁹ mobile in rectum neceſſario graue eē, aut leue: aliquin ei⁹ cõtradictoriū eēt admittendū, videlicet aliqđ corp⁹ moueri ad mediū, qđ nõ eſt graue. qđ ſi ita eſſet, oporteret idipſum neceſſario moueri diſtãtia terminata ī tpe terminato. Sitq; huiuſcemodi mobile ad mediū, nõ tenēs grauitatē lr̃a, A & tp̄s, quo ſuū facit motū B D, & ſpatiū, p qđ moueť H Z. Sitq; aliqđ graue corp⁹, qđ moueať in tpe B D per ſpatiū quoddã, erit vtiq; ſpatiū illđ
B maius, ꝙ H Z: ſiquidē poſitū eſt grauius longiori moueri ſpatio ī tpe D æquali: & ſit eiuſcemodi corp⁹ lr̃a E & ſpatiū H Z K: cumq; diuiſerimus ipm corp⁹ in partes duas, erit ꝓportio E ad alterã partiū, ſicut ꝓportio totius ſpatij H Z K ad ſpatiū H Z, qđ totius eſt pars, & ꝯñs erit ꝙ pars grauis moueať ſpatio H Z in tpe B D: at in eodē tpe iã poſitū eſt moueri corpus nõ graue, & p idē ſpatiū: mouerenť itaq; in æquali tpe duo mobilia corpora p idē ſpatiū, quorū vnū graue eſt, & nõ graue alterū, qđ falſum eſt, & impoſ̃e: nullum igiť nõ graue corp⁹ moueri põt ad mediū. eadē argumētãdi ſerie monſtratur nullū corp⁹ nõ leue moueri à medio. E




C F

Cumq;

G Cùmq; mõstrauerit oē corpus leue eē, aut graue p admissionē mot' nālis, docere voluit itidē inferri ex motu violēto corpis nālis, videlicet ipsum esse graue, aut leue, queādmodum ex nāli motu hoc seqtur. idq; sīr peragit, deducēdo ad impose. In cuius cōstructionē rursus geminas ppōnes affirmat. Prima, qn̄ duo sūt mobilia, quorū vtrūlibet moueť ab aliquo motore violēter, & hox vnū grauius ē altero, tūc leuius mobile eodē tpe moueť longiori spatio, q̄ in eodē tpe, eodēq; mouēte moueť mobile grauius. Secūda ppō est, ꝙ

27

H pportio spatij ad spatiū ī eodē tpe est sicut pportio grauitatis ad grauitatē. Hoc stāte, dđm omne corp' mobile à medio motu violēto graue eē necessario. Cuius rō est. Si daretur corp' mobile à medio violētia nō graue, cōueniens qdē esset id ab aliquo moueri motore, in tpe finito, aut spatio finito, aut infinito, ponamusq; ipsum finitū, & si corp' illud A, & eiuscemodi spatiū G H, sitque tēpus V Z. ponam' rursus aliud corp' habēs grauitatē, s. literā B moueri ī tpe V Z, spatio aliquo ab eodē mouēte, palā vtiq; erit id tpe illo, minori moueri spatio q̄ spatium G H, sitq; spatiū illud G D, & diuidam' ipsum B, mobile iuxta pportionē spatij G D, ad spatiū G H, erit vtiq; pars B, mota spatio G H in tpe, quo moueť B totū p spatiū G D. & iā habitū est in eodē hoc tpe motā fuisse partem, cuius nulla est grauitas p idē spatiū. quod quidem est impose, s. duo dari corpora, quorū vnū graue est, alterum grauitatis expers, mobilia eodem spatio, in eodem tēpore, ab eodem mouente. id autem moueri motu infinito cōstat falsum esse, & impossibile, quapropter nullatenus moueri poterit. K L



I M

D:mon-

A Demonstrationũ itaq;, quas construit in ostensionẽ oẽ corpus graue esse, aut leue, summa hęc est. Crebro aũt repetitum iã est circa id genus demſonum ſolicitudinẽ nõ fieri, nisi cũ negantibus ea, quæ p ſeipſa apparent manifesta, aut quorum adeo orbata est nã, vt talia deprehẽ-
28 dere nequeant. Cumq; hoc liquido cõstiteris, declarare accepit quo pacto fieri ſolet mot⁹ naturalis, & violentus, dicens qm̃ res, quæ mouenẽ ſm naturam, ſunt, quorũ mot⁹ principium est in ipsis, & quæ mouẽtur violenter, ſunt, quorũ mouẽs est ab extra: n[illegible]ũm aũt mobiliũ hanc ip-
B ſam diuisionẽ aufugere valeat: cõuenit ideo vt motus hæ duæ ſint ſpẽs tantum, ſ. naturalis, aut violẽtus, naturalis quidẽ, vt motus terræ deorſum, violẽtes, vt ei⁹ motus ſurſum. Et vnuſquiſq; hoꝝ motuum ipſum aerẽ expoſcit, quo mediãte fiat motus. Naturalis quidẽ adiuuat aere p motus principiũ, quod aer ipſe ſuſcipit à mouẽte naturali, eò ꝙ de aeris more ẽ vt, qñ ſuſcepit motũ à motore, ipſum ſuſceptũ motum tpe quodam retineat, licet ſeiungatur ab eo
C mouens, proinde ac ſi tunc tpis moueretur ex ſe: & qñ mobile naturale moueretur p principium, quod ĩ ipſo, adiuuatur ſiīt aere ita, vt magis ſeruet motũ, eumq; fortiorẽ constituit, q̃ ex ſolo ſuo principio, motoreq; haberi potuit. Violentũ quoq; motũ aeris intercessionem exigere magis apparet manifestũ. nisi enim hęc aeris potentia esset, qua ſuſcipit motũ, eumq; aliquo tpis ſpatio ſeruat, quouſq; impetus, ſeu vigor ille, quẽ à mobili ſuſcepit, euaneſcat, fieri nõ posset vt motus perduraret violentus, nisi quãdiu mouẽs tangeret ipſum mobile. Vnde nõ aliũde motum peragit ſagitta post ſui ſeparationẽ ab arcu, nisi p aerẽ, qui à chorda arcus ſuſcipit ipſam motionẽ, & ſagittæ pſtat motor quieſcẽte chorda, quouſq; motus, quẽ à chorda ſuſcepit, diſpereat. Fuit aũt talis diſpõ aeris, quia leuis est, & grauis ſimul. qñ enim is locũ obtinet aquæ, tunc leuis ẽ: qñ vero locũ occupat ignis, tũc grauis est: in ſuo aũt loco naturali nec grauis est, nec leuis, & tũc ei potentia inest ſuſcipiendi motionis principium, & ſurſum, & deorſum. iccirco organũ fuit mot⁹ naturalis, & violenti: naturalis quidẽ, eò ꝙ ei patrociniũ, facilitatemq; ministrat: E violenti aũt, quia ei vim, impetũq; infert: ſiquidem mota violenter nequeunt continuare motũ ſeiuncto ab eis motore, nisi pp hanc aeris naturam. Eodẽ pacto ſe habet diſpõ in Aqua, licet minus habet ad hoc virtutis, quã aer. Ex hoc deniq; collige oẽ corp⁹, mobile motu naturali, aut violento graue esse, aut leue. & cum hoc explanatum est, quis modus ſit motus violenti, & quis modus ſit motus ſecundum naturam.

SVMMA QVARTA. F

Cvmq; veterum de generatione placita commemorauerit, modo propriam de hoc ſentẽtiam aperire voluit. ꝙ quibuſdã, inquiens, entiũ inſit generatio, apparet dẽ ſenſu, qui vero generationẽ abstulerũt, ñ auferebant eã à ſenſibilibus, ſed à rebus, quas ipſi cogitarũt eẽ ſẽſibilia. At nõ oĩa generationẽ ſuſcipere ex mox dicẽdis innoteſcet. Omne enĩ generabile aut corpus est, aut ĩ corpore. ſi ergo oĩa generanẽ post ſuũ non esse, necesse erit corp⁹ ſm ſe totum

Gium generari sim pli, videlicet generari ex non corpore: quapropter cōueniret corporis generationē præcedere vacuū, in quo eius fieret generatio. locus enim necessaria rei generandæ cōditio est. fieri siquidē non pōt quin corpus generet à corpore in actu, aut à corpore i potentia, aut à non corpore oīno. q si ipsum posuerim' genitū à corpore, sequeret ipsum geniti locum esse locū corporis, à quo fit generatio, sicut amphora locus est aeris, qui conuertitur i aquā. si vero genitū esset ex corpore existēte in potentia, aut prorsus ex nō corpore, sequeret necessario ibi
H esse vacuum separatū, quo locet corpus, quod est impośe. & cum hoc, q falsum est generari corp' ex nō corpore simplr, falsum quoq; est generari corpus ex corpore in potentia, scilicet ex materia absq; forma. siquidem expoliari non potest mā fōa. alioquin quod non est haberet esse actu. & hoc etiam impossibile.

SVMMA QVINTA.

I HÆc summa tria cōtinet quæsita. Primum monstrat compositorū corporū eē principia, atq; elēta. Scdm ostēdit pricipia, & elementa esse finita. Tertiū huiuscemodi pricipia eē plura vno.

10 Quæsitū primū. Postquam explanauerit non oībus corporib' inesse generationē, sed in quibusdā, determinare nūc proposuit quibus nam corporibus insit generatio, & q̄ generationis causæ sint, dicēs cūm rei compositæ cognitio sit ex cognitione elementorū, principiorūq;, quibus, cūm insit, res ipsa componitur, dignū est de principijs generationis compositorum, eorumq; elementis scrutinium facere, & primum an cō K decens sit talia principia esse omniū compositorū generabilium, necne. q si hoc censendū fuerit, examinandum erit qd hæc ipsa principia sint, & quot. Ipse igitur à manifesta nominis elementi significatione hui' inquisitionis exordiū sumpsit, & dixit omniū fuisse cōsensum, Elementum appellari id, i quod postremo, & per se omni composita resoluuntur, ipsum verò i nil aliud resoluit. Contendunt autem an id ipsum insit compositis potentia, vel actu. Si enim compositio, vt multis ex veteribus visum est, esset congregatio, esset L vtiq; elementū existēs actu: si vero cōpositio mixtione resultat, quēadmodum Peripateticis placuit, erit elementum in compositis potentia. Videtur autem q prædicta definitio accōmodata sit elementum ex hoc, q oēs homines tam de artificialib', q̄ de naturalibus, & simpliciter entibus sermonem facientes, præmemoratam intentionē elementi minime insinuant. cūm igit elementū sit id, in quod vltimo corpora resoluunt, per se, non sm accidens, cōcluditur idipsum simplex esse corpus. cūmq; de naturalem corporum dispositio M nibus appareat eorū resolutio in aliquid hmōi, quemadmodum resoluuntur animalia, & plantæ i corpa homogenea, & homogenea i aquā, terram, ignē, & aerem: hęc aūt vlterius in nullum corpus resolui iudicamus: concludendū erit, in cōpositis naturaliū corporib' esse aliqua elementa: & quia elementum est, in quod vltimo naturale corpus resoluit, oportet vt ipsum sit, ex quo oīa corpora generant, & corporibus insit potentia, vel actu. iccirco nō verū est

A eſt ꝙ oẽ, ex quo aliquid generat, illi
ſit elementũ: niſi ſecũdam hanc cõ-
ditionem adieceris, videlicet vt pars
ſit geniti potentia, vel actu vnde cõ
ſtat ex trabe generari ignẽ, non aũt
trabẽ ex igne: dicimus iñ trabis ele
mentum eſſe ignẽ, non aũt trabem
elementum proferimus ignis eò ꝙ
ignis nõ reſoluit in trabẽ, ſed trabs
ipſa in ignem, & quia trabs nõ ineſt
igni tanquã pars eius, nec actu, neq;
potentia. Ex hoc itaq; ſermone ap-
paret compoſitis corporibus talia ĩ
eſſe corpora vocata elementa, ſim-
B plicia autem dari corpora in huius
libri principio patefecimus.

Quæſitum Secundum.

33 POſtquam explanatũ nobis eſt
compoſitorũ corporũ inueniri
elementa, modo finita ſint hæc, aut
infinita examinare nititur. At, qm̃
dicentiũ hæc eſſe infinita duæ ſunt
hęreſes, Vna Anaxagoræ, exiſtiman
tis elementa eſſe ſimiliũ partium, &
infinita, Secunda fuit Democriti ſe
cta, & Leucippi, aſſerentiũ atomos
elemẽta, & hęc quidẽ infinita, ideo
primũ cum Anaxagora diſſerere vo
luit, & dixit duplici ex parte huic ſe
ctæ error iniungit, primo, quia ſta-
C tuerunt omnia ſimilium partiũ cor
pora eſſe elementa, ſecũdo quia hęc
ipſa infinita affirmãt. Quòd autem
errauerint in ponendo omnium ele
menta eſſe partes ſimilares iudicare
non eſt difficile ſenſu enim apparet
homogenea in alia reſolui, ſicut fit
carnis, oſſiumq; reſolutio in terrã,
ignẽ, aquam, & aerẽ: nos aũt iã an
tea tulimus in nil aliud reſolui ele-
mentũ: hęc igit ſimilium partiũ cor
34 pora elementa eſſe nequeunt. Illoꝝ
quoq; error, quo hęc ipſa iudicant
infinita, cõſtat ex eo, ꝙ nulla hic cau
ſa eſt cogẽs hęc dicere infinita. ſiquĩ D
dem exacta aſſignari poteſt cauſa
omnium eorum, quæ apparent in
generalibus, ponendo hęc ipſa fini
tã, nullo prorſus vrgente dicere infi
nita, vt accidit Empedocli: iſte nãq;
elementa ſtatuit finita, nihilominꝰ
cauſas omniũ generabiliũ per hæc
adamuſſim enunciant. Nec his dice 35
re fas eſt ideo elemẽta cenſenda eſſe
infinita, quia res generalibes ſunt ĩ
finitę, hi ſiquidẽ admittunt alia fie-
ri ex aliis, quæ non ſunt eiuſdẽ ſpe-
ciei cũ re genita, ſicut os ex nõ oſſe,
facie, ex nõ facie, iccirco nil ꝓhibet
aliqua eſſe infinitarũ drĩarum à re- E
bus habentibus drĩas finitas. quapp
magis cõgruit illis finita dicere prin
cipia, q̃ infinita. Vt deniq; ĩ ſumma
dicã, vt cõcedens eſt ſic ſe habeat di-
ſpoſitio in principiis huius artis ſpe-
culatiuæ; queadmodum in alierum
ſpeculatiuarũ artiũ principiis cẽſeri
ſolet etenim Mathematicæ faculta-
tis indagator ſingulis Mathemati-
carũ artium principia ſtatuit finita;
q̃bus fulciunt oĩa, quoꝝ in arte illa
cauſa depoſcitur, eodem ſane modo
talis in hac arte habenda lex eſt. Si 36
milares quoq; partes nõ eſſe infini-
tas ex mox dicendis oſtenditur. ſimi
larium quippe partiũ drĩæ ipſa ſen-
ſibilia ſunt, in de Anima autẽ libro F
expoſitum eſt ſenſibilia eſſe finita,
eò ꝙ continentur contrariis, quę fi-
nita ſunt. ſi igitur ponamus ſimiliũ
partiũ eſſe elementa, oportebit hęc
ipſa eſſe finita. Cũmq; ſermonẽ cõ 37
tra Anaxagorã, & omnes, qui elemẽ
ta homogenea, iñfinitaq; putant, cõ-
pleuerit, ad ſecundum. videlicet De-
mocriti, & Leucippi opinionem re-
fellendam ſe conuertit. aſſerũt enim
indiuiſibilia corpora eſſe elementa,

G & hæc quidē infinita: vnde cogebā-
tur renuere ex vno eorū fieri posse
plura, quia vnū illorum indiuisibi-
le esse statuunt, nec ꝙ ex pluribus il-
lorū reuera fiat vnum, s. continuū,
siquidem opinanť ex his partib⁹ fie
ri magnitudinem ſm congregatio-
nem, & amplexū, ideo visum his ē,
oportere in cōpositis corporibus da
ri vacuum. Et ipse primo enuntiat
hanc opinionē similē esse opinioni
Pithagorici cōuentus, oīa generātis
ex numeris, Hi nanq; licet ī hac re
suā intentionem nō propalauerint,
hæc tñ sententia illorū verba comi-
tatur necessario. nil enim differt cor
H pora ex indiuisibilib⁹ vnitatib⁹, aut
ex corporibus indiuisibilibus cōpo-
nere. secūdū enim vtranq; sententiā
corpora ex indiuisibilibus rebus cō
ficiunť, sic & hi haud sec⁹ oīa discre
tæ quantitatis esse, & cōtinuæ quan
titatis nām auferri coguntur admit
tere, queadmodū & illi, qui oīa con
ficiunt ex numeris. Harū opinionū
consensu exposito, & ꝙ vtratūq; cō
sequēs sit vnū, modo commemorat
quęnam fuerit illoꝝ credulitas, qua
inducebanť hęc indiuisibilia corpa
infinita asserere, & dixit quia eiusce
modi hoīes arbitranť indiuisibilia
hæc corpora diuersificari inter se p
I figuras: figuras aūt existimant esse
infinitas: cōcludunt hęc ipsa corpo
ra esse infinita. Dixit, Hi cum hoc,
quod horū indiuisibilium corporū
diuersitatē pōnunt esse per figuras,
quæ tñ sit cuiusq; illorū figura mi-
nime enuntiant, nec alicui quatuor
simplicium propriā figurā statuūt,
eò ꝙ opinanť hęc quatuor simplicia
cōponi ex ipsis indiuisibilibus, quē
admodū pluribus Antiquorum pla
cuit, secluso igne, cui peculiarē esse
sphęricam figurā putant, non quia
cōposita sit ex elementis habentib⁹ K
figurā. ideo non ascripserunt parti-
bus, ex qbus, verbi causa fiunt aquę,
figuras alias à figuris, quibus confi-
citur terra, sed statuerunt horū cor-
porū quatuor discrimina eē ex hoc,
ꝙ alia maiorib⁹, alia minorib⁹ par
tibus componunť. dicuntq; horum
esse generationē ex alterutris, qñ se-
paranť à corpore, vñ fit generatio,
partes propriæ illius corporis, siue
maiores, siue minores, quousq; re-
maneant partes peculiares corpori
genito, puta maiores partes ꝓpriæ
sunt terræ, & minores aquæ: cúmq;
de terra ablatę fint partes maiores, L
minoribus remanētibus, transit ter-
ra in aquam: & qñ ab aqua separatę
sunt partes minores, & remanēt ma
iores, rursus ɔuertitur in terrā aqua.
Cúmq; horum sermonem de his ī 38
diuisibilibus corporib⁹, & credulita
tem eorū, qua cogebantur hęc dice
re infinita, & quid senserint de diffe
rentijs simpliciū corporū quatuor,
quæ iuxta illorum snīam composi-
ta sunt ex his indiuisibilibus corpo
ribus, q ipsi existimāt esse elemen-
ta, cùm in quā hęc oīa commemora
uerit, modo inconuenientia, quæ eiusce M
modi sententias sequunť, ostendere
nititur, & dixit, Primus, in quē pro-
labunť, error est, qui cōtigit Anaxa-
gorę, videlicet sensibiliū drīas esse
infinitas. si enim corporū drīæ sunt
finitæ, oportet & principiorū drīas
finitas admittere, & talis igiť vtrisq;
hominibus cōis error est. Huic ve-
ro præsertim contingit p multa Do
ctrinalium principia, pluraq; huius
Naturalis sciæ sensata diruere. Do-
ctrinaliū quidē, quæ is obruit, fun-
damenta sunt, veluti in infinitū par
titi

A tiri magnitudinē, qđ liquido Geometer firmit, fundamentū, dum omnem lineā datā in duas medietates diuidi petit. at ī Physico auditu omnia, quę in hac parte hunc sermonē comitant, falsa exacta oratione ex-
39 plicuit. Deinceps vero ea inconuenientia, quę hunc sermonem iuxta huius sciæ consyderationem sequūtur, insinuat Hac enim stante opinione, impossīe est inueniri alterationem, nec in qualitate, nec in augmēto, & decremēto. & dixit ipsa illorū positio, in qua aquā ab aere, & quatuor simplicia ab inuicē differri statuunt pp partium magnitudinē, &
B paruitatem, ex quibus, vt inquiunt hęc ipsa componūtur, & per drīam harum partium abinuicem, & segregationem minorū à maioribus, hęc inquam illorum. positio proprium suum sermonē refellit. si enim aquę verbi causa, & aeris elementa partes sunt indiuisibiles, & aquę, aerisq; diuersitas est pp partium paruitatem, & magnitudinem, eorumq; reciproca generatio fit per segregationem paruarum partium a maioribus, sequitur necessario, has partes esse diuisibiles nā eas dicere indiuisibiles, simulq; maiores, & minores contradictionem implicat: & fortius qui-
C dem admittendo horū generationē mutuo, siue per modum alterationis, siue per modum segregationis.

Quòd autem in horum excusationem Themistius affert, dicēs illoꝝ sermonis esse intellectū ꝙ aqua, verbi causa, generatur ex aere, quòdq; maiores eius partes minoribus separantur, non ꝙ exeant, & segregētur abinuicem sed solum separant, quē admodū rob vini efficitur, qñ à crassioribus multi partibus separantur

Cœ. Gen. Met. cū. cō. Auer.

partes subtiliores, nullius ē vigoris. D
hoc enim sequitur illorū opinionē ponendo mutuam partium generationē fieri per se. Quòd si eoꝝ positionem sm aliam hāc intentionē fuisse dixerit. adhuc vnū sequeretur inconueniens, nō minus priori. Cū enim partes minores, quæ separant, sint infinitę, qñ semotum fuerit ab his id, quod Deus se moueri voluit, adhuc esset residuum earum infinitum, icciro non conuerteretur in 40
aerem aqua quod totum est impossibile. Dixi, Et, quia harum partiū drias statuūt per figuras, sequit has esse finitas eò ꝙ figuræ sunt finitæ. omnis enim figura, aut rectarum li-
nearum est, aut circularis, quarum E
vnaquæq; aut superficiales erit, aut incorporata; ac superficiales, planęquè figuræ resoluūtur quidem in triāgulum, incorporatæ vero; seu solidę resoluuntur in pyramidē quod palam in sphęra, alijsq; solidis rectaꝝ linearū figuris cōstat partit' etenim Sphæra in pyramides octo, & Cub' in sex, sic & singulę solidarum figurarum quinq; commemoratarū in libro Euclidis. si igitur figuræ omnes resolutione abeunt in figuras finitas, ipsæ vtiq; finitę sint oportet. quapropter & corpora, cùm ex his fi-
guris essentialia eorum fiunt discri- F
mina, finita esse necesse est. Themistij autē sermo, quo retulit hoc quidem contingere in figuris habentibus ordinem, videlicet æqualium laterū, & angulorū, figurę vero, quarum non est ordo, infinitę, inquit, sunt. & huius opinionis cultores harum partiū nullum dari ordinē statuunt. Is inquam sermo nil refert. quia eiuscemodi corpora sortiunt quidē figuras, quatenꝰ corpora sunt

naturalia, videlicet ꝙ vices gerunt differentiarũ essentialium ex eo, ꝙ hæc ipsa existunt elementa, iõ condecens est vt eorum figuræ teneant ordinem, vnde plures Antiquorum dicentium quatuor elementa rões subire elementi, eò ꝙ sunt figurata, statuunt illis figuras habentes ordinem, videlicet figuras quinq;, quas
41 Euclidis liber ostendit. Dixit Simplicia aũt corpora esse finita videtur ex eo, ꝙ omni simplici corpori inest motus simplex, & omni motui simplici corpus accõmodatur simplex. quia igitur simplex mot⁹ talis est dispositionis: & finiti sunt mot⁹: simplicia igit corpora necessario erunt
H finita. at motus esse finitos ipsa locorum finitudo ostendit, quemadmodum hui⁹ libri principium docuit.

Quæsitum Tertium.

42 CVmq; manifestum factũ sit finita esse eleméta, modo hęc ipsa, vnũ sint, aut plura examinare ꝓposuit, & dixit quosdam etiam Antiquorũ vnum posuisse elementum, sed quale hoc vnũ sit varij varie enũtiant. Alij enim id vnum asserũt ex elementis quatuor. quorum hi quidem terrã, illi aquam, isti aerem, & nonnulli ignẽ, alij vero non dicunt hoc esse vnũ ex quatuor elementis, sed aliquid mediũ inter duo ex his
I elemẽtis quatuor, aut inter aquam & aerem, aut inter aerẽ & ignẽ, quidam vero posuerunt hoc vnũ ex elemẽtis intermedijs, s. aquam, aut aerem, opinantes ex vno hoc elemento fieri generationẽ, interdum per eius condensationem, qñq; per rarificationem, & hac lege alia ex hoc vno prodire elñta statuũt, s. omnes illi, qui inter duo elementorum medium dicunt esse elementũ, vt aerẽ, aut aquã, aut corpus aliquod subti
K lius aquã, & aere grossius. qui vero id posuit ignẽ, censuit ex eo fieri generationẽ condensatione solum: sic qui idipsum asseruit terrã per solam rarefactionẽ fieri gñationẽ estinxit.

Horum igitur sic expositis opinionibus, ad easdẽ nunc refellendas accingitur, & primum dicentis id esse vnũ ex intermedijs, aut aliq̃ naturam mediam inter duo ex intermedijs, qui & generationem per cõdensationẽ, rarefactionemq; inde fieri existimant: deinceps propriã adicit contradictionẽ in dicentem ipsum elementum esse ignem, quia cũctis alijs corporibus subtilior est, postremo cõem omnibus redargutionem
L subnectit. Exorsus igit inquit, quicunq; elementum posuit medium, seu aquã, seu aerem, aut aliquid subtilius aqua, & grossi⁹ aere, ex eodẽq; condensatione, & rarefactione alia fieri elementa, hunc fateri oportet ante id, quod ipse asserit esse elemẽtum, aliud elementũ existere. Quòd quidem hac serie mõstrabitur. cùm is vnum ponat elementum, ex eoq; per cõdensationem, & rarefactionẽ generationem emergere: cùmq; positum sit generationem fieri, aut via compositionis ex elementis, aut per modum resolutionis in ipsa: oporte bit nil aliud esse condensationem, q̃
M partium elementi cõgregationem, compositionemq;, & ipsam rarefactionem nil aliud esse: q̃ partium resolutionẽ. quod cùm ita fuerit, corpus rarũ, in quod ipsum corpus intermedium resoluitur, prius est ipso corpore intermedio. quocirca, dabit elementum prius elemẽto intermedio. cùm ergo subtilius corporũ sit ignis, erit elementũ ignis, ꝙ si ignis

non

A non fuerit subtilius corporum, erit vtiq; aliud subtilius corporũ ipsum elementum. Vnum igitur impossibilium, quæ horum opinionẽ consequitur, est hoc. Nec qđ putauit Themistius, dicens hoc eos consequi in cõueniens, si ipsam condensationẽ esse compositionẽ, & rarefactionẽ resolutionẽ statuerent, sed fortassis, inquit, quod id ipsi non admittũt, verũ esse potest. hi siquidẽ ponunt condensationẽ, & rarefactionẽ duas generationes contrarias per se, ideo consequens erit necessario vnam eẽ compositionẽ, & aliã resolutionem.

B hæc itaq; vna est contradictionum, qua proprie horum opinio obruitur.

43 Secunda contradictio est. Si generatio esset cõdensatio, & rarefactio, admiserimusq; illis vtrãq; generationem esse compositionẽ tantum, non compositionẽ, & resolutionẽ, vt diximus prius cogerentur necessario dicere cõdensatum componi ex partibus magnis, & rarefactũ ex minoribus. etenim, cùm cõdensatũ sit crassum, rarefactũ vero subtile, ponamusq; generationem esse cõpositionem, consequẽs erit necessario crassum esse, quod componitur ex partibus maioribus, & subtile ex mi-

C noribus: alioquin non daretur dĩa inter compositionem, quę est condensatio, & eam, quæ est rarefactio. quod cùm fuerit ita, erit aliorũ elementorũ diuersitas in substãtia iuxta diuersitatem habitudinis partiũ adinuicẽ, videlicet habitudine partium maiorum, ex quibus generatur corpus crassum, ad partes minores, ex quib⁹ generatur corpus subtili⁹, cùm partiũ natura sit eadem: cumq; horum substantia sequatur proportionem determinatam, qualiscũq; proportio ipsa fuerit, vtpote propor- D tio dupla, oportebit harum rerum substãtiam esse relatiuam, eritq; res vna, & eadem aer, ac ignis: ignis quidem in relatione ad aliquid, cuius partes medietate sunt partiũ ipsius: aer vero in relatione ei⁹ ad aliquid, cuius partes duplę sunt ad partes ipsius: eadem nãq; pars relata ad vnũ erit dimidium, relata vero ad aliud duplum. hoc igitur est fm̃ impoſſe. quod horũ positionem comitatur. Scias aũt oportet hęc ideo hoc sequi inconuenietia, quia nõ posuerunt cõdensationẽ ipsam in genere E alterationis, sed in substãtia, eò q̃ generationẽ ex vno fieri corpore opinantur. vnde cogebantur vnum eorũ esse condensationẽ, & alterũ rarefactionẽ dicere, aut ex cõtrarijs componi partibus vtrunq; nil aũt aliud ibi est, quo aduersari queãt partes, fm̃ q; partes, nisi magnitudo, & paruitas. Peractas cõtradictione in prę- 44 dictos, se modo ad inconuenientia, quæ comitantur dicentem elementum esse ignẽ, expõnẽda conuertit, dicens qui aũt posuit elementũ esse ignem, non potuit in hoc inconueniens. quod ideo dixit, qui hi existimans sola condensatione fieri generationem, rarefactione vero mi- F nime, in p̃fata inconuenientia duo, videlicet elementum ante elementum existere, aut elemẽtorũ substãtiam in numerali quadam proportione consistere, nequaquam prolabuntur. Quòd autem non cõmittãt inconueniẽs; dicẽtes ante elementũ dari elementũ, est ex eo, q̃ ignis subtilior est omnibus corporibus alijs, nec secundum, quia non admittũt duas generationes cõtrarias. Gemina tamen alia inconuenientia hoꝝ

G quoq; sermonē consequunt᷑. dicētes
enim elementū ignem in bisformē
sentētiam partiuntur, vna quidem
igni tribuit figuram, alia vero mini
me. figura aūt, quam igni ascribūt
hi, qui ei in esse figurā contendūt,
pyramidalis figura est. Hāc autem
suā opinionem duplici construunt
argumēto. Primum, quia eiuscemo
di figura velocior est oībus figuris,
& magis penetrabilis: igni igit᷑, cùm
& ipse penetrabilior sit oib⁹ alijs cor
poribus, & velocior in resoluēdo, cō
decens ē vt penetrabilior figura ada
H ptetur, esset aūt idipsum validū ar-
gumentū, si accidentalis hæc figura
45 essentialis esset elemēto. Secundum
vero eorū ratiocinium est, quia, in-
quiunt, dignum est omnia corpora
componi ex igne. eò q omnib⁹ cor-
poribus subtilior est: figuræ autē ex
pyramidali figura conficiuntur: cō
sentaneum vtiq; est primā figurarū
inesse corpori primo. & irridēdi, io-
candiq; more hunc sermonē protu-
lit, veluti testā figuli. Themisti⁹ au-
tem horum fauet opinioni, asserēs
inter hunc sermonē, & eum, quem
Aristo. ipse vacuū asseruit in prima
I huius libri dictione statuit, nil esse
discriminis. dixit enim, quia motus
simplex prior est motuum. cōdecēs
esse eiusdem mot⁹ mobile alijs mo-
bilibus prius existere. dicim⁹ & nos
q hunc eundem sermonem, vt
in fronte apparet, fuit eius dictū asse
rens q, quia cœleste corpus fuit cor
porum principium, cōueniens erat
huic adaptari principium figurarū,
videlicet figurā circularem. At re vera
diuersitas inter eiuscemodi duos,
quos ipse assignauit, & hunc, quem
hi faciunt, sermonem, est ex, q mo
tus essentialis dispositio est corpori
naturali, si&r & figura essentialis est
corpori cælesti, quia p se mobile ē,
figuræ autē inuentio elemētis, vt de
inceps monstratur, non consequit᷑
ea necessario. Cūmq; enuntiauerit
sententiā sectæ dicentis elementum 46
esse ignē, nunc hanc ipsam diruere
proponit, dicens, quia hi p solā con
densationē generāt corpora ex hoc
elemento, coguntur dicere alia cor
pora fieri ex compositione partium
huius elementi adinuicē, ea compo
sitionis lege, vt inde cōdēsatio emer-
gat, quæ pro illorū sententia rei ge L
nita forma est: ideo alterū duorum
fateantur oportet, aut ipsum incōue
niens, in quod indiuisibiliū partiū
censores præcipitant᷑, aut elementi
dari elementū, & erit in infinitū pro-
gressus, quare nec dabitur elementū
primū. Quo aūt pacto hoc sequatur 49
statim enuntio. Partes nanq; ignis
vnde alia corpora procreantur, aut
partibiles dixeris, aut non. si non, iā
fateris partem indiuisibilem. si par-
tibiles sunt absq; hoc, q abeat diui-
sio in partē indiuisibilē, ante igitur
illam partem aliā dicis partē, & hāc
quidem partibilem, qua rursus aliā M
ponis priorem, & hanc quoq; diui-
sionis susceptiuam, & sic in infinitū
abibit dispositio, infinitaq; erūt ele
menta, siquidē semper pars minor
elementum est partis maioris, eò q
in eam resoluitur, quapropter com
positionis species erunt infinitæ.
Exinde sermonem affert, quo mon- 47
strat fieri nō posse vt simpliciū cor-
porū quatuor elemētum sit pars in
diuisibilis, uedū ignis, & dixit hoc
fieri manifestū, quando fecerimus
sup hoc scrutiniū naturale. si enim
hæc quatuor corpora cōfecta essent
ex indiuisibilibus, oporteret vnum
quodq;

A quodq; ex his generũ corpus in quã titate,& magnitudine adęquari alteri,qa ei⁹ partium magnitudo est eadem. si igitur eiuscemodi partes æquales sunt magnitudine indiuisibili,eędẽq; numero, eòq infinitę, vt his placuit, sunt numero, opportunum esset vniuersaliũ elemẽtoꝝ corpora ęqualis esse magnitudinis. nos aũt aliter dijudicam⁹ sensu:lõge enim maior est aere ignis, & aer aqua, & hæc maior terra. Hoc sic p specto, repetit dicens sit elementoꝝ magnitudines in maioritate, minoritateq; diuersificant, & composita

B sunt hęc ipsa elẽta ex partibus indiuisibilibus, cõuenit eiuscemodi partes variari in paruitate,& magnitudine,erũtq; minoris magnitudinis elemẽti partes minores, & ptes maiores erunt elemẽti maioris. cũque inter elẽta maioris molis sit ignis, eius vtiq; partes erunt maiores. qa igit quod min⁹ est tenet partẽ in se, partes vè maioris,pñs erit ptes ignis

50 esse diuisibiles. Et hinc insup sequit sermo,quẽ prius exposuit, videlicet, si elementorũ partes solum differũt in paruitate,magnitudineq;,& eiusdem sunt substãtię, necesse erit vnũ eorũ in relatione ad rẽ quandã esse

C ignẽ,& idipsum relatũ ad aliud esse aerem, sic de alijs quoq; elemẽtis iu

48 dicandũ erit. Ad hoc aũt,quo igni adaptant figuram pyramidis,ipse respondet, ex hac illorũ positione cõcludi partes ignis non esse ignẽ, eò q ostensum iam est oẽm ignis partem diuisionem suscipere, pyramidis autem figura nequaquã in pyramidales figuras partitionẽ suscipere valet:at iuxta illorũ sententiam necesse est cuiusq; ignis portiunculæ figurã pyramidalẽ ascribere: vnde omnino sequit ignis partes nõ esse ignem,quia pyramidis pars pyramidalem effigiem, vt in Euclidis libro ostenditur, minime seruare potest. q si pars ignis nõ est ignis, erit ergo nec elementum, neq, ex elemento. quod vtiq; falsum est, & impos̃e, s. dari corpus, quod nec elementum, neq; ex elemento. Cũmq; propriã cuiusq; hæresis,dicentis vnum esse elementum contradictionem perfecerit, cõem modo contradictionem subnectit,dicens qui ponunt vnum esse elementum,vtiq, vnũ dari motum censeant oportet: omni nanq; corpori naturali inest principiũ motus naturalis,& quò maioris magnitudinis corp⁹ ipsum extiterit,eò velocioris erit motus. si igitur vnũ esset elementũ omnium corporum, idem esset motus,& quaten⁹ ex hoc illo compositũ esset maius, eatenus magnis appareret eiuscemodi in cõposito ipso motus: at in cõtrarium nos edocet sensus, videm⁹enim alia corpa ferri sursum,aliaq; deorsum: cũm igit simplex mot⁹ sit plus vno, erũt vtiq; & simplicia corpora plus vno. Ex hoc itaq; sermone conuincitur dari elementum plus vno.

D

51

E

Summa Sexta.

F

COgnito iã non infinita esse elẽta, plus tñ 25 vno,ex quo concluditur hęc plura esse, & finita,nunc scrutari voluit an hęc ipsa gñationis, corruptiõisq, susceptiua sint,aut sẽpiterna existãt,atq; ppetuę.q qdẽ dispõ, cũ nota erit,quotq; sint nũero, & quę illorũ nã sit perfectũ fuerit,tunc exactã de his notitiã possidebim⁹. Dicam⁹ igit fieri nõ posse vt æterna sint elẽta, nec vt aliqua

G illorum portio sit perpetua, eò quòd eo
rum vnumquodque resolui, & ex ma
gnitudine redigi in paruitatem, ex
multitudineque in paucitatem, sen-
sus in aere, aqua, alijsque elementorū
intuetur. Quòd si hęc segregati, dis
soluique sensus concernat, fieri nō po
terit, quin eiuscemodi eductio, reso-
lutioque abeat in infinitum, aut finē
quendam pertingat. Si finem attin
git, aut eiuscemodi finis erit per cor
ruptionem omnium partiū elemen
ti, aut quia peruenit resolutio ad par-
tem incorruptibilem. si ad partē in-
corruptibilem, fieri nō potest, quin
hæc ipsa pars incorruptibilis partibi
H lis sit, aut nō, at falsum est resolutio
nem progredi infinitum, eò quòd opor
teret, & cōpositionem ipsam abire
in infinitum, si quidem compositio
nis tempus conuenit vt maius sit tē
pore resolutionis, aut ei ęquale, aut
minus. si igitur & compositionis, &
resolutionis tempus esset infinitum
necesse quidem esset aut rem com-
poni, & resolui simul tpe eodē, aut
dari infinitum tempus ante tempus
infinitum actu. si aūt resolutionem
ad indiuisibile peruenire dixeris, in
præmemorata inconuenientia pro
ruas necesse erit, si ad diuisibile, id
necessario corruptionē subibit, eò quòd
minor oib' pars erit, & ideo magis
I susceptiua corruptionis, quā partes
reliquę. quippe quod corrumpitur,
aut à cōtrario suo corrumpit, & hoc
quidē per se, aut à simili sibi, & hoc
aut annuant ignis partes non eſſe ignem. Et hoc vnũ eſt impoſſibiliũ conſequentiũ ponentes elemẽta differri figuris, ſiue credant ea componi ex ſuperficiebus, ſiue nõ. Sequi- 66
tur hos rurſus aliud impoſſ. Figurarũ.n. aliæ ſunt, quæ, cũ inuicem cõponantur, totum locũ adimplent, & nil ibi loci relinquitur, aliæ vero ſic ſe habent, vt, quãdo componuntur adinuicem, non totum implent locum, & aliqđ ibi ſupereſt vacui: hę autem diſpoſitiones inſunt figuris ſuperficialibus, ſeu planis, & figuris corporeis, ſeu ſolidis. figurę nanque planæ æqualiũ angulorũ, & laterũ, M
replentes ſuperficiem ſunt tres, ſ. Triangularis, Quadrangularis, & Sexagonalis. Quintagonalis aũt, aliæq; æqualium laterum, & angulorũ figuræ non replẽt ſuperficies. Solidę vero æqualiũ laterũ, & angulorũ, replentes ſunt duę tñ, videlicet Pyramis, & Cubus. Figuræ aũt planę nõ replent locum, niſi tres, quia, cũ cogitauerimus in ſuperficie pũctum, ſuper quẽ proſcindantur duæ lineę rectę, innouant ibi anguli quatuor

æquales

A ęquales quatuor angulis rectis: quapropter figura aliqua compositarũ figurarũ replens superficiem, necesse est, vt ei⁹ anguli sint, aut quatuor recti, aut quatuor rectis angulis ęquales, cùmq; cõponunt ibi quadrata quatuor, obuiabunt ipsi anguli quatuor sup pũctũ illũ positũ in superficie, videlicet, quia eiuscemodi pũctus cõis erit quatuor angulis, & caput eorum: replebunt igit̃ superficiẽ hæc ipsa quadrata necessario, eò ꝙ singuli angulorum quadratis sunt recti. Similiter fit, cùm positus
B fuerit eiuscemodi communis, & caput angulis sex triangulorũ æquilaterũ, æqualiumq; angulorũ: quia cuiusq; horũ triãgulorũ angulus est duæ tertiæ recti, eritq; congregatũ sex angulorũ ęquale quatuor angulis rectis, & ipsam superficiem adimplebunt. Similiter replet superficiẽ Hexagona figura, quando punctus in superficie ponitur caput tribus æqualiũ laterũ, & angulorum hexagonis, eo ꝙ quiuis angulorum eius valet vnum rectũ, & tertiam recti: vnde totum ex his tribus aggregatum æqualę erit quatuor angulis re
C ctis, q superficiẽ implent. Pentagona vero, Heptagonaque figura, ac alię æqualiũ laterũ, angulorumq; figuræ superficiẽ replere nequeunt, eo ꝙ illorũ angulorũ aggregatũ, aut minus erit quatuor angulis rectis, aut plus, verbi causa Pẽtagonus, q̃a singuli angulorũ in eo valent rectũ, & quintã recti, ideo Pentagoni tres nõ replent superficiem, quatuor vero Pentagoni plus valent, q̃; anguli quatuor, qui replẽt superficiẽ, quatuor quintas anguli recti. Sic quoq; impossibile est quinque æqualium laterũ, angulorumq; triangulos re plere superficiem, quia aggregatũ D ex illis ẽ quatuor angulis rectis. At solidæ æqualiũ laterũ, & angulorũ figuræ, earum duę tantũ replent locũ, aliæ vero tres minime. nam, si in aere cogitauerim⁹ pũctũ, super quẽ se intersecent lineæ tres in latitudine, longitudine, & profunditate, sitque quęlibet aliã proscindẽs ſm angulũ rectũ, euenient octo ibi anguli corporei, quorũ singulus est triũ angulorũ rectorũ, & est angulus figuræ cubi. aggregatũ igitur ex angulis eiuscemodi figurarũ corporaliũ, quando punctus ille omniũ caput positũ fuerit, erit anguli octo cũ angulis cubis, aut ꝙ eis æquiualet, E
replentes locũ ipsum necessario, & nil ibi relinquetur vacui: ꝙ autem his plus, minusvè euenerit, nequaquam locum ipsum replere poterit. Hoc itaq; tramite cõsyderando nõ reperientur ex quinq; corporeis figuris replentes locũ, nisi præmemoratæ duæ tantũ, videlicet ponendo pũctũ illum caput cuborum octo, sic, cùm eandem statuamus caput figurarũ pyramidaliũ duodecim, eo ꝙ sex pyramidaliũ anguli æquales sunt angulis quatuor cubicis: angu F
li enim pyramidalium figurarum corporearũ sunt ex duabus angulis rectis, anguli vero cubicæ figuræ sunt ex tribus: idcirco tres anguli pyramidalis figuræ æquales sunt duobus angulis cubicis, q̃a insimul faciũt sex angulos rectos: sīq dẽ pyramidaliũ angulorũ ꝓportio ad quatuor angulos cubi, est sicut ꝓportio angulorũ triãguli æqualiũ laterũ, & angulorũ ad q̃tuor ãgulos rectos, eo ꝙ triãguli ãgul⁹ valet duas tertias ãguli recti. Cũq; hac lege tres alias figuras cõsyderaueris, videlicet figurã

vigintí

G viginti basiū, & duodecim basiū, &
octo basiū, cōpertū nobis erit illarū
angulos nō replere locū, videlicet vt
ex omnibus aggregatum æquale sit
octo angulis cubis, sed mai⁹ aliquid
emerget, aut minus, vt pote solidi
anguli viginti basiū figuræ valent
tres rectos, & tertiam, ex quibus im
possibile est aggregari duodecim re
ctos, quæ valēt quatuor angulos cu
bos, si eiuscemodi viginti basiū an
gulos posuerimus quatuor, excedēt
quatuor angulos cubos per vnū re
ctum, & tertiam. Si autem acceperi
mus tres, esset aggregatum illorum
H decem anguli recti, & sic deerunt
æqualitati angulorum cubicorum
recti anguli duo. Eodem argumen
to in octo basium, & duodecim ba
siū figuris cōstare hoc poterit. quā
obrem qui elementis peculiares,
essentialesq; inesse figuras conten
dunt, coguntur admittere duas cor
poreas æqualium laterum, & angu
lorum dari singulas, quæ aptæ natę
sint replere locum, præter figuram
pyramida, & cubi, quam prædixi
mus replere locum, eo ꝙ quatuor
sunt Elementa: in Euclidis autem li
bro monstratum est nullam solidā
I figuram dari sextam, præter figuras
quinq;, nedū repletiuam loci. Vnū
igitur impossibilium, quæ Aristo.
infert, hoc est, & nil est in hoc ab
strusum ei, qui se parum in Geome
67 trica facultate exercuit. Cùmq; de
struxerit figuras inesse elementis,
modo eisdem non esse essentiales fi
guras ex propria elementorum sub
stantia, & quatenus elementa osten
dere nititur, & dixit, Indicat hæc nō
peculiares tenere figuras hoc, ꝙ hęc
ipsa semper iuxta continentis, tan
gentisq; figuram figurari perpendi
mus. & clarius hoc apparet in aere,
& aqua quapropter censendum est K
his non esse figuram peculiarē, alio
quin corrumperentur elemēta, cor
rupta figura, cuius oppositum indi
cat sensus: videmus enim aquā per
manere aquā, & aerem aerem, licet
varias figurarum effigies suscipiāt.
cùm igitur sic elementorum se ha
beat dispositio, clarum est hæc vnā
quamq; figurarum suscipere posse,
ꝙ vtrique elementorum rationi con
gruere videtur. quippe, si aliqua fi
gura his addita fuerit, variarum fi
gurarū hæc susceptiua esse nō pos
sent: quemadmodum dispositio est L
materiæ, quæ, quia omnium forma
rum susceptrix est, ideo nullam ibi
adiunxit propriā. & propter conue
nientiam inter horum naturam, &
naturam materiæ sunt hæc corpora
omnium compositorum elemēta,
vnde possibile fuit, generationem
fieri ex alterutris. Ex hoc denique
concludendum ꝙ, quia hæc figura
rum sunt materia, opportunū fuit
hæc nullam sibi propriā exposcere. 68
Est & alia huius ratio Si enim pro
prias tenerent figuras, impossibile
esset ex eis fieri carnem, & os, nec vl
lum homogeneū corpus continuū. M
nam quando conflantur figuræ in
vnum, non prouenit ex eis corpus
continuum, excipiendo geminas fi
guras, quas commemorauimus su
perius: neq; ex superficierum com
positione innouatur corpus conti
nuum: sed ex sola complexione, per
mixtioneq; resultat. Si igitur elemē
ta prorias vendicarent sibi figuras,
non posset ex his fieri corpus conti
nuum, quapropter nec inde proue
nire generatio. Dixit, Iccirco qui ho
rum sermonem consyderat eumq́,

sæpius

A sæpi⁹ reuoluit,hoc suo sermone ge-
nerationē auferre iudicabit, & quò
magis nitūtur hanc ipsam ostende-
99 re,eò longius ab ipsa recedunt. Et
postquā destruxerit essentiales ele-
mentorum esse figuras,nunc sermo
nes,& signa,quibus cuique elemen
torum propriam figuram statuunt,
refellere proposuit. Dixit, Igitur fi
guras, quas ipsi adaptant elemētis,
prorsus non conueniunt eorum si-
tui, nec eorum qualitatibus,neque
eorum motibus,sicut opinantur di-
centes dari figuras,huiusque rei assi
gnantes causam. Et hoc,quia eorū
B alij referunt, ignis figurā esse sphæ-
ricam, quia est velox in motu, cale-
faciēs, & vrens. Alij propter has di-
spositiones huius figuram pyrami
dalem affirmant, existimant enim
huiuscemodi figuras velocioris esse
motus,quàm figuræ aliæ,qa nō re-
plent ex locis, nisi modiculum. cogi
tant insuper duas prædictas figuras
conuenire calefactioni, eò ꝙ sphæ-
rica figura, quia causa existit, ideo
ipsa est,ac si haberet angulum vnū,
sic & pyramidis figura vnum obti-
net angulum acutum,ignis autem,
inquiunt, vrit per angulū eius. Hæc
C igitˀ sunt ratiocinia, quibus innitū
tur ponentes ignis figuram pyrami
70 dem, aut sphæram. Cúmq; iam hi
statuerint ignem velocem esse mo-
tu,& modici status, vimque tenere
vrēdi, nunc vnā illorum rationum
destruendam assumpsit, mōstratq;
motus velocitatem destruere posi-
tionem,qua igni propriam adaptāt
figuram,dicens si igni accommodā
da esset vna ex duabus his figuris, ꝓ
pter velocitatem sui motus esset ei⁹
motus circularis,quia velocitas dua
bus hic formis inest, quando mouē
tur in circulum. Exinde destruit hu D
ius figuræ inuentionem esse igni ex 71
parte modicitatis sui status, dicēs si
causa modicitatis in igne esset vna
harum duarum figurarum,quia de
terra modicum loci replent, essetq;
causa stat⁹ terræ figura cubica,opor
teret ignem,& terram,quando sunt
in locis suis naturalibus, cubicas fi-
guras sortiri, & quotiens loca sua
exiuerint figuras sphæricas:nos siq-
dem videmus terram, ignemque,&
reliqua elementa moueri, quando
sunt extra loca sua naturalia,suisq;
ī locis quiescere, & quò propius ad
loca propria accedunt, eò fortioris E
hæc esse motus. Cúmq; ex velocitas 72
te motus, paruitateq; sui status ge-
minas has figuras ignis competere
destruxerit,modo destruit identidē
ratione combustionis,dicēs si ignis
esset combustiuus, calefactiuusque
propter angulos,qui ei insunt, con-
decens vtique esset omnia alia ele-
menta calefactiua, combustiuaque
dicere , quia omnia angulos possi-
dēt, quemadmodum octo basium,
viginti basium figuræ.sed hæc ipsa
in ipso comburēdi munere ab inui-
cem diuersa existere.at omnium ele
mentorū vim esse comburendi fal-
sum quidem est,& impossibile. Di F
xit, Et aliud insuper huius signum
est.Si corpora essent vrentia ex hoc,
ꝙ sint angularia , & indiuisibilia ,
oporteret & corpora quanta vllina
admittere,eo ꝙ & his,iuxta illorum
sententiam, indiuisibiles anguli in-
sunt. ꝙ si ipsi hoc tenuerint, osten-
dāt obsecro, cur naturalia corpora
vrāt, mathematica autem minime.
nullam profecto manifestum discri
minis causam dare poterunt. Aliud 3
præterea huius signum est si igni,
pyra-

G pyramidalis eſſet, aut ſphæticus, ſe-
quetetur hanc ipſam rem, quam cõ
burit, & ſegregat in partes igneas, ſe
gregare in pyramidales figuras, &
ſphęricas hoc aũt falſum eſt, & ino
pinabile. ſi enim diſpoſitio ſic fue-
r t, ſepararet quæq; figura, & diuide
ret vnumquodque ſm figuram ſibi
ſimilem, vnde cum ter omnia, quæ in
cideret, ſegregaret quidem in cul-
74 tros. Dixit, Et admiratione dignũ
eſt ꝙ iſti hãc figuram adaptant igni
ex eo, ꝙ ſeparat, & diſſipat, cùm ta-
mẽ potius congreget, quã ſegreget,
& diſſipet. innatum ſiquidẽ eſt igni
aggregare ſimilia, & ſegregare diſſi-
H milia: quapropter eſſentialis eius
actio eſt congregatio, accidẽtaliſq;
ei eſt ſegregatio. ſi igitur ſegregatio
nis cauſa eſt figuras, cõgregationis
cauſa erit ei per ſubſtantiam. cõue-
niens enim fuiſſet hos ſufficientem
75 in hoc ſermonem adducere. Exinde
ipſe aliud adiecit argumentum, vi-
delicet cùm calidum contrarium ſit
frigido, & humidum ſicco, ſi eſſen-
tiales horum differentiæ eſſent figu
ræ, conueniret calidi figuram con-
trariari figuræ frigidæ & humidi fi
guram contrariari figuræ ſicci. at
nulli figuræ contraria eſſe poteſt fi
76 gura. Dixit, Ideo nullus illorum tẽ
I tauit figuram aſſignare frigido, cũ
tamẽ iuſtum fuiſſet hos propriam
omnibus qualitatibus figuram aſſi
gnaſſe, aut nulli Dixit. Nonnulli de
hac frigidi virtute ſermonem face-
re volentes, & innuit Platonem, rei
contrariũ enuntiant, dicẽtes frigidũ
eſſe rem magnæ portionis, quia nõ
tendit in profundum, nec pertrãſit
meatus, ſed continuat, & obturat.
Quòd ſi hoc ita fuerit, oporteret ca-
lidũ eſſe rem paruam, quia tendit in
profundũ, & iuxta ſui ſubtilitatem, K
paruitatemq́, penetrat meatus. & ſi
naturę frigidi, calidiq; ſunt hui⁹ di-
ſpoſitionis, erit contrarietas exiſtẽs
in eis propter paruitatem, & magni
tudinem, nõ propter figuram, vt hi
in hoc ſermone oſtẽdere conantur.
ſi enim maiores partes, minoreſq;
eiuſdem ſunt figurę, vtpote pyrami
dalis, aut ſphæricæ, ſequeretur pyra
midalem maiorem nõ eſſe ignem.
quapropter non erit combuſtionis
cauſa, vt hi opinantur ipſa figura.
Ex hoc itaque ſermone reuincitur 77
elementorum differentias non eſſe
ratione figurę, nec hęc ipſa ſibi prorſus
ſus figuram vẽdicare propriam, ſed L
illorum differentiæ ex proprijs qui
idem ſunt paſſionibus, vti humidi-
tas, & ſiccitas, caliditas, & frigiditas.
& per eorum actiones, ſicut calefa-
ctio, combuſtio, infrigidatio, hume-
ctatio, & per eſſentiales eorum po-
tentias, vti grauitas, & leuitas. con-
ſtat itaq; ꝙ, cùm harũ rerũ notitiã
comprehenderimus, innoteſcet no-
bis vnumquodque elementorum
per id, ꝙ ei adamuſſim accommo-
datur. De Grauitate autem, Leuita
teq; in mox ſequẽti dictione tracta-
bimus, de alijs autem horum diffe-
rentijs iñ de Generatione, & Corru-
ptione libris ſermonẽ pollicemur. M
Sic deniq; huius dictionis intentio
abſoluitur. Sit omnium conditori
laus, gloria, & benedictio per ſem-
piterna, ſecula Amen.

DICTIO QVARTA.

HÆc dictio cõtinet ſum
mas tres. Prima de
Antiquorum ſermo
ne circa graue, & le-
ue inquirit. Secunda
cauſam

A causam insinuat, qua quędã ex simplicibus leuia sint, & quędã grauia. Tertia ostendit quid graue, & quid leue, & quę sint corpora quibus grauitatem, leuitatemque inesse asserimus, quotq; sint numero, & eorum accidentium causas enuntiat.

SVMMA PRIMA.

HÆc summa I capita tria absoluitur. Primũ hui⁹ dictionis propositũ mõstrat. Secũdũ scrutatur de graui, & leui, & quotupliciter eorũ vnũquodq; significet, & Antiquos solũ de altero horũ

B sermonẽ fecisse ostẽdit. Teriũ summã Antiquorũ, Veterum scilicet, & Iuniorum sentẽtiam de graui, & leui commemorat, & eorundem fallaciam. diminutio nanq; insinuat.

Caput Primum.

1 DIxit, Quòd in hac dictione ostendere nitimur, sunt intentiones duę. Vna quidẽ, vt declarem⁹ quid Graue sit, & Leue, & afferam⁹ id, quod illorũ naturam designat, Secũda, vt causam dicamus, qua nõ nulla corpoꝝ grauia sint, nonnulla vero leuia. Dixit, Cõueniens quidẽ fuit ĩ hac sciẽtia de graui speculari,

C & leui, eò ꝙ proportionem habet cõsyderatio de his cum consyderatione de motu: natura siquidẽ de principio motus enuntiatur ſm prius,

2 aut de ipso motu ſm posterius. Et, qa Graue, Leueq; appellamus id, ĩ quo est principium naturalis mot⁹ in loco, aut ipsum mobile motũ naturali in loco: grauitas autem, & leuitas sunt quidem duo nomina, ꝗ aut principia designant, quibus hęc ipsa corpora mouenť, aut ipsos motus, quibus mouentur: ideo iustum erat, vt cõsyderatio de his naturalis poneretur. Et in Græco idiomate, D vt Arist. loquiť, grauitas, & leuitas sunt duo nomina significantia potentias, quibus hæc corpora mouentur, ipsorũ vero corporũ motus nullũ, vt inquit, nomẽ effertur. in Arabica vero lingua vř hotũ noĩum vs⁹ esse in contrarium. nos aũt hic vtimur his, vt eiusce modi potentias denuntient. Dixit, Et, quia de graui, & leui speculatio Naturalis est, ideo de eis facere sermonẽ Prisci Naturales oẽs, nõ tñ complete, nec recte horũ dederunt differentiam, licet alij alijs proprius veritatem tetigerint. Dixit, Dignum igitur est vt horũ B opiniones afferamus, easdẽq; min⁹ sufficientes esse doceamus, exinde nostram sentẽtiam explanabimus.

Caput Secundum.

DIxit, Graue, & Leue, vtrunq; 3 biformẽ conceptũ refert, aut 4 simplr, aut cũ relatione. & hoc, qa euidẽs est quędã corporum moueri ad mediũ, quędam à medio: & quæ à medio, constant moueri sursum, eaq; dicimus leuia: & ꝙ moueť ad mediũ, apparet moueri deorsum, id que graue appellamus. Si ergo hic inuentũ est sursum per naturam, & simpliciter, deorsumq; per naturã, & absolute, non in relatione, conuenit adesse simpliciter leue, & simpliciter graue. Sed dari per naturã, simpliciterq; mũdi sursum, & deorsum F nonnulli Naturaliũ, ceu Plato, recusant, dicentem quonã pacto censeri pôt in mũdo sursum, deorsumq; absolute, cũ circulare, & omniquaque vniforme cœlum existat? quãobrẽ nõ aliter, inquit, ei ascribi possunt hæc, nisi ipsam referam⁹ ad hoĩem, ita vt pars, quæ capiti nostro obuia sed, sursum erit, & quę pedib⁹ deorsum,

G ſum,& fieri poteſt vt pars,quæ in oc
curſu eſt pedum noſtrorum,eadem
obuia ſit capiti hominum,quorum
pedes ab æppoſito latere obuij ſunt
pedibus noſtris. Dixit, Acceptabilis
vtiq; hic illorum eſſet ſermo, ſi mũ
dus nullum haberet orizõtem, me
diumque determinarum per natu-
ram,& dñia in eſſe at,quia in mun-
do orizoniẽ, mediũq; determinatũ
concernimns, quorum vtrumlibet
vnum eſt numero : cùmq; contra-
rium ſit orizonti medium, ſicut cõ-
trarietas eſt duorum rectæ lineæ ex
tremotum,quæ quidẽ maxime ad-
H uerſantur: conuincitur ſurſum, de-
orſumq; ſimplr̃ adeſſe in mũdo: ꝗ
cùm aſtuerint,adierit vtiq; ſimplici
5 ter graue, leueq; abſolurum. Dixit,
Et teſtimonium perhibet mũdi ori
zontem eſſe ſurſum, ꝙ hoĩes hunc
ipſum ſurſum appellare ſolent. & li
cet cœlum ſolum dimidium ſphæ-
ræ exiſtiment,nihil tñ hæc illorum
exiſtimatio prohibet quin ſurſum
admittat. nã haud ſecus crederẽt da
ri ſurſum, ſi conſcij eſſent cœleſtia
corpora eſſe ſphærica vndiq;,quem
6 admodum cũ hui⁹ ignorãtia. Quò
habito dicamus ſimplr̃ Leue eſſe id,
ꝙ ſupremum petit mundi, ꝙ ſimplr̃
I eſt ſurſum, & ſimpliciter graue, ꝙ
ad mundi pergit mediũ,deorſumq;
ſimpliciter. at Leue, Graueq; ſm re-
lationem,ambo quidem de duobus
vnius gñis entibus proferuntur,quę
in eandm vergunt partẽ, ſed vnum
volocius fertur altero, & velociori
dicitur grauius, ſi ambo de grauiũ
genere fuerint, aut leuius, ſi ambo
7 ſint de genere leuium. Dixit, Et vni
uerſa Priſcorum ſchola ſolum de
huiuſmodi graui, & leui, ſcilicet
quę ſm relationem proferũtur, ſer-

monem fecerunt,quemadmodũ ex K
ipſis illorum eloquijs colligimus.

Caput Tertium.

ANtiquorum autem de graui 8
ſentẽtias ipſe retulit etiã tres,
quarũ Vna eſt opinantis ſubſtantiã
grauis, & leuis in partium multitu-
dine, & paucitate conſiſtere. ſunt.n.
ex prioribns,qui inter graue, & leue
differentiam aſſignantes,dicunt gra
ue,& leue componi ex partibus cõ
uenientibus in forma, ſed graue ex
pluribus,ex paucioribus vero leue :
& iſte fuit Platonis in Timæo ſer-
mo : proinde ac ſi dicerẽt magnam
plumbi portionem grauiorem eſſe L
parua , niſi ꝙ ſermo illorum nõ ſit
de rebus ſimilium partium, quem-
admodum portio eſt plumbi ma-
ior, & minor, ſed de rebus non ſimi
lium partiũ, ceu plumbũ , & trabs.
ꝙ ideo cenſent , quia omnia ex re-
bus ſiliũm partium,i. eiſdẽ ĩ forma
conſtare arbitrantur, licet appareãt
diuerſa. Dixit, Hunc illorũ ſermo- 9
nẽ ſenſus ipſe refellit,cũ hoc, ꝙ cau-
ſa,quã aſſignant,ſi ipſam admiſeri-
mus,cauſa quidẽ eſt grauis, & leuis,
grauitatis aũt, & leuitatis minime.
modus aũt , quo ſenſus horum de-
ſtruit ſententiam,eſt,quem mox ip
ſe enuntio. Videmus enim ignem le M
uem ſemper motũ ſurſum, ſiue ma
gna, ſiue parua ignis portio ſit. ſic
& terram nõ minus glebulã, quàm
eius magnæ molis partem tendere
deorſum. ſi igitur leuis cenſend⁹ eſ-
ſet ignis ex eo, ꝙ ex paucioribus triã
gulis ↄfectus ſit,& terra grauis,quia
ex pluribus triangulis conſtet, cõſe
quens eſſet, maioris quãtitatis ignẽ
moueri deorſum, minoris vero ſur-
ſum,cuius vtiq; oppoſitũ ſenſus in-
ſinuat. maior ſiquidem ignis velo-

ciozis

A cioris est motus in sursum, q̃; mi-
nor, & terra maior velocius pergit
10 deorsum, q̃; minor. Rursus aliud ex
hoc prouenit impossibile. Si. n. gra
uitatis, & leuitatis causa triãgulorũ
esset multitudo, & paucitas. sequere
tur aliquã magnitudinẽ aeris gra
uiorẽ eẽ aliqua magnitudine aquæ,
s. quũ in ipsa aeris magnitudine plu
res admittantur trianguli, quàm in
magnitudine aquæ. ꝙ tñr falsum eẽ
sensus dijudicat. nunq̃;. n. aer sua-
pte ad locum proficiscit̃ aquæ. hæc
B itaq;, vt Aristot. scribit, fuit horum
11 q̃ grauis, leuisq; natura explanatio.
Alij vero Antiquorum eiusemodi
sermo non placuit, nec huic assigna
tioni causę illorum ratio acquieuit.
Dixit, Et licet priores hi fuerint tem
pore illorum, tñ sermo Neoterico-
rum more loquitur, videlicet quod
distinct', & maiori indagine rẽ tra-
ctant: illi vero, tãetsi Iuniores extite
rint, Priscorum tñ vestigia sequun-
tur, videlicet paucitate inquisitio-
nis, & eo ꝙ quasi in oppositum sen-
sus dicerent. si. n. composita ęqualia
magnitudine sunt ea, quæ ex prima
rijs ęqualibus numero partibus cõ
C ponuntur, sitq; leuitatis, & grauita
tis causa paucitas partium, & multi
tudo, apparet aũt sensu aliqua ęqua
lia magnitudine grauiora esse inter
se, consequens esset, ęqualia eẽ nõ
12 æqualia. Dixit, Qui ex superficieb'
componit corpora, vt vir iste, affir-
mare nõ potest leuitatis, & grauita-
tis causam esse partium magnitudi
nem in graui, & paruitatem in leui,
quemadmodum quibusdam natu-
ralium placuit, eo ꝙ censeri non po
test vnam grauiorem esse superficiẽ
altera, licet vna ipsa maior sit altera
Qui aũt ex indiuisibilibus corpori-
bus corpora conficiunt, hanc quidẽ D
positionem suscipere valent, absque
hoc, ꝙ in ipsum inopinabile prorũ
pant, ꝙ sequitur opinionem dicen-
tis leuitatis, & grauitatis causam pau
citatẽ esse partium, & earũ multitu
dinem. poterit. n huius sententię eẽ
sor asserere, ideo multis in rebus mi
noris quantitatis rẽ grauiorẽ esse re
quãtitatis maioris, quia hæc modi-
cæ magnitudinis res confecta sit ex
partib' maioribus, maioris vero ma
gnitudinis res ex partib' quãtitatis E
minoris. & licet hi dañ nequeãt cau
sam in simplicib', s. qua pars minor
sit grauior. possunt tamẽ huius cau
sam assignare in compositis. Sum-
ma igitur eorũ, quibus Platonẽ cor-
ripuit, ꝙ minus recte grauis, & leuis
causam tradiderit, nec completã de
hoc inquisitionẽ fecerit, hęc est. Se- 13
cũda vero, quę hãc Platonis aliquã
tulum in sufficiẽtia excellit, Demo-
criti, & Leucippi sententia est. Asse-
rũt. n. leuitatis, grauitatisq; causam
esse vacuũ, ꝙ per corpora diffundit̃,
s. ꝙ vacuũ trãsfert corpora sursum,
& plenũ deorsum, ideo affirmãt ali
qua corpora videri maiora, sunt tñ F
leuiora, eo ꝙ sua magnitudo ex va
cui multitudine resultat, nõ autem
multitudine pleni, & ẜm hoc nihil
ꝓhibet vt ęq̃lia sint corpora in par-
tibus, sint tñ alia alijs leuiora, &, q̃a
hũc sermonẽ nõ sequit̃ incõueniẽs,
ꝙ aliã comitat̃ sermonẽ, magnis suf
ficiens huiuscemodi sermo videtur.
Exinde huic opinioni resistere hũc,
quẽ modo explicabo, argumẽtandi 14
modũ intẽdit. Si per oẽ corpus va- 15
cuũ diffunditur, & vacuũ leuitatis 16
causa asseritur, & grauitatis causa
plenũ, fieri nõ põt quin, hanc inse-
quẽdo opinionẽ, ipsum leue altero

G quatuor modorũ definiant. Videli-
cet quia sit id, in quo plus est de va-
cuo, & graue contrariũ: Aut in quo
minus est de pleno, & graue in con-
trariũ: Aut in quo plus ē de vacuo,
quam in graui, & min' de pleno, vi-
delicet determinãdo ipsum minus,
& plus vacui, & pleni in vno corpo-
re, per relationẽ ad alterũ corp', nõ
10 aũt referendo vacuum, quod in ip-
so, ad plenũ, ꝙ in eodẽ: Aut definiãt
per relationẽ leuitatis in ipso ad gra-
uitatẽ, quæ in eodẽ, ita, vt leue dica-
tur, in quo plus est de vacuo, quã de
pleno quadã proportione termina-
H ta, & graue contrariũ. Si igitur defi-
niant leue, quia sit, in quo plus ē de
vacuo, sequeret aliquã terrã leuio-
rem esse aliquo igne. s. n. in aliqua
ignis portione est quantitas vna va-
cua, potest quidẽ tanta magnitudi-
nis terra sumi, vt plus contineat de
vacuo, quã ipsa portio ignis, & con-
sequens erit eiuscemodi terrã ferri
sursum. Si aũt definiunt leue, quia
sit, in quo minus est de pleno, pote-
rit vtiq; tm̃ sumi ignis, vt plus ha-
beat de pleno, q̃; eadẽ portio terræ,
& consequens erit ipsam ignẽ mo-
ueri deorsum. Quòd si leue defini-
I unt, qa sit in quo plus est de vacuo,
& de pleno minus, protũpent in am-
11 bo impossibilia, quæ prædictos defi-
niẽdi modos sequuntur, eo ꝙ hæc
definitio ex primis duabus defini-
tionibus cõficitur. s. n. non posueri-
mus determinatã proportionẽ ple-
ni ad vacuũ in corpore graui, nec le-
ui, nil prohibebit quãdã dari terrã
plus habentẽ de vacuo, & de pleno
min', quã in aliquo igne, & erit ter-
ra leuis: sil'r ignis effici poterit gra-
uis. Rursus falsum, ꝙ sequitur defi-
nientẽ leue, quia sit, in quo plus est
de vacuo, pariter sequitur definiẽ- K
tẽ graue. definit. n. is graue, quia est
id, quo plus est de pleno: vñ cõcludi-
tur quãdã dari terrã leuiorẽ igne.
Itidẽ sequitur definientẽ graue defi-
nitione cõposita cõtraria definitio-
ni leuis cõpositę ex plus d̃ vacuo, &
minus de pleno: Qui vero leue: gra-
ueque definit per relationẽ vacui in
eo ad plenũ, is sanè inconuenientia
præmemorata aufugere põt, ſ aliud
tñ impossibile prolabi cogitur, s. ꝙ
non maior sit velocitas maioris ma-
gnitudinis ignis, quã minoris, quia
in vtrisq; proportio est eadem. sil'r
contingit terrę, & maior terræ por- L
tio non mouebitur velocius, quàm
portio minor. Cùm igitur hæc om-
nia iuncta fuerint in vnũ, cõseques
erit impossibile esse vt vacuũ causa
sit leuis, & grauis. Dixit, Iamq; seq- 17
tur hanc illorũ sententiã, si vacuũ
causa est motus sursum, ꝙ vacuum
aptum natũ sit moueri sursum. ꝙ si
hoc annuerint dicẽtes vacuũ mobi-
le esse sursum, & plenum deorsum,
cogentur causam exponere, qua va-
cuum pergat sursum, & plenum de-
orsum, & vnde sit ꝙ ambæ hæ natu-
ræ in nullo corporum ab inuicem se- M
parentur, cùm tamen illorũ aptitu-
do sit diuersa, vnius quidem vt mo-
ueantur sursum, alterius vt tẽdat de-
orsum. Rursus si vacuũ dixerimus 18
moueri, oporteret ei dari, quò mo-
ueatur, locum. erit igitur loci locus,
aut erit locus nõ loc'. causam itaq;
motus vacui cõplere non possunt,
nec ipsum admittere possunt im-
mobile, cũ idipsum causam motus
enũtiãt. Hęc igit̃ sunt incõueniẽtia,
quæ leuis, & grauis causam vacuũ,
& plenũ asserẽtes sequũt. Tertia opi- 19
nionẽ eoꝝ, q causam leuis, grauisq;
ponunt

A ponunt paruitatē corporū, & eorū magnitudinē, arbitrātes id eē leue, q̄ ex paruis corpusculis ꝯstat, graue vero q̄ ex maioribus. Et similis est horū opinio opinioni primę in eo, q̄ de graui, & leui ſm relationē, nō graui, & leui simpliciter sermonem fecerint. & hoc, quia quicūq; in horū causam nō assignat geminas naturas in quiditate, & forma contrarias, sed causam dicit esse pp magis, & minus, nō pōt loqui de causa grauis, & leuis simpliciter. Et ideo magis cōueniēs est in hac parte sermo ponentiū horū causas plenū, & vacuū. possent enim hi de simpl'r leui,
B & graui cōsyderationē ponere, dantes harū, quæ opponūtur, naturarū causas oppositas. nihilominꝰ nec hi quidē de graui magis, & magis leui cōgruū sermonē habere valent, quēadmodū nec illi de graui leuiq; simpl'r. & sermo ponētiū leuis, & grauis causā ptiū paruitaē, & magnitudinē magis ē sufficiēs, q̄ sermo ponētiū hoꝝ causam partiū magnitudinē, & paucitatē, quēadmodū diximus prius: eo quod quando petimus ab his vnde fit q̄ aliqua simpliciū corporū sint maiora simul, & leuiora, respōdent corpora leuiora confecta esse
C ex partibus minoris magnitudinis, licet sint numero plures, quę autē grauiora sunt cōponuntur ex partibus maioribꝰ, licet sint numero paucioresores.
20 ciores. Qui vero horū causam p solam multitudinē, paucitatemq; assignant, hāc dubitationē euadere nequeunt. verūtamē; cū consyderaueris, iudicabis hos idem incōueniens committere, q̄ & primi sermonis sēsoré sequitur. si. n. maiorum, minorumq; partiū natura fuerit eadem, consequēs esset eiusdem naturæ esse elementa, sed differre solum ſm magis, & minus. q̄ si admiseris, nō eēt hic leue, nec graue simpl'r. & cū aggregatæ essent tot partes minores, vt adæquent maiores: esset illarum inclinatio ad idem: vnde cōtingeret maiorē ignē grauiorē eē aqua, & terra minori. Ex his deniq; collige corruptionē omniū opinionū, quas ꝓsequebantur Antiqui de graui, & leui. Dixit, Et nonnulli hominum ex Veteribus admiserunt quidē vacuū sed nullatenus consyderauerunt de graui, & leui, vt Pythago. & Empedocles, alij vero, quos nūc tulimus, de hoc sermonem fecere. D

SUMMA SECUNDA. E

21 Dixit, Postq̄; Antiquorum opinionū de graui, & leui corruptio innotuit, dignū est vt nos illorum nās explanemus, pri°cām finalem enunciando, qua nonnulla corporū tendunt sursum, nonnulla deorsum, potissimū. n. de grauis, leuisq; dispositione expetendum hoc est. Dicamus igitur, huius esse causā in simplicibus ipsum proprium cuiusq; corpis locū petere. vnūqdq;. n. simpliciū mouetur ad locū sibi conuenientē, eo q̄ vltima perfectio hic sibi est. rationabile siquidē est, huiꝰ motus causam eandem esse cū causa aliorū motuum. Cū. n. hic adsint motus tres, videlicet motus in loco grauis, & leuis, & est ipsa trāslatio, motus in qualitate, cui dicimꝰ alterationē, & motus in magnitudine, dictus augmentio, & diminutio, de quibꝰ apparet nullū eorum esse ex aliquo contingente: nec in aliquod contingens, nec horū mobile, mouesq; esse quomodocunq; sors obtulerit, sed cōstant fieri ex contrario 22 F

G determinato in contrariũ determinatũ, vtpote ꝙ transmutatur ex nigro transmutatur quidem per se in albũ, aut in aliquod mediũ inter albũ, & nigrũ, similiter motus in qñ transmutatur quidẽ de qñ terminato in quãtũ terminatũ, cõduces igitur est eandẽ dispositionẽ ĩ his quæ ſm locũ sunt, motibus naturalibus credere, s. quia in loca ferãtur determinata à motoribus terminatis, & mobilibus terminatis. Cùmq; hæc tata fuerint, sintq; sursum, & deorsum inuenta per naturam, & horũ moues sit generãs ipsum leue, & graue, mobile aũt res, quæ grauis est, & quæ leuis potentia, quousq; existat grauis, aut leuis actu cõpleto, s. qñ est ſm perfectionẽ vltimam, sit aũt ſm suam perfectionẽ vltimã, quãdo actu est in loco sibi ꝓprio: ꝙ si hoc totum sic fuerit, apparebit locũ vltimam horum corporum perfectionem existere, & eandẽ obtinere habitudinẽ ad corpora, quã & vltima forma rei genitæ: quia ipse finis est motus exeuntis de potentia in actũ perfectum. Et ſm hanc intentionẽ censendum ꝙ causa motuum elementorũ sit ire simile ad suũ simile: nõ sicut quidã arbitrãtur, s. ignẽ petere ignẽ, & terram terram. hoc. n. fieri non põt: alioquin partes terræ mouerentur ad terram, quocunque loco fuerit, etiam si posita esset sursum, quemadmodum ad magnetem ferrum. Apparet rursus causam horum corporum motus esse petere ipsum vbi in simili ex hoc, ꝙ locꝰ quò tendit vniuscuiusq; pars, est locus totius. cùm ergo partes cuiusq; eorum moueantur ad vltimum corporis circumambiẽtis ab extra, erit quidem locus cuiusque horum corporum quatuor vltimum corporis continentis ipsum ab extra, ad quẽ partes ferũt. & in eo quiescunt qa igitur corpora leuia mouentur sursum, & in eo quiescũt: grauia vero deorsum ad mediũ, & ibi quiescũt: erit vtique continens corporis leuis ipsum sursum, & cõtinens corporis grauis ipsum medium, eritq; sursũ vti forma leui, & ipsum leue eius veluti materia. sic & medium se habebit vti grauis forma, & graue ipsum veluti materia medij. si ergo locus vl'is est formæ, & ꝙ in loco residet vicẽ obtinet materiæ, consequẽs est corpus leue, & graue moueri ad id, ꝙ se habet veluti forma, & hoc ẽ vltimũ corporis continentis ipsa. ideo hęc corpora adinuicem assimilantur. Et nil refert si ipsam similitudinẽ accipimus sursum, aut deorsum. si enim, exordimur deorsum, comperimus terram assimilari aquæ, & aquam aeri, aeremq; igni. pari lege, si hanc dispositionẽ sumamus sursum, habebimꝰ quidẽ ignem silẽm aeri, & aerem aquæ, & aquam terrę. assimilãtur aũt vicina hęc corpora adinuicẽ, quia alia ab alijs continentur, quæ & ipsorum sunt vbi, extrema vero, s. ignis, & terra nõ assimilãtur adinuicem, eo ꝙ loco distant: & neutrum continet alterũ. deniq; superioris loci habitudo ad locũ inferiorẽ est habitudo perfectionis ad perfectionẽ suscipiens, & formæ ad materiam. sic vtique se habet dispositio in habitudine locorũ mutua: si quidem in prędicamento positionis haud secus inuenitur aliquid vices gerens materię, & formæ, quemadmodũ in prædicamento vbi, & reliquis. quapropter apparet finalem horũ corporũ motus causam esse ipsum

A ipſum vbi ſibi deſtinatum, inquan-
24 tũ ſimile,& huius effectricem, aut
25 materialẽ cauſam eſſe ipſam inclinationẽ. Queadmodũ cauſa motus ęgrotantis à languore ad ſanitatem nil aliud eſt quã natura corporis ſanitatẽ ſuſcipiẽtis,& ſanitatis pręſentia, quæ ſuſceptiui ſanitatis pfectio eſt,iccirco qui ſuſcitatur cur corpora quędã pergãt ſurſum,quędã deorſum, quærit perinde, ac ſi peteret cur ægrotãtiũ aialium corpora mouentur ad ſanitatẽ potius,quã ad lõgitudinẽ,vel vbi cauſa,aut breuitatẽ. Demũ horũ triũ motuum varieta-
B tis duæ ſunt cauſę præhabitæ, videlicet natura mobilis, & eius, ad qđ eſt motus.ex eo.n.ꝙ illorũ conſiſtẽtiã einſcemodi cauſę largiant̃, gradũ obtinentes propriatũ dñarum, conueniens eſt eaſdem cauſas eſſe, quibus ipſi motus variantur. differentiæ.n. conſtituentes ipſę eędem ſunt diuidẽtes: ſed differunt in modo,eò ꝙ motus in loco diuerſus eſt ab alijs motib⁹: quia mota in loco mouẽtur quidem in loco ex ſe, alia vero mobilia non inueniuntur mota ex ſe,ſed quãdiu mouetur illorũ agens,& mouens, quemadmodum in alteratione,augmẽto,& decremẽ-
C to. licet exiſtimari poſſit hęc quoq; eandẽ diſpoſitionem poſſidere. cernimus.n.corpora cõplura,qñ modiculam alterationẽ ſuſcipiunt ab extra,ipſamet exinde longe plus in alteratione proficiũt, vt corpora, quæ ad exactam ſanitatẽ,aut maximam ægritudinẽ mutant̃ modica motricę cauſa pręſente. attamẽ,ſi alijs motibus diſpoſitio hęc ineſt, poſterius quidẽ,& nõ tã exacte hoc erit, ſicut in motibus ſimpliciũ in vbi. Cauſa vero, qua hæc ſimplicia moueantur in loco ex ſe, qñ ablatum eſt prohibẽs,ſiue ſtatim poſt eorũ generationẽ,ſiue in quouis tẽpore alio, eſt ꝙ leuis,& grauis ſubiectũ perfectũ eſt, & propinquum elementorum ſubſtãtiæ, nigredinis vero, & albedinis ſubiectũ, ſubiectũq; ægritudinis, & ſanitatis lõgius diſtat à ſubſtãtia rei ſuſcipientis ſanitatẽ,& nigredinẽ,& à perfectione. Signũ aũt ꝙ grauitatis,leuitatiſq; ſubiectũ perfectũ ſit,ẽ duplex. Primũ,ꝗ ei perfectior motibus ineſt, videlicet tranſlatio in loco. hic.n.motus gñatione poſterior eſt,& in eẽ prior. nã quibus motus gñatione poſterior, eſt in eẽ prior, Secũdũ, ꝙ hic motus ei cõpetit p ſe. ideo dicunt̃ grauitas,leuitaſq; eſſe, E
aut ipſa elementorũ ſubſtãtia,aut ei ꝓpinquiores, q̃, reliqua accidentia,quę his inſunt diuerſitas igit̃ naturarũ mobiliũ,& diuerſitas naturatũ mouentiũ,ac diuerſitas ipſorum motuũ finis,cauſa eſt,quia ipſi motus varient̃ in ſe.cũ.n. hæc ſimul iũcta ſint,mouent̃ mobilia in perfectionẽ,in quã naturali impetu ferri cõſueuerũt, dũmodo nihil adſit, ꝙ prohibeat. & queadmodũ hæ eędẽ cauſæ cuiq; genitorũ determinatã cauſam formã, determinatã qualitatẽ,& quãtũ determinatũ, pariformi- F
ter cauſæ hę ſunt vt determinatum vbi pertingat. Hęc igitur ſumma eſt eorũ,q̃ Ariſto. edocuit circa cãm, q̃ ſimplicia hæc corpa mouentur, hęc ſurſum,illa deorſum. Themiſti⁹ vero Ariſ. in hoc ſermone incuſat, exiſtimãdo adhuc ſupereſſe de diuerſitate horũ corporũ motus proprias cauſas reddere,& nõ ſufficit vľes corporũ cauſas exponere, quemadmodũ minus ſufficiẽter reſpõdet interrogatus,cur laborãs ſanus euaſerit,

G dicẽs quia san⁹ erit potẽtia, aut qa de eius more est vt moueatur ad sanitatẽ, nil aliud subnectẽdo, vtpote dicẽdo, qa putridũ humorẽ pepulit natura per crisim, aut qa stupidum mẽbrũ incaluit, & id genus causarũ ꝓpinquarũ, quę in huiuscemodi dispõnibus assignari solent, sic dignũ, inquit, fuisset de horũ motuũ causis responsum exhibuisse. Tu aũt, si consyderas, iudicabis forte Themistiũ in hoc heberari, quia. n. hi, quorũ causas quærimus, simpliciũ corporũ motus sunt, ac simpliciũ simplĩces causæ sunt, cõueniẽs fuit has simplices causas simpliciũ rerũ esse proprias, cõtrario modo, quo se ha-
H bet dispositio in rebus compositis, de quib⁹ attulit exemplũ Themistius. compositorũ quippe ꝓpriæ causæ sunt res additæ causis simplicib⁹, vniuersalibusq; necessario. iccirco in simplicibus non inueniuntur causæ, nisi vl'es tantũ, & hæ qdem propriæ illis causæ existunt, compositis vero, & simplices, vniuersalesuẽ, & propriæ causæ accommodantur, vnde ad illorũ notitiã non satis ẽ causas vniuersales exponere, & ꝓprias negligere, & hoc cuicunque parum in his exercitato liqdo cõstare põt.

SVMMA TERTIA.

HÆc summa septẽ ꝯtinet capita. Primũ definit qd graue, & leue simpl'r. Se-
I cundũ cãs assignat, qua aliq̃ cõpositorũ corporũ sint leuiora in vno loco, q̃; aliud corpus, & grauiora eodẽ corpe in loco alio. Tertiũ explanat ĩuẽta eẽ corpa simpl'r grauia, & simpl'r leuia, & q̃ talia sint corpa iuxta ꝑhabita fundamẽta. Quartũ, cãm ostẽdit, q̃ graue dãdũ ẽ simpl'r, & simpl'r leue, & docet hãc eãdem esse causam inuẽtio-
K nis grauis, & leuis fm relationẽ, & ꝓprias illorũ tradit drĩas, q̃ his insunt, ratione materierũ, & formarũ, quibus hęc simplicia corpora quatuor diuersificantur. Quintũ enuntiat ꝙ hęc duo media elẽta grauitatẽ habẽt ĩ loco suo, & ibi nulla inest eis leuitas. Sextũ cãs, q̃s de graui, & leui simpl'r assignauit, declarat, & ꝙ materię cuiusq; illoꝝ intuitu soluũtur dubitationes, contingentes his, qui illorum eãdem materiã esse cõtendunt, quemadmodũ arbitrantur ponentes plenũ, & vacuũ. Seprimũ insinuat ꝙ licet grauis, & leuis causę nõ sint figuræ, queãdmodũ pate-
L factũ ẽ prius grauitati tñ, & leuitati aliqd patrocinij hę ipsę ministrãt. & in hoc huic dictioni finẽ ĩposuit.

Caput Primum.

DIxit, Nostra intentio est leuis, & grauis cõmemorare differentias, quibus hæ duę naturę diuersificantur, & accidentiũ illis contingẽtiũ causas exponere, in quorũ enodationẽ primũ illorũ definitiones, quæ per se apparent manifestæ, ponẽdas duximus, dicendo simpl'r Leue esse, ꝙ oĩbus corporibus supereminet, simpliciter Graue, ꝙ omnibus corporibus substat. Simpliciter appello id, ꝙ nõ dicitur in relatiõe ad quodcũq; extremorum, sicut de
M aqua dicit̃ ꝙ sit leuis respectu terræ, & grauis relatione aeris, sic grauẽ dicimus aerẽ respectu igni⁸, leuẽ respectu aquæ, ꝙ aũt horũ hæ definitiones sint, ex se quidẽ cõstat, ꝙ aũt entia existãt, quibus eiuscemodi definitiones cõgruunt, & quę talia sint corpa, paulo post enitescet. Leue autem, & Graue, quę dicuntur fm relationẽ, definiuntur ꝙ alicui corpori supere-

A supereminẽs est, & alicubi substãs, vti aqua, quæ supereminet terræ, & substat aeri, & igni. Hæ igitur definitiones sunt, quibus Arist. definiuit graue, & leue. Themistio aũt visum est incõuenientius horũ definitionẽ assignari per motũ in sursum, & de orsum, quã per supereminentiã, & substare, eo quod iã existit graue, & leue, licet nõ substet graue, neq; supereemineat leue. cũ ergo Arist. vt videtur, & in præhabitis, & post his duabus definitionibus hęc descripserit, dubitãdũ est, si simplr graue omnibus corporibus substãs est, ergo antequã substat, vtpote terra, non erit B ipsum corpus graue, quod si non fuerit graue, nõ erit in eo inclinatio, &, si ei inclinatio nõ inest, nõ erit mobile in locũ, quo substat. Eodem argumẽto dubitatur de leui. ideo dignius, inquit, est definire simplr leue per hoc, quod est mobile sursum, & simplr graue mobile deorsum. & eiuscemodi quidẽ definitio, inqt, nõ euanescit, dum graue omnibus corporibus substat, & omnibus supereminet leue, quia in proprio loco nec grauitatẽ obtinent, nec leuitatẽ, sed duntaxat dũ extra naturalia sua loca sunt grauitatẽ, leuitatemq; habere dñr. Duobus deniq; ipse huic definitioni. descriptioni vẽ renititur. Primũ ex hoc, quod definitũ inuenitur. nõ inuenta hac definitione, quẽadmodum ignis inuenitur leuis pri⁹, quàm omnibus corporibus supereminens existat, sic & grauis est terra, & nõdũ oĩbus substat. Secũdũ ex hoc, quod hãc definitionẽ sequitur his grauitatẽ, & leuitatẽ inesse, dum sunt ĩ suis locis naturalibus, quod falsum est. Si autẽ definiantur, fm quod ipse ex cogitat, videlicet per motũ, nõ videntur

Themistii opĩo, quæ definitio magis sit eſſentiæ ꝓpri⁹ an ea, q̃ de motũ: an ea; q̃ quiete data est.

geminæ hæ ambiguitates emergere. siquidẽ graue, & leue aufert ab eis, qñ ablatus est motus, quo existẽte existunt & hæc, sicut mos est differentiarũ constituentium, & accidentiũ consequentiũ, quibus rẽ constituimus loco differentiarum. Hęc summa est eorũ, quibus Themisti⁹ D hic Aristotelem redarguit. Nos autem dicamus præscriptas definitiones constitui ex genere, & differentia, quarũ neutra à definito seiũgi potest, quia pars est definiti, vt in Posterioribus ostenditur. quod autem propriæ rei actiones cõstituãtur loco differentiæ in rebus, vbi nõ apparent differentiæ fm se ioiæ, vti ĩ palmæ definitionẽ dicimus ipsam esse arborẽ dactylũ producentẽ. hoc & ibidem ostensum est. Quemadmodum igitur huiusmodi definitiones fieri solent, vbi primũ, perfectũq; definitionũ genus haberi nõ potest, & quando tunc loco differentiæ actio assumitur, nõ est intentio quod hæc ipsa inuẽta sit actu, siquidem interdũ inuenta est actio, quandoque minimæ. differentię aũt, & quod illarum officio funguntur, separari quidem nequeunt: alioqnin non esset palma palma, nisi dũ dactylorũ fructũ producit, si intentio esset in eius definitione dactyli productio actu. quod falsum esse constat, sed ponitur loco naturalis differẽtiæ, de cuius more est vt talis illinc actio proueniat, siue hæc ipsa actio proueniat ab ea semp, siue nõ semper. qua ꝓpter sermo Arist asserens leue esse, quod omnibus supereminet corporibus, intendit, cui⁹ ꝓcliuisas est supereminere, nõ quod sit supereminens actu: quẽadmodum palmę definitionem efferẽdo, quia sit producens fructum dactylo.

E

F

Auerrois opĩo, & solutio rõnũ Themistii.

G ctylorũ nõ est intentio ꝙ dactylorũ
fructũ producat actu: alioquin nõ
esset palma, nisi tẽpore productio-
nis tm̃. Ex hoc itaq; reuincitur non
verũ eẽ hoc definitũ existere, & eius
non inueniri definitionẽ, vt existi-
mauit Themistius. Arbitrari aũt su
pereminere, & profundari nõ eẽ dif-
ferẽtias grauis, & leuis, eo ꝙ elemen
tis nõ inest suis in locis grauitas, &
leuitas, sed proprias illorũ differen-
tias esse motũ, quia inest elemẽtis I
locis, in quibus grauitatẽ, leuitatẽ
obtinent, arbitrari, inquã, sic vacuũ
est, & sermo delinquens: eò ꝙ natu
H ra, de cuius more ẽ profundari sub
omnibus corporibus, aut omnibus
supereminere, dũ in his suis locis ꝑ-
stat, est ipsamet natura, de cuius mo
re est moueri illuc, qñ extra hæc lo
ca fuerit, & vna eadẽ existens, absq;
aliqua diuersitate motũ obtinet ali
quibus in locis, & in alijs quietẽ. Si
ergo per graue, & leue intelligimus
nãm, q̃ ẽ ipsa grauitas leuitasq; quo
nã pacto cẽseri poterit hãc nõ inesse
elementis existentibus in locis suis
naturalibus? Si aũt per id intellexe-
rimus motũ, non nãm, vnde manat
I motus, verificabitur elementa non
habere leuitatẽ, grauitatemq; in lo
cis proprijs, q̃ nõ habẽt motũ. sed ip
se non voluit hic per graue, & leue,
prout appellationẽ habeant à leuita
te, & grauitate dicta de forma, vnde
prouenit motus, sicut in huius di-
ctionis principio cõmemorauim⁹.
Cõclude deniq; & hoc, ꝙ definitio,
qua Arist. terminauit graue, & leue
nõ cogit dari in elemẽtis aliquid, ꝙ
nõ est. & id ſm inconueniẽs fuit, qđ
Themistius huic definitioni ascrip-
sit. Causa aũt, ꝙ grauitas, & leuitas
interdum mouet, interdũ nõ, est, q̃a
quãq; graue, leueq; in potẽtia est sur K
sum, & deorsum, ideo mouet ipsum
ſm ꝙ in potentia est: qñ vero sunt
in proprijs locis actu, tũc nõ mouet:
motus. n. pfectio est rei in potentia.
Definiuit aũt Arist. in huius dictio-
nis principio ipsum graue, & leue,
q̃a eiuscemodi definitio magis ap-
paret inesse elementis, q̃ definitio
secunda, & tñ cõstituit demõstratio
nis principiũ ad hãc descriptionem
secũdã. Antecellit vero hæc defini-
tio descriptionẽ priorẽ, eo ꝙ cũ inue
nerit à natura, quã definire voluit,
geminas prodire actiones, quarum
vna ei inest, dũ inuẽta est suis in lo- L
cis naturalibus, videlicet superemi-
nentia, & profundatio; secunda aũt
dũ in præternaturalib⁹ locis fuerit.
ideo præcedere fecit definitionẽ eo-
rũ, ſm ꝙ sunt in locis naturalibus,
nõ aũt ſm id, ꝙ accidentaliter eis in
est extra loca sua naturalia. iccirco
definitio exposita hic, perfectior est
definitione prima, e conuerso eius,
quod putauit Themistius. Ex his
itaque collige Aristote. sermonem
veridicum, & Themistij contrari sen-
tentiam corruptam existere.

Caput Secundum. M

Dixit, Cùm compositorum cor- 28
porũ diuersitas in grauitate, &
leuitate ex ipsa primorũ corporum
leuiũ, grauiumq; paucitate, & mul
titudine prodeat, dignũ est, primũ
de primis grauib⁹, leuibusq; corpo-
ribus scrutinium facere, quatenus
exinde diuersitatis in leuitate, graui
tateq; compositorũ causas attinge-
re valeamus. quemadmodũ dignũ
esset existimãti causam grauis, & le-
uis in corporibus esse vacuũ, & ple-
num, vt enunciet quid sit vacuum,
& plenum,

A & plenũ, siquidẽ pręcognoscere naturas simpliciũ causa est cognitionis eorũ, q̃ insunt cõpositis, eò q͏ nihil inuenit͏ᷓ in cõpositis, quin eius cã sit in simplicibus. Dixit causa autẽ, 30 qua aliqua corpora in vno locorũ grauiora sunt aliquo alio corpore, & in alio loco leuiora sunt eodẽ, vti trabs centũ talentorum põderis in aere quidẽ grauior est plũbo duoꝝ talentorũ ponderis, quę eodẽ plũbo leuior est in aqua, huius inquã causa est, quia oĩbus primis corporibus inest grauitas, secluso igne, & oĩbus inest leuitas, secluso terra. Terrę aũt inest grauitas in locis tribus, s. in loco ignis, aeris, & aquę, q̃ & quoquo modo grauis est in loco suo ꝓprio.
B vnde nõ absonũ est dicere hanc grauitatem obtinere in locis quatuor. Aqua vero grauis est duob᷑ in locis tm̃, videlicet in loco ignis, & aeris grauitatẽ quoq; hẽt in loco ꝓprio. Aeri aũt estq; grauitas ĩ loco ignis, & quadã ex parte in loco suo proprio. at Igni nulla prorsus, nec extra locum, nec in ipso suo loco grauitas ĩ est, sed tribus in locis leuitatem sibi vendicat, s. in loco aeris, aquæ, & terrę, aeri vero est leuitas in loco aquę,
C & aquę in loco terræ. oĩbus itaq; inest leuitas seclusa terra His stãtib᷑, ꝯñs erit q͏ quicquid compositorum q̃dominio ex partib᷑ terrestribus cõstat, grauitatẽ obtineat ĩ locis trib᷑, nec poterit id in vno loco grauius eẽ aliquo corpe, & in alio loco leuius. in quo aũt principatum obtinet aer magis, q̃ aqua, & terra, illud vtiq; ĩ loco aeris graue est, & in loco aquę leuis. queadmodũ trabs, grauis qdẽ est in aere, quia cõtinet in se terrã, & aquã, q̃ graues sunt in aere. itidẽ leuis est in aqua, quia cõtinet aeris portionẽ exuberantẽ ad portionem D aquæ, & terræ. & ideo hoc cõpositorũ genus, in vno loco grauius eẽ potest, ĩ alio vero loco leui᷑. sicut trabs centũ talentorũ põderis in aere qdẽ grauior est duorũ talentorũ plumbo, & idẽ plumbũ graui᷑ est ĩ aqua trabe. cuius apud Aristo, causa est, q͏ trabs in aere quidẽ ex tribus cõponitur, s. terra, aqua, & aere, quæ quidẽ in aqua confecta est ex duobus tm̃, quapropter hęc ipsa in aere grauior est, q̃ in aqua. Sed iã dubitat ĩ hoc hõ, queadmodũ dubitauit contra Aristo. Themistius, dicens tametsi admiserim᷑ illi terrã, & aquã graues esse in aere, quonã pacto dicere poterimus aerẽ graũe esse in loco suo ꝓprio? si enim esset grauis, esset ei᷑ ĩ eo quies violẽta, & cõplura alia ex hac positione resultãt impossibilia. quę Themistius enumerat. Dicam᷑ igit͏ᷓ Arist. sermonẽ, enuntiantẽ aerẽ grauitatẽ obtinere in loco suo proprio, nõ esse audiendũ, sicut intelligit͏ᷓ sermo, asserens aerẽ tenere grauitatẽ in loco ignis, sed p grauitatẽ innuit ipsam procliuitatẽ, & passionẽ q̃ in eo est, ad moueri deorsum, modico quocũq; patrocinio eueniẽte. iccirco & in proprio sibi loco quoquõ grauitatẽ hẽt magis, q̃ leuitatẽ, eò q͏ magis inclinat͏ᷓ recipere motũ deorsum, q̃ motum sursum. & ideo maior apparet violẽtia in motu ei᷑, q̃ in motu suo deorsum nobis autẽ iudiciũ facit aeri ĩ proprio loco grauitatẽ inesse hoc, qd de inflato vtre existimat͏ᷓ, videlicet quia grauior est inflatus, q̃ non inflatus in aere. At Themistius adductũ testimoniũ recusat, asserẽs inflatũ vtrẽ in aere eodem mõ se habere, sicut non inflat᷑. Mihi vero hucusq; sors non obtulit

Dubitatio Themistij

E

Solutio.

F

huius

G huius rei experimētū, s. inflari vtris in aere æqualis esse grauitatis cum vtre non inflato. manifestū enim est quod aer in vtre moueretur in suo loco deorsum violenter, si posuerimus hunc in suo loco non habere grauitatē. quod si in loco suo moueretur deorsum violenter, retardaretur vtris inflati motus necessario. & hoc, quia tāta aeris, qui ī vtre, portio obstaculo esset partibus terrestribus, & aqueis, q inflato vtri insunt ī suo motu deorsum. at quā aer consentit, vt aliquid graue moueat ipsum deorsum, quia motio aeris in loco suo deorsum fit quidem cū aliquo graui aggrauēte,
H nō ex eo, quod in suo loco habeat grauitatē ad mouere, sicut ei dr graue in loco ignis: alioquin staret in proprio loco violēter, & ideo congrue rei ei esse aquę, & terræ, cū alijs incōuenientibus, q hanc ipsam positionē sequerentur. Secundū hanc ergo intētionē audiēdus est eius sermo, enūtians oīa elemēta in suis locis habere grauitatē, præter ignē quod cùm ignorauerit Themistius multa incōuenientia Aristoteli ascripsit. Sed intelligendū est quod dicere aerē habere grauitatē in loco proprio, & ī loco ignis, æquiuoca appellatione dr impendit. Itidē tenendū est in alio
stinctiõe prima, quęstio 2. tenẽtis quod-
libet ens citra Deum compositum esse ex
actu & potentia, sicut positiuo, & priua-
tino, est magis consona Auer. q̃ via San-
cti doctoris, tenẽtis quodlibet citra Deum
compositum esse ex actu, & potentia, tan
quam ex positiuo, & positiuo.
Octaua cõtradi. est super tex. 35. Philo 2. cę. tex.
sophus, & Cõmẽ volunt ostendere motũ 35.
cęli esse regularem, qa ęqualiter est, & nõ
est velocior in vno loco, q̃ in alio. Huius
tñ oppositũ Aristo. videtur determinasse
in 8. phy. auscultatio. in tex. cõm 84. vbi
conclusit primum motorem esse in ma-
ximo circulo. quia ibi maxime apparet
velocitas motus, qui est effectus eius. Nisi Solutio.
esset, quòd Arist. dictum ibi intelligitur
quantum ad subiectum, hic vero consy-
derat motum ipsum in se, vt est à virtu-
te vniformiter operante, quæ nec inten-
sionem, nec remissionem potest suscipe-
re, cùm sit immaterialis, & vt talis mo-
tus est in æquali tempore.
Nona cõtrad. est super eodem tex. Ari. 2. cę. tex.
vult ꝙ motus proiectorum intẽdatur in 35.
medio. sed motus violentus, vt asserit ma
ximus est in principio. Sed ista repugnãt.
nam motus pĩectorum est violẽtus, si igi
tur motus violẽtus est maximus in prin-
cipio, cũ maximo nõ detur maius, sequit̃
ꝙ motus proiectorum nõ erit maximus
in medio. proiecta eñ aut mouentur im
pulsione, aut expulsione. & patet, ꝙ sit
motus violentus ex 7. physi. tex. cõm. 10.
Nisi esset, ꝙ per pĩecta Philosophus in- Solutio.
tellexit hic animalia, quæ mouẽtur mo-
tu pgressiuo, vt interpretatus est Cõm. ĩ
paraphrasi summa secunda. quæsito quin
to, & 2. cœli. cõm. 35. quare autem motus
animalium appelletur proiectorum mo-
tus, require a Simplicio ibidem.
Decima contradi. est in cõm. 37. Dicit 2. cę. c. 37.
Commen. ꝙ intelligentiæ habent solici-
tudinem erga nos. Huius oppositũ habet
12. meta. 51. Soluitur. secundum ipsum, Solutio.
12. meta cõm. 37. Sermo dicens Deum so
licitari de istis, q̃ sunt hic, quoquo modo
verus est, & quoquo modo falsus. nã ſm
speciem solicitus est, nõ autem secũdum
indiuiduũ. Hoc idem videtur sentire ibi
dem in cõm. 52. & 2. de aĩa, cõ 24. & vide
tur colligi posse etiam de intentione Phi
losophi in proœmio meta tenentis Sapiẽ
tis esse omnia cognoscere vt cõtingit. Se-
cundum autem indiuiduum ista nõ co-
gnoscit. Vnde Commen. super cõm. libri
de diuinatione dicit, quòd in prima Phi
losophia est declaratum, ꝙ intelligentiæ
abstractæ

abstractæ intelligunt naturas vles, & nõ habent virtutem comprehendentẽ intẽtionem particularem & subdit, ꝙ, si intelligerẽt indiuiduum, tũc necessario essent materiales. Pro quo debes scire, ꝙ cognitio singularis mãlis sm Peripateticos repugnat intellectui vnde intelſs est, non ex parte qua singulare est, sed ex parte qua mãle. Nam cũ essentia diuina sit singularissima, & actualissima, non posset intelligi ab intelſu diuino, si singularitas obiecti absolute repugnaret intellectiõi. Dixerunt ergo istam repugnantiã esse ex parte materiæ, quæ habet oppositũ, & diuersum modũ receptiõis ab eo, quod habet intelſs. & ideo posuerunt nullum intelſm omnino à materia separatum aliquod istorũ, quę sunt hic, intelligere. vnde nec intellectus agens teste Auer. 3. de aĩa, cõm. 19. & Them. idem sentit in 3. de aĩa super expositione. tex. 35. Solũ autem illum intelſm materialia ista cognoscere posse dixerunt, qui aliquã cum materialibus habet ligaturam. sicut est intellectus potestatis in nobis. ille eñ diminutus est satis, & infimus in genere abstractorũ, & illi competit intellectio singularis, non vnde intelſs, sed vnde à phãtasmatibus sintelligẽdo depẽdet. Et fuit propter hoc cõtrouersia inter Peripateticos antiquiores, an intelſs noster possit singulare cognoscere, & quis sit modus, quo cognoscit: sicut recitat Cõm. 3. de aĩa cõm. 36. & ideo caueant Burleistæ, & Nominales, tenentes primum cognitũ apud intelſm esse singulare de intẽtione Philosophi, & Cõmen. immo ista via est magis remota ab intentione istorum, q̃ sit cælum à terra. & si dixissent, ꝙ sit primum cognitum à sensu, rectius vtiq; dixissent. Et sic vt redeamus ad propositum nñm, sequitur ꝙ, si intelligentiæ intelligerent indiuiduũ mãle, materiales essent. quia oporteret ꝙ se haberent, sicut homo in intellectione singularis. & sic patet, quõ omnia sunt sub solicitudine & cognitione intelligentiarum sub ratione speciei, & non sub ratione indiuidui. Sed contra istam determinationem instatur. Quia p̃suppono primo, ꝙ intelligẽtia agat per cognitionem. Secundo suppono, ꝙ cõcurrat ad causationem istorũ, quæ sunt hic per propositionẽ famosam: causa vniuersalis plus influit in effectum, q̃ particularis, vt habet Author de causis, & etiam

Digressio de causalitate intelligẽtię, & eius in tellectione.

Philosophus. 8. phyſi. tex. cõm. 38. tunc sic, causalitas intelligẽtiæ terminatur ad singulare, sed nõ terminat ad singulare, nisi mediante cognitione, qa cognitione causat: ergo sua cognitio etiã ad singulare materiale terminatur. Dixerunt quidã ad hoc argm̃, qui sunt magnæ authoritatis viri, ꝙ in plus se extẽdit causalitas: q̃ cognitio: qa alio modo causat, & alio modo cognoscit. Sed istam solõnem nõ potui vnquã intelligere: quia aut volũt absolute causalitatẽ intelligentiæ esse maioris ambitus, q̃ cognitionem, aut in cõparatione. & primũ quidem est falsum: qa intelligentia oĩa cognoscit saltem sub rationibus specificis, nõ tamen oĩa causat, quia seipsam cognoscit, & tñ nõ seipsam causat. Si vero dicunt, ꝙ istud habet locũ in comparatione ad ea, quę sunt hic, quę materialia sunt, & causabilia. Cõtra hoc arguo sic, effectus non potest excedere suam causam: quia tunc sm aliquid sui esset sine causa: oportet igitur, ꝙ adęquet suam cãm, aut saltẽ, ꝙ eam non excedat. tũc sic. cognitio intelligẽtiæ, & velle eius sunt adęquata causa actionis ꝓprię intelligẽtiæ erga inferiora. nã 12. met. cõ. 36. nõ agũt nisi mediãte velle intelligere, ergo tm̃ actio ꝓpria intelligentiæ se extendit, inquãtum se extẽdit sua cognitio: qa aliter effectus, vel quasi effectus suã cãm excederet: quod est impõe, & præcipue in causis adæquatis. Forte dices, ꝙ ideo intelligẽtia aliter causat, & aliter cognoscit, quia cognoscit seipsã, sed causat cũ alio: quia Sol & homo generãt hominẽ. Sed ista est nuga. licet sic sit, tñ ꝓpter hoc non euadis argumẽtum, quia sumo causalitatem propriam intelligentiæ in illo priori, in quo præcedit causalitatẽ materialis agentis. nam licet in eodem instãti temporis moueat primus motor, & secũdus motor in essentialiter ordinatis, tñ motio primi motoris p̃cedit natura motionẽ secũdi motoris: sicut patet. 8. phy. tex. cõ. 35. Et ratio est in promptu ibi. qa motor secũdus non mouet, nisi motus à primo, & non ecõtra: igit̃ motio illa primi motoris est natura prior, quia ista est dispõ prioris naturaliter, vt dicit ibi Cõmen. 1 cõm. cũm aliud fuerit ipsum esse, & nõ ecõtra. & hoc etiam patet. 5. meta. cap. de priori. tũc sic. in isto priori intelligẽtia causat, & nõ nisi cognitione, & desyderio: sed ista non se extẽdunt vsq; ad

singularia: ergo nec sua causalitas. & ideo argumentum iudicio meo cõcludit contra cõsionem. Nisi forte vellent isti ponere aliquam aliam potẽtiam executiuam in intelligẽtijs, aliam ab intellectu, & voluntate, & merito illius dicant causalitatẽ se extẽdere in plus, q̃ se extẽdat cognitio. qđ est multiplicare entia sine necessitate nec hoc vnquã inuẽtum est in Arist. nec in Auerroe, vel aliquo Peripatetico antiquo. Et ideo dico, q̃ causalitas intelligentiæ p se adæquatur suæ cognitioni: sed p accidẽs causalitas excedit cognitionem. Pro quo debes scire, q̃ itelligẽtia & agẽs materiale faciunt vnã causalitatẽ totalẽ respectu singularis effectus, qui producit, quia singularium sunt generationes, tñ effectus singularitatem habet à materiali agente, naturã vero habet ab intelligentia. vnde ab intelligẽtia effectus iste non causatur, nisi vt vniuersalis, quia effectuũ vniuersaliũ causæ sunt vles. 2. physi. 38. ab agente autẽ materiali causatur, vt singularis. intelligentia igitur causat effectũ per se, primo modo vniuersali: sed p accidens sua causalitas ad singularitatem terminatur, pro quãto simul cõcurrit cum signato agẽte ad pductionẽ tertij. Et ista est mens syncera Auer. sup cõ. lib. de diuinatione, vbi facit digressionẽ de causis veri somnij. & in hoc gauisus est multũ animus meus. Esset tñ adhuc speculationis locus, quo intelligantur dicta Auer. volentis intentiones vniuersales esse intellectas ab intelligẽtia. sed istud declarabimus. 12. meta. Domino concedente.

1. cę. cõ. 41. Vndecima contradi. est in cõ. 41. Dicit Cõm. q̃ esse huius corporis nõ est sensibile, sed ratione cõprehẽditur. Oppositũ dixit. 2. cęli cõ. 5. Solutio. Sẽsibile apud Auer. est nomen multiplex. Quãdoq; sumitur pro tãgibili, & isto modo sumitur. 3. phy. cõ. 48. vbi exponit sensibile pro tãgibili, qñ Philosophus dixit omne corpus sensibile habet vbi. & etiã hoc modo sumpsit 3. cęli. cõ. 68. & sic etiã sumitur. 2. de generatione, tex. cõ. 7. Quandoq; aũt sumitur sensibile p naturali. & sic sumitur in procemio Auer. sup. 1. phy. dum dicit. Res sensibiles sũt substãtia istius artis. Quãdoq; sumitur pro mobili. Et qñque pro sensibili sensu quolibet. & sic sumit. 2. de aĩa plerũq;. Qñq; vero pro sensibili sensu visus tñ. & sic dicit Cõm. 3. phy. 48. corpus cœleste esse sensibile sensu visus. Dicam⁹ ergo, q̃, si quæratur absolute an cęlũ sit sensibile, dicendũ q̃ est bñ sensibile, si p naturali supponat: similiter si pro sensibili sensu visus. non aũt est sensibile, si pro tãgibili, vel alio sensu pceptibili supponat. Quantũ ad intẽtionẽ Auer. hic sensibile capit pro eo, quod distinguit cõtra illud, quod est p rõnẽ inuestigabile discursiue. vñ pro tãto dicit Cõ. hic q̃ esse istius corporis, s. cęlestis non est sensibile, sed p rationẽ cõprehenditur, qa esse eius est esse neutrum, qa videlicet neq; graue, neque leue. Et q̃ cęlũ sit istius naturæ, agnitiue hoc fuit cognitum, à posteriorib⁹ pcedẽdo, nõ aũt simplici cognitione sensitiua hoc cognosci potest: licet illa ad hoc sit occasio, & origo: sic modo applica, & dic cõsequenter ad cõtradictionis formam.

Duodecima cõtradi. est in cõ. 42. Dicit Cõm. q̃ in substantijs quidquid generatur, generatur ab vniuoco. Oppositũ patet ibidẽ de igne, q̃ ex motu generatur, & de genitis p putredinẽ. 7. meta. 28. & 51. Nisi esset, q̃ illud habet locum in substãtijs pfectis, cuiusmodi non est ignis: nam ſm ipsum, 3. cęli. cõ. 67. elemẽta sunt media inter substãtiam, & accidens. Similiter habet locũ in generabilibus, gñatione non cessabili, cuiusmodi non sunt aĩalia generata ex putredine, quia mus genitus p putredinẽ, aut nõ generat, aut aliud generat, qđ nõ est mas, neq; fœmina 1. de generatione aĩaliũ cap. 1. & 16. Et sic glosat Cõm. istã propositionẽ. 7. met. 28. Habet etiã alias glosas, de quibus vide. 12. met. cõ. 24. & i limitationib⁹ nr̃is satis dixim⁹. 1. cę. c. 42. Solutio.

Decimatertia contradi. est in eodẽ cõ. 42. Dicit q̃ corpora cęlestia non agũt frigiditatem. Huius tñ oppositũ ipse sentit, 2. ca. de substãtia orbis. Solutũr. hic loquitur ex sententia propria. Nam ſm ipsum corpora cęlestia non cõcurrunt ad frigiditatem, nisi priuatiue & cõparatiue: quia vt ipse habet. 2. cęli, cõ. 94. remotio à motu cęli dat grauitatem, & quietẽ, & frigiditatem, sicut vicinitas dat leuitatẽ caliditatem & motum. Thomas aũt nititur improbare illã opinionem rationib⁹ satis apparentibus, de quibus diligẽs Auerroista cõsyderet in 2. cap. de substãtia orbis loquitur ſm Astrologos. vnde ibi dicit, considerãtes autem in scientia astrorum longo tempore, vere dicunt. 2. cœ. cõ. 42. Solutio.

Decimaquarta cõtrad. est in cõ. 51. Dicit q̃ sphæra habet nãm, vt moueatur ſm partes, 2. cę. cõ. 51.

partes, & non ſm totũ. Huius oppoſitũ dixit. 4. phy. 45. contra Themiſtiũ. Soluitur.
Solutio. ſphæra mouetur ſm partes quãtũ ad formam, & ſubiectum, ſed ſm totũ nõ mutat locũ ſm ſubiectum, ſed ſolum ſm formã: corpora aũt recta ſm totum mutare locum poſſunt, & ſm formam, & ſm ſubiectum: & ideo hoc proprium eſt ſoli ſphærico corpori taliter moueri. Aut dicas, ꝙ loquitur ſm Themiſtium. ſed prima ſolutio magis placet.

2. cę. cõ. 59. Decimaquinta contradi. eſt in cõ. 59. Dicit Cõm. ꝙ demõſtrationes mathematicæ nõ ſunt miſcẽdæ naturalibus. Huius oppoſitũ dicit. 3 meteor. cõ. 1. vbi dicit, ꝙ cauſæ iridis poſſunt ex vtraq; ſcientia aſſignari.
Solutio. Rñdetur ꝙ dictum ſuũ eſt verũ hic, ꝙ nõ ſunt inuicem miſcendæ rõnes nãles cum mathematicis, niſi forte in caſu, quo cauſis mathematicis accidit, ꝙ ſint ꝓpinquæ cauſæ rerũ naturaliũ, ſicut dicit Cõm. 8. phy. cõ. 76. Ratio aũt eſt: qa vnaquæq; ſcientia ex ꝓprijs medijs demonſtrat. 1. poſterio. vnde Philoſophus plerũq; damnat Pythagorã, & Platonẽ, & ſequaces, q voluerunt aſſignare cauſas mathematicas loco cauſarũ nãliũ reſpectu ſenſibilium effectuũ. Vnde. 3. cœli, cõm. 61. Amor magiſtri, & Geometriæ fecerũt Platonem errare: quia credebat res Geometriæ eſſe principia ſenſibiliũ. & 1. meta. cõ. 21. cõtingit Antiquis, ꝙ non dicunt ſermones cõuenientes, & cauſas cõuenientes, qa intromiſerunt ſe dare cauſas rerum mobiliũ ex non mobilib⁹. Idẽ 1. meta. tex. cõ. 19. & 3. meta. cõ. 2. Quòd aũt allegaſ in oppoſitum authoritas eius in 3. meteo. dicendũ, ꝙ illud nõ mouet: qa ipſemet Auer. in illa mã ſe retractauit, in cõ. vlti. illius tertij contra Auenetan. licet illa retractatio videatur cõtra Ariſt. 1. poſte. tex. c. 30. Et quicquid ſit de hoc, poteris tute dicere, ꝙ in cõm. 1. qñ dixit cauſas iridis poſſe ex ſcientia mathematica aſſignari, hoc dixit ex opinione Auenetan. aliter. n. nõ ſeipſum retractaſſet in fine illius tertij & quõcunq; ſit, poſteriori bus dictis magis debemus credere. Ex quo patet, ꝙ oẽs rationes Calculatorum in naturalibus applicatę nullius ſunt roboris, cum tranſcendant cauſas naturales.

2. cę. cõ. 59. Decimaſexta contradic. eſt in eodẽ cõ. Dicit Cõ. corpora cœleſtia eſſe eiuſdẽ ſpeciei. Oppoſitũ huius habet i ca. de ſubſtãtia orbis.
Solutio. Soluit. ſpecies duplex, analogice dicta, & vniuoce. corpora cœleſtia ſunt eiuſdẽ ſpeciei analogę, non aũt vniuocę, ſed vt ſic ſunt diuerſarũ ſpecierũ. Colligitur diſtinctio iſta ex Auer. in 2. cœ. cõ. 49. & etiã ſolo ibi patet. Vnde etiã conſueui dicere duplex eſſe genus, vniuocũ, & analogũ. patet p Auer. 1. de aĩa, cõ. 7. & 2. de aĩa, cõ. 30. & 3. de aĩa, cõ. 4. & 4 met. cõ. 2. & 5. meta cõ. 4. Et ſic cõſueui dicere ſm Auer. ens eſſe genus analogum, & habere analogas differẽtias. vnde. 1. de aĩa, cõ. 6: dixit actus & potentia ſunt differentiæ valde oppoſitæ entis & circuũt oẽ genus.

Decimaſeptima cõtradi. eſt ſup te. 63. Scribit Philoſophus, ꝙ illud, qd optime ſe habet, non indiget actione. & ita vĩ ꝙ Deus glorioſus effectiue nõ mouet aliquẽ orbem: cuius oppoſitũ eſt demõſtratum in 8. phy. tex. cõ. 79. & in 84. vbi oſtendit ipſum eſſe in maximo circulo, qa ibi maxime apparet motus velocitas, q eſt effectus eius. Iohannes de Ianduno, & multi ex hoc loco eliciunt Deum non mouere effectiue ſm Ariſt. & ita dicit etiã Cõm. conuiſſe. nam 2. cęli cõ. 62. dicit ꝙ illud, quod acquirit perfectã nobilitatem ſine actione, eſt intellis abſtractus. Sed iſta poſitio ſtare non poteſt, quia hoc eſt cõmune Deo, & alijs abſtractis ſubſtantijs, quę ſuam nobilitatẽ habent ſine actione. nã, vt inquit Cõm. talia ſunt, quæcũq; ita ſe habent, ꝙ actio eorum eſt ſubſtãtia eorũ, & hoc etiã conſentiat in cõ. 65. vbi ponit ꝙ sũt tres fines, quorũ vnus eſt nobilitas ſimplex, quæ nõ acquiritur p oppoſitionem, & iſta eſt in ſubſtantijs abſtractis: & ſecũdus eſt nobilitas ꝓpinqua ſimplici, & iſta acquirit diuerſis actionib⁹, & ſunt ordines, & iſta eſt i orbib⁹, & nobilitas diminuta, q acquiritur paucis actionibus, & eſt in rebus iſtis, q ſunt apud nos. Cõ. 66. vbi ponit quatuor ordines entiũ, dicit primũ ordinem eſſe eorum, quæ comprehẽdunt nobilitatẽ perfectã ſine operatione, & iſta sũt entia abſtracta. Et ita, ſi opinio iſtorũ vera eſſet, ſequeret ꝙ null⁹ orbis moueretur effectiue ab intelligẽtia, ſed oporteret ponere aĩam imaginatiuã. vt Aui. poſuit. Dic igitur ſententiam Philoſophi fuiſſe, id, quod optime ſe habet, non indigere actione diſtincta à ſuimet ſubſtãtia, p quam ſuam nobilitatem ſortiatur. actio enim in talibus eſt propter ſuam ſubſtantiã, & non econtra. ſecundi phy. 88. & nobilitas iſtorum bene conſiſtit 2. cę. tex. 63. Solutio.

ftis in actione prima, q̃ eſt idẽ cũ ſuimet ſubſtãtia Deus em̃ eſt vna intellectualis, & ſemp actu intelligit, & intellectio eius eſt ſubſtantia eius, & ita nobilitas eorum eſt in ſeipſis. ſed motus, q̃ eſt actio diſtincta ab eſſentia, nõ eſt quã intelligẽtia, & Deus perficiantur. immo ſequitur ex ſua pfectione, & bonitate, & talis prima intellectio eſt ꝓpter ipſas, & ſecũdaria intellectio ꝓpter iſta, q̃ ſunt hic, vt patet 2. cœli. 17. & 11. cõ. & 12. meta cõ. 36. Inferiorũ vero nobilitas cõſiſtit in eorum actione. quæ eſt diſtincta a ſuimet ſubſtãtia, quia talia per motum & generationem participant immortale & diuinum eſſe, ſecundum quod poſſunt, vt diximus

2. cç. cõ. 83. Decimaoctaua contradi. eſt in cõm. 83. Dicit Cõm. ꝙ corpora nãlia habent motum ꝓpriũ eodem modo. Sed huius oppoſitum inuenimus in ipſo. 2 phy cõ. 3, vbi vult definitionẽ naturæ nõ vniuoce dici de oĩbus, & 1. cœli. cõ 5. & 2. cœ. 3. & 71. Cõm. idem dicit.
Solutio. Soluitur. hic loquiť ad hominẽ: quia arguit cõtra Antiquos, & loquiť de elementis. nam ibi loquitur de quiete terræ: ſimplr igitur ſumẽdo corpora, non ſunt nãlia eodem modo vniuoce dicto: tñ ſumendo corpora elementalia tm̃, ſic talia ſunt naturalia eodem modo. Et ideo dicit Cõm. in 2. cœli, cõ. 3. ꝙ motus cœli non eſt nãlis, ſicut motus elementorum: quia non dicitur definitio naturæ vniuoce, ſed ſecũdum prius, & poſterius. 2. phy. commen. 3.

2. cç. cõ. 95. Decimanona cõtradi. eſt in cõ. 95. Inquit Cõm. elemẽta non habent quãtitatem terminatam. Huius tñ oppoſitũ dr, 2 de aĩa, tex. cõmen. 41. omnium natura conſtantium, &c. Si teneremus opinionẽ Ægidij Romani ponentis nõ dari minima ex parte formæ in ſimplicibus, ſicut quidã tenent etiã in via Auer. facile eſſet tollere iſtam contradictionem. tñ Cõm. 6. phyſi. cõ. 49. vult ponere minimum, tam in formis ſimplicibus, q̃ compoſitio. Niſi gloſaretur quantum ad ſubiectũ ipſum. Sed quidquid ſit de hoc dico, ꝙ præſens authoritas non eſt contra ponentes minima. quia Commentator noluit dicere ibi ꝙ elementa non habent quãtitatem determinatam: quia videlicet non datur minimũ, vel maximũ in eis: ſed illud dixit, ꝙ talia non conſiſtunt in pũcto, & in indiuiſibili & illud fuit de intentione eius ibi, ſicut patet conſyderanti.

SOLVTIONES Contradictionum in dictis Ariſt. & Auerrois.

Super tertio de Cœlo.

Prima cõtradi. eſt in cõm. 6. Scribit Cõ ꝙ Naturalis dicit, ꝙ magnitudo eſt diuiſibilis in ſemper diuiſibilia. Huius tamen oppoſitum dicit. 4. phy. 72. vbi dicit. ꝙ linea mathematica eſt diuiſibilis in infinitum, nõ autem linea terreſtris. Soluitur. magnitudo nãlis dupl'r poteſt conſyderari. Vno modo, vt eſt in materia prima abſolute, & vt ſic Naturalis dicit ipſam in infinitũ eſſe diuiſibilem, quia diuiſio in infinitum in cõtinuo inſequitur mãm, & ex parte materiæ eſt infinitudo, ex parte formæ finis & complemẽtum. & iſta fuit ratio, quare magnitudo diuiſibilis eſt in infinitũ, nõ autem augmentabilis, quia diminutio inſequitur materiam, & augmentũ inſequitur formam, & actum, & perfectionẽ. Alio modo poteſt magnitudo naturalis conſyderari, vt eſt in aliqua materia ſenſibili, exiſtente ſub aliqua forma determinata. & ſic terminata eſt apud Naturalem, ſic patet concordia. Poteſt etiam ſolui, ꝙ Naturalis dicit, ꝙ magnitudo eſt diuiſibilis in ſemper diuiſibilia, nõ quia probet continuum eſſe diuiſibile in infinitum, ſicut aliqui tenent ſed qa ꝓbat, ꝙ magnitudo non eſt cõpoſita ex indiuiſibilibus, ſicut 3. phy. diximus diffuſe ex intentione Cõm. ſuper cõmen. 31. 3. cç. cõ. 6. Solutio. Alia ſolo.

Secunda contradic eſt in tex. 15. Dicit Philoſophus, & Cõm. ꝙ impoſſe eſt inueniri corpus, quod nõ ſit elemẽtum, neq; ex elemẽtis compoſitum. Sed opponebã de orbe cœleſti, qui neq; elementũ eſt alicui, neq; ex elemẽtis cõſtitutum. Soluiť. Ariſt. ibi contra Platonem, ponebat corpora cõponi ex ſuperficiebus. vnde ad hominem loqtur, ꝙ illa opinione data ſequitur aliquod corpus ex ſupficiebus taliter componi, ꝙ neq; elemẽtum eſt, neq; ex elemẽtis cõponitur, vt patet ibi ex deductione. Cœlum autẽ reſpectu vniuerſi bñ eſt elemẽtum compoſitionis tm̃, immo vocatur primum elementum. 3. cœli ad principium. & 1 cœli te. c. 95. tribus. n. entibus corporalibus elemẽtis, nulli tñ cœlum eſt elementum per alterationẽ. 3. cç. t. 15. Solutio.

Tertia

3.cç.cō. 17. Solutio. Tertia cōtradi.eſt in cōm. 17. Dicit, ꝙ Plato nihil ſciuit de materia. Huius oppoſitum dixit ipſe. 1. phy. cō. 81. Soluit ꝙ nihil ſciuit de prima mā, ita ꝙ quiditatē eius, ſeu naturā cognouerit. nā ſolus Ari. cognouit naturā eius. ſed ante ipſum nullus magis appropinquauit ad veritatem, ꝗ ipſe Plato & ſic in comparatione ſciuit, & tamen ſimpliciter ignorauit.

3. cœ. cō. 51. Quarta cōtradi.eſt in cō. 51. Dicit Cō. compoſitum nō differre ab elemētis, niſi quātitate. Huius tñ oppoſitū expreſſe habet ipſe in cō. 60. 7. meta, vbi dicit, ꝙ caro nō eſt terra, & ignis, ex qbus cōponitꝰ, ſed eſt aliquid additum. Solutio. Soluitur. ꝙ dictū ſuum in hoc loco non eſt ex intentione Philoſophi, nec de intentione ſua, ſed illud ſeqtur ad hominē, cōtra quē arguit.

3.cç.cō. 55. Quinta cōtradi.eſt in cō. 55. Dicit corpꝰ mathematicū nō eſſe in loco. Huius oppoſitum patet. 4 phy. 76. & 47 & 1. de generatione cō. 44. Solutio. Soluitur. corpus mathematicum eſt i loco ſm imaginationem, non eſt in loco ſm rem. Solutio eſt Auer. 4. phy cōm. 47. in fine commenti.

3.cç. cō. 67. Solutio. Sexta contradi.eſt in cōm. 57. Dicit ꝙ ignis habet ambas qualitates in fine. Huius oppoſitum tenet. 4. meteo. cō. 10. Soluitur: veritas eſt iſta, in elemēto ſimplici ambæ ſunt in fine: aliter non eſſet ſimplex, præcipue ſm ipſum, qui tenet tātam eſſe conneхionem inter qualitates elemētorum, & ſuas formas. ꝙ dixit eas intendi, & remitti ad intenſionem & remiſſionem ſuarum formarum qualitatiuarum. Quomodo autem intelligatur dictum eius. 4. meteo. cō. 10. diximus ſuper cōm. 54. primi phyſi. diffuſe, & ibi videbis, quia nunc ad alia properamus.

SOLVTIONES contradictionum in dictis Auerrois,

Super quarto de Cœlo.

4.cç. cō. 32. PRima contrad.eſt in cōmen. 34. Dicit Auer. ꝙ ignem eſſe demōſtrat Philoſophus ibi, licet ſit ſpecies, & pars ſubiectiua illius libri. Oppoſitum habetur ab ipſo. 2. de anima, cōm. 27 & 6. meta. cōm. 1. vbi habet, ꝙ neq; ſubiectum, neq; partes ſubiectiuę ſubiecti poſſunt demonſtrari in ſcientia. Dicūt Moderni, ꝙ ideo ſubiectum in ſcientia non poteſt demonſtrari, quia eſt primo notū in ſcientia, & eſt id, quò cætera certificātur. nihil enī eſt in ſcientia, quo ſubiectū in ſcientia certificari poſſit. ſpecies vero ſubiecti, quia ſunt omnibus modis idem cum ſubiecto, & ſubiecti exiſtentia, eſt vna cum eſſe ſpecierū: ideo nec ipſę aliquo pacto demonſtrari poſſunt. ſed principia ſubiecti habent aliquid notius, ſaltem quò ad nos, vt ſubiectum ipſum, & partes eius, & alia multa virtute primi ſubiecti, quia igitur ſubiectum nō poteſt notificari ꝑ aliquid prius eo in ſcientia, quia eſt primum: nec per aliquid poſterius, quia omne poſterius certificatur per ipſum, tāquam per primo notum in ſciētia: igitur eſt indemōſtrabile. Et licet nos fecerimus prolixam ſatis qōnem de hac materia, quantum autem ſpectat ad pręſens, non videtur mihi, ꝙ iſta opinio ſit vera. quod. n. dr̄ ꝙ ſubiectum non poteſt notificari, nec à priori, nec à poſteriori, quia non habet aliquid notius, dico, ꝙ hoc falſum eſt quantum eſt merito iſtius cauſæ. Nam principia ſubiecti ſunt priora naturæ, & notiora, ꝗ ſit ſubiectum, ſicut cauſa reſpectu cauſati. paſſiones etiā ſubiecti, præcipue in rebus ſenſatis, notiores ſunt quò ad nos ipſo ſubiecto vt in pluribus: ſicut effectus, vt in pluribus in talibus apud nos ſunt notiores. 1. phyſi. tex cō 2. Ratio igitur ꝙ ſubiectum ſcientiæ indemonſtrabile ſit præciſe eſt ex ſua ratione formali, qua eſt ſubiectum, cum de illo oportet præſupponere quid, & qa. & non eſt aliqua alia ratio, quia videlicet non habeat prius, nec poſterius, quo ſic, vel ſic certificari queat. vnde quęlibet ſcientia debet concedere ſuum ſubiectū eſſe, vel quia illud eſt notum in ſe, vel quia accipitur tāquam notū ab alia ſciētia, in qua declaratum fuit, ſicut dicit pulchre Cōm. in cō. vltimo primi phyſi. & hoc nulla alia ratione fit, niſi ex rōne ſua formali qua ſubiectum eſt. ſubijci. n. illud oportet in ſcientia tāquam baſim, & fundamentum totius ſcientiæ. Illud vero, quod dicit poſitio de partibus ſubiectiuis, prorſus error eſt. quia licet eſſe, & exiſtentia ſubiecti, & partium ſubiectiuarum eadem ſint, ſtat tñ vnum eorū notum eſſe, & aliud ignorari. ſicut licet eadem ſubiecto ſint primus motor, &

Digreſſio cōtra Modernos de ſubiecti, & partiū ſubiectiuarū, & ipſius principijs demonſtratione.

ftis in actione prima, q̃ eſt idẽ cũ ſuimet ſubſtãtia Deus eĩn eſt vita intellectualis, & ſemp actu intelligit, & intellectio eius eſt ſubſtantia eius, & ita nobilitas totum eſt in ſeipſis. ſed motus, q̃ eſt actio diſtincta ab eſſentia, nõ eſt quã intelligẽtia, & Deus perficiantur. Immo ſequitur ex ſua pfectione, & bonitate, & talis prima intellectio eſt ꝓpter ipſas, & ſecũdaria intellectio ꝓpter iſta, q̃ ſunt hic, vt patet 2. cęli. 17. & 11. cõ. & 12. meta cõ. 36. inferiorũ vero nobilitas cõſiſtit in eorum actione. quæ eſt diſtincta a ſuimet ſubſtãtia, quia talia per motum & generationem participant immortale. & diuinum eſſe, ſecundum quod poſſunt, vt diximus

1. cę. cõ. 83. Decimaoctaua contradi. eſt in cõm. 83. Dicit Cõm. ꝙ corpora nãlia habent motum ꝓpriũ eodem modo. Sed huius oppoſitum inuenimus in ipſo. 2 phy cõ. 3. vbi vult definitionẽ naturæ nõ vniuoce dici de oĩbus, & 1. cœli. cõ 5. & 2. cœ. 3. & 71. Cõm. idem dicit. Solutur. hic loquiť ad hominẽ: quia arguit cõtra Antiquos, & loquiť de elemẽtis. nam ibi loquitur de quiete terrę: ſimplr igitur ſumẽdo corpora, non ſunt nãlia eodem modo vniuoce dicto: iñ ſumendo corpora elementalia tñ, ſic talia ſunt naturalia eodem modo. Et ideo dicit Cõm. in 1. cœli, cõ. 5. ꝙ motus cęli non eſt nãlis, ſicut motus elementorum: quia non dicitur definitio naturæ vniuoce, ſed ſecũdum prius, & poſterius. 2. phy. commen. 3.

Solutio.

1. cę. cõ. 91. Decimanona cõtradi. eſt in cõ. 95. Inquit Cõm. elemẽta non habent quãtitatem terminatam. Huius tñ oppoſitũ dr, 2 de aĩa, tex. cõmen. 41. omnium natura conſtantium, &c. Si teneremus opinionẽ Ægidij Romani ponentis nõ dari minima ex parte formæ in ſimplicibus, ſicut quidã tenent etiã in via Auer. facile eſſet tollere iſtam contradictionem. iñ Cõm. 6. phyſi. cõ. 49. vł ponere minimum, tam in formis ſimplicibus, q̃ compoſito. Niſi gloſaretur quantum ad ſubiectũ ipſum. Sed quidquid ſit de hoc dico, ꝙ præſens authoritas non eſt contra ponentes minima. quia Commentator noluit dicere ibi ꝙ elementa non habent quãtitatem determinatam: quia videlicet non datur minimũ, vel maximũ in eis: ſed illud dixit, q̃ talia non conſiſtunt in pũcto, & in indiuiſibili & illud fuit de intentione eius ibi, ſicut patet conſyderanti.

SOLVTIONES
Contradictionum in dictis
Ariſt. & Auerrois.

Super tertio de Cœlo.

Prima cõtradi. eſt in cõm. 6. Scribit Cõ. ꝙ Naturalis dicit, ꝙ magnitudo eſt diuiſibilis in ſemper diuiſibilia. Huius tamen oppoſitum dicit. 4. phy. 72. vbi dicit. ꝙ linea mathematica eſt diuiſibilis in infinitum, nõ autem linea terreſtris. Soluitur. magnitudo nãlis duplr poteſt conſyderari. Vno modo, vt eſt in materia prima abſolute. & vt ſic Naturalis dicit ipſam in infinitũ eſſe diuiſibilem, quia diuiſio in infinitum in cõtinuo inſequitur mãm, & ex parte materiæ eſt infinitudo, ex parte formæ finis & complemẽtum. & iſta fuit ratio, quare magnitudo diuiſibilis eſt in infinitũ, nõ autem augmentabilis, quia diminutio inſequitur materiam, & augmentũ inſequitur formam, & actum, & perfectionẽ. Alio modo poteſt magnitudo naturalis conſyderari, vt eſt in aliqua materia ſenſibili, exiſtente ſub aliqua forma determinata. & ſic terminata eſt apud Naturalem, ſic patet concordia. Poteſt etiam ſolui, ꝙ Naturalis dicit, ꝙ magnitudo eſt diuiſibilis in ſemper diuiſibilia, nõ quia probet continuum eſſe diuiſibile in infinitum, ſicut aliqui tenent ſed qa ꝓbat, ꝙ magnitudo non eſt cõpoſita ex indiuiſibilibus, ſicut 13. phy. diximus diffuſe ex intentione Cõm. ſuper cõmen. 31. 3. cę. cõ. 6.

Solutio.

Alia ſolu.

Secunda contradic eſt in tex. 13. Dicit Philoſophus, & Cõm. ꝙ impoſſe eſt inueniri corpus, quod nõ ſit elemẽtum, neq; ex elemẽtis compoſitum. Sed opponebã de orbe cęleſti, qui neq; elementũ eſt alicui, neq; ex elemẽtis cõſtitutum. Soluiť. Ariſt. ibi contra Platonem, ponebat corpora cõponi ex ſuperficiebus. vnde ad hominem loqtur, ꝙ illa opinione data ſequitur aliquod corpus ex ſupficiebus taliter componi, q; neq; elemẽtum eſt, neq; ex elemẽtis cõponitur, vt patet ibi ex deductione. Cœlum autẽ reſpectu vniuerſi hñ eſt elemẽtum compoſitionis tñ, immo vocatur primum elementum. 3. cęli ad principium. & 1 cęli te. c. 91. tribus. n. entibus corporalibus elemẽtis, nulli tñ cęlum eſt elementum per alterationẽ. 3. cę. t. 13.

Solutio.

Tertia

3.cc.cõ. 17. Tertia cõtradi. est in cõm. 17. Dicit, q Plato nihil sciuit de materia. Huius oppositum dixit ipse. 1. phy. cõ. 81. Soluit. q nihil sciuit de prima mã, ita q quiditaté eius, seu naturã cognouerit. nã solus Ari. cognouit naturã eius. sed ante ipsum nul lus magis appropinquauit ad veritatem, q̃ ipse Plato & sic in comparatione sciuit, & tamen simpliciter ignorauit.

Solutio.

3. cc. cõ. 51. Quarta cõtradi. est in cõ. 51. Dicit Cõ. compositum nõ differre ab elemẽtis, nisi quãtitate. Huius rñ oppositũ expresse habet ipse in cõ. 60. 7. meta, vbi dicit, q caro nõ est terra, & ignis, ex qbus cõponit, sed est aliquid additum. Soluitur. q dictũ suum in hoc loco non est ex intentione Philosophi, nec de intentione sua, sed illud sequitur ad hominẽ, cõtra quẽ arguit.

Solutio.

3. cc. cõ. 55. Quinta cõtradi. est in cõ. 55. Dicit corp⁹ mathematicũ nõ esse in loco. Huius oppositum patet. 4 phy. 76. & 47 & 1. de generatione cõ. 44. Soluitur. corpus mathematicum est i loco ſm imaginationem, non est in loco ſm rem. Solutio est Auer. 4. phy cõm. 47. in fine commenti.

Solutio.

3. cc. cõ. 67. Sexta contradi. est in cõm. 57. Dicit q ignis habet ambas qualitates in fine. Huius oppositum tenet. 4. meteo. cõ. 10. Soluitur. veritas est ista, in elemẽto simplici ambæ sunt in fine: aliter non esset simplex. præcipue ſm ipsum, qui tenet tãtam esse connexionem inter qualitates elemẽtorum, & suas formas. q dixit eas intendi, & remitti ad intensionem & remissionem suarum formarum qualitatiuarum. Quomodo autem intelligatur dictum eius. 4. meteo. cõ. 10. diximus super cõm. 54. primi physi. diffuse, & ibi videbis, quia nunc ad alia properamus.

Solutio.

SOLVTIONES contradictionum in dictis Auerrois,

Super quarto de Cœlo.

4. cc. cõ. 32. PRima contrad. est in cõmen. 34. Dicit Auer. q ignem esse demõstrat Philosophus ibi, licet sit species, & pars subiectiua illius libri. Oppositum habetur ab ipso. 2. de anima, cõm. 27 & 6. meta. cõm. 1. vbi habet, q neq; subiectum, neq; partes subiecti, neq; subiecti possunt demonstrari in scientia. Dicũt Moderni, q ideo subiectum in scientia non potest demonstrari, quia est primo notũ in scientia, & est id, quo cætera certificatur. nihil enĩ est in scientia, quo subiectũ in scientia certificari possit. species vero subiecti, quia sunt omnibus modis idem cum subiecto, & subiecti existentia, est vna cum esse specierũ: ideo nec ipsæ aliquo pacto demonstrari possunt. sed principia subiecti habent aliquid notius, saltem quò ad nos, vt subiectum ipsum, & partes eius, & alia multa virtute primi subiecti, quia igitur subiectum nõ potest notificari p aliquid prius eo in scientia, quia est primum: nec per aliquid posterius, quia omne posterius certificatur per ipsum, iãquam per primo notum in sciẽtia igitur est indemõstrabile. Et licet nos fecerimus prolixam satis sõnem de hac materia, quantum autem spectat ad præsens, non videtur mihi, q ista opinio sit vera. quod. n. dr̃ q subiectum non potest notificari, nec à priori, nec à posteriori, quia non habet aliquid notius, dico, q hoc falsum est quantum est merito istius causæ. Nam principia subiecti sunt priora naturæ, & notiora, q̃ sit subiectum, sicut causa respectu causati. passiones etiã subiecti, præcipue in rebus sensatis, notiores sunt quò ad nos ipso subiecto vt in pluribus: sicut effectus, vt in pluribus in talibus apud nos sunt notiores. 1. physi. tex. cõ. 2. Ratio igitur q subiectum scientiæ indemonstrabile sit præcise est ex sua ratione formali, qua est subiectum, cum de illo oportet præsupponere quid, & qa. & non est aliqua alia ratio, quia videlicet non habeat prius, nec posterius, quo sic, vel sic certificari queat. vnde quęlibet scientia debet concedere suum subiectũ esse, vel quia illud est notum in se, vel quia accipitur tãquam notũ ab alia sciẽtia, in qua declaratum fuit, sicut dicit pulchre Cõm. in cõ. vltimo primi physi. & hoc nulla alia ratione fit. nisi ex rõne sua formali qua subiectum est. subijcit. n. illud oportet in scientia tãquam basim, & fundamentum totius scientiæ. Illud vero, quod dicit positio de partibus subiectiuis, prorsus error est. quia licet esse, & existentia subiecti, & partium subiectiuarum eadem sint, stat th̃ vnum eorũ notum esse, & aliud ignorari. sicut licet eadem subiecto sint primus motor, &

Digressio cõtra Modernos de subiecti, & partiũ subiectiuarũ, & ipsius principijs demonstratione.

prima forma, tñ rationibus distinguunt, & stat vnum sub vna ratione cognosci, & ignorari, s m aliam. Et hoc verificatur in plerisq; exemplis. vnde patet, q ignis est pars subiectiua in libro de coelo, cuius subiectum adæquatum est corpus simplex siue vniuersum, vt aliis placuit, & tñ demonstratur non obstante identitate eadem. & existentia cum subiecto suo, cui subijcitur. vnde 2. de aia, demonstratur esse sensus cõis, & 3. de aia demonstratur esse intellectus possibilis, & esse intellect* agentis, licet sint de potentijs aiæ, quas species, & ptes subiectiuas appellat Cõm.

Limitatio ppositionis Auer. Dicamus ergo q propositio Auer. non est vniuersaliter vera, q species subiecti in scientia non possunt demonstrari, nec à priori, nec à posteriori, sed solum hoc verificatur, vt in pluribus. sed fallit quãq;, & hoc, qñ tales fuerint ignotæ. & hoc est, quod ipse dixit in 2. de aia in principio cõ. 29. inquit. n. Quia vult ponere hic numerum illarum virtutum, s m q artifex ponit subiecta suæ artis nõ vult ponere, nisi illud, quod manifestum est per se, & dimittit alia, quæ non sunt manifesta, quousq; perscrutetur de eis. Ecce igitur, q partes subiectiuæ per se notæ poni debent in scientia, sicut ponitur subiectum artis: sed illæ, quæ sunt ignotæ possunt demonstrari in illa scientia: præcipue si scientia illa habuerit aliquod mediũ notius, per quod illas possit illa scientia demonstrare. quod addo propter substãtias separatas, quę sunt partes subiectiuę principales in Metaphysica, quæ non demonstrãtur ibi solum quia sint partes, sed qa nullum aliud est medium efficax demõstratiuum esse ipsarum, nisi motus: sicut scribit Cõm. I cõ. vlti. 8. physi & in cõ. 5. 12. meta. Et quia ita est, ideo dixit Cõm. ignem esse demonstratur hic & est demõstratio signi ad species subiecti: quod raro contingit in scientia. dixit notanter raro: quia vt in pluribus partes subiectiuæ in scientia sunt per se notæ, aut sumunt tãquam notæ ex alia scientia, quæ solum potest illas demonstrare. sicut Metaphysica sumit esse substãtiarum separatarũ, quę sunt principalissimę partes subiectiuæ subiecti illius scientiæ sine demõne: quia cõcedit eas esse. subijciens se in hoc artifici Naturali, qui eas demonstrat. Sic etiã dicimus de principijs subiecti Principia subiecti nõ demonstrantur in sciã, quia habent subiectum, & aliquid prius notum, p quod demõstrari queãt. Nam, si principia subiecti in scientia essent per se nota in esse, nec prioritas subiecti, nec posterioritas passionum subiecti sufficeret ea demonstrare esse. & ratio est, qa demonstratio non fertur super re nota. Et ideo principia subiecti in sciẽtia possunt demonstrari à pòsteriori in scientia illa, qñ fuerint ignota, & possunt illa principia à priori demonstrari in scientia superiori, si habuerint alia principia priora in illa sciẽtia, quæ notiora fuerint & hoc totum veritaté habet, qñ talia principia fuerint ignota. Et ista est sñia lucidissi. Auer. 2. phy. cõ. 22. vbi, postquã dixit principia subiecti posse demõstrari à posteriori in scientia, cuius sunt principia, vel à priori in alia scientia superiori modo habeant causas priores in illa sciẽna, addit vnam limitationem necessãriam, super qua non consyderauerunt Moderni, dicens & hoc totum erit, qñ causæ subiecti latuerint. Subiectum igitur [vt colligam* fragmenta ne pereãt] in scientia, in qua est subiectum, siue illa scientia vniuersalis fuerit, siue particularis, non potest aliquo genere demonstrationis demõrari in tali sciẽtia. Ratio, quia subiectum debet concedi in scientia, vel quia est per se notum, vel quia sumitur tanqnam notũ ab alia scientia demonstrante ipsum: & hoc cõpetit subiecto ex sua ratione formali. quia igitur scientia semper sumit subiectum tãquam notum, illud nullo pacto potest demonstrare, quia ad nota per se, vel ad ea, quæ supponuntur tãquam nota, non est demonstratio in scientia illa habente illa pro notis. Partes autẽ subiectiuæ in scientia, si fuerint ignotæ, & illa sciẽtia habuerit medium notius, p quod possit illas demonstrare, dico q demonstrantur in scientia illa demõne signi. Principia vero subiecti, si ignota fuerint in scientia aliqua, & illa scientia habuerit medium, per quod possit illa demonstrare, quod sit notius (quod dico etiam propter substantias separatas, quæ sunt principia subiecti Metaphysicæ, & sunt ignota. tñ non demonstrantur ibi ex defectu medij, & non ex eo, quia cum hoc, q sunt principia, sunt etiã partes subiectiuæ, sicut dixerũt communiter omnes Moderni, quasi aliquid esse partem subiectiuam tollat ab aliquo demõstrabilitaté de

de eo, quod tñ falsum est: sed ideo nõ demonstrantur ibi, quia non habetur medium, ꝑ quod pôssit eas demonstrare: qa nulla alia est via ad illud, nisi via mot⁹: cum hoc etiam concurrit, ꝙ sunt principalissimum subiectũ tñ hoc non est adequata causa, quia, si mediũ esset ibi, adhuc demõstrarentur] talia inquam principia subiecti, si ignota fuerint, siue sint principia rñ, siue principia. & partes subiectiuæ simul, possunt demonstratione signi demõstrari in scientia, in qua sunt principia, dummodo scientia illa habuerit medium ad illa. demõstratio eñ est, quorum est altera causa, vel in essendo, vel in inferendo. Si vero principia illa habuerint principia priora, & notiora, & talia de se fuerint ignota, dico, ꝙ poterunt demonstrari in scientia superiori consyderante de principijs illorum principiorum. Et ista omnia, si bene aduertis, sunt de intentione Auer. in locis allegatis, licet Moderni confidentes in proprio ingenio non aduertant ad ista.

4. cę. cõ. 40. Secunda contradictio est in cõmẽ. 40. Dicit Commen. ꝙ non est impossibile, vt causæ substantiarũ sint accidentia. Oppositum patet. 5. physic. 10. vbi dr̃, ꝙ illud, quod vni est substãtia, nõ est alteri accidens. partes insuper substantiæ debẽt esse substantiæ: sicut patet. 2. de anima, cõ. 2.

Solutio. Ad hoc dicendum puto, ꝙ sicut patet ꝑ Auer. ibi, quanto aliqua forma fuerit esse magis diminuti, tãto magis forma debet ꝑ accidentia definiri: & quãto forma fuerit esse ꝑfectioris, tanto est opposito modo, ꝙ accidentia debẽt definiri ꝑ formã, & non econtra. & quia formæ elemẽtorũ sunt imꝑfectissimæ, ideo sunt causatæ respectu accidentiũ, & ideo ꝑ illa definiuntur. Per oppositum autem ĩ corporibus aĩalium habentium formas ꝑfectas dicimus, ꝙ istæ qualitates sũt causatæ. Et aduerte bene hic, ꝙ nãliter loquẽdo potest ista via satis bene ꝑsuaderi. Philosophus eñ in 2. de generatione in tex. cõm. 6. dicit ꝑmam mãm, quę est in potentia corpus sensibile, esse primum principiũ materialium. Secundum vero sunt primæ contrarietates, à quibus non separatur prima materia, cum semper sit cũ cõtrarietate: Tertium aũt principiũ sunt quatuor elementa, quæ adinuicẽ transmutantur. vnde, nisi aliquo modo elemẽta causata essent ex qualitatibus contrarijs, non bene numerum quaternariũ elementorum ꝓbasset ex combinationibus talium qualitatum. Amplius aũt ex fundamẽto Auer. hoc idem potest confirmari. ipse tenet formas elementorũ inẽdi, & remitti ad intensionem, & remissionem suarũ qualitatum. modo, si formæ elementorũ non dependerent à suis qualitatibus tanquam à causa, nullo modo sequeretur hoc: quia variatio in effectu nõ est causa variationis in causa, sed est signum tm̃: variatio autem causæ bene est causa variationis effectus. Sic igitur formæ elementorum, & ipsa elementa possunt dici causata à suis qualitatibus, prout ista causalitas reducitur ad genus causæ materialis. dispositiones eñ materiales habẽt reduci ad genus causæ materialis. Si vero elementa consyderentur adinuicem, vt sunt actiua, & passiua adinuicẽ, sic iterũ possunt dici qualitates elemẽtorum esse causæ elementorum. Nam, cũm actio sit merito contrarietatis, elementa aũt non habent contrarietatem ratione suæ formæ substantialis, cũm substãtiæ nihil sit contrarium, sed solum ratione suarum qualitatum, iuxta illud Philosophi in de sensu, & sensilibus, ignis non agit inquãtum ignis, sed inquantum calidus, & hoc non alia ratione dixit, nisi quia actio nõ est nisi ratione contrarietatis, primo de generatione tex. cõm. 51. & quia ignis nulli contrariatur, ratione qua ignis, sed rõne qua calidus, ideo vt calidus agit non vt ignis. Et ideo sic consyderata elemẽta sunt causata à qualitatibus suis in genere causæ formalis: & qualitates suę sunt formæ ipsorum, ꝓ quãto à forma prouenit actio, & motus. 3. physi. 17. Et hoc etiam est de intentione Cõm. 4. meteo. cõm. 1. vbi habet, ꝙ caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas sunt virtutes elemẽtorũ, ꝑ quas elemẽta sunt elemẽta. Et hoc voluit Philosophus in 2. de generatione, tex. cõmento 7. & 8. sine dubio, si bene consyderentur verba eius. Et forte hoc voluit Alexander, quando dixit, ꝙ qualitates elementorum sunt suę formæ. quẽ Auer. forte non damnat, nisi in verbis, mente tamen forte cõcordes sunt. Si autem elementa consyderata fuerint, vt substantiæ sunt, quæ consyderatio Diuini est, & nõ Naturalis, sic minime potest dici qualitates elementorum causas esse in aliquo genere respectu elementorum: non quidem

quidem materialis, nec formalis, qa partes substantiæ debent esse substantiæ, nō efficientis, neque finalis, quia elementa vt substantiæ habent alia principia priora istis qualitatibus sensibilibus, quæ à Diuino consyderari habent. Et sic Cōm. arguit contra Alexan. 5. physic. 10. & 8. meta. cōm. 5. q; qualitates elementorum non sunt veræ formæ substantiales elementorum, quia quod vni est accidens, alteri non est substantia, in his, quæ vniuoce dicuntur: sed consyderatio Naturalis, quæ est infra istam consyderationem coarctata ad sensibilia principia, cōsyderat elementa, vel vt sunt substantiæ naturales compositæ ex materia & forma: & sic ex substantijs componuntur, & ista cōsideratio pertinet ad librum Physicorum, sicut colligi potest ex mente Cōmenta. 3. cœli, cōm. 31. vel vt sunt partes mundi, vt sunt in libro cœli considerata, vel vt sunt causæ compositorum, sicut in lib. de generatione consyderantur teste Auer. 3. cęli cōm. 1. & vltimo. Et secundo quidem modo Naturalis ignorans vltimas eorum differentias, circumloquitur eas per qualitates motiuas eorum, quæ sunt grauitas, & leuitas simpliciter, & grauitas & leuitas in respectu. quia elementa, vt sunt partes mundi, concernūt determinatum locum, & situm in vniuerso. & qa leui simpliciter debetur summus locus, & graui simpliciter debetur infimus locus, inde est, q; Naturalis ea taliter cōsyderans, dicit, q; grauitas est forma terræ substantialis, & leuitas est forma ignis. Et ideo Arist. in 4. cęli, quia ibi consyderat elementa, vt sunt partes mūdi, definit ea per qualitates localiter motiuas, tanquam per differentias non vere substantiales, sed circumlocutiuas, sicut testatur Commen. commen. 26. 4. de cęlo. quidquid dicant Modernuli, qui tenent, q; sint veræ substantiæ. in lib. autem de generatione, Philosophus consyderat elementa, vt sunt mixtorum causæ. non sunt autem mixtorum causę, nisi vt transmutabilia, non sunt autem transmutabilia, nisi vt sunt actiua & passiua, non sunt autem actiua, & passiua, nisi merito quatuor qualitatum primarum. ideo ibi circumloquitur veras differentias eorum per qualitates primas, quæ sunt caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas. & sic etiam in lib. meteororum consyderantur, licet sub ratione magis speciali, quàm in libro de generatione. & ideo etiam sic ibi definiuntur. Sic igitur patet quomodo qualitates sunt causæ elementorum, & quomodo non, & quæ, & qualiter. & sic solutio contradictionis liquet de se.

ARISTOTELIS DE GENERATIONE, ET CORRVPTIONE LIBER PRIMVS,

Cum Auerrois Cordubensis media Expositione.

SVMMAE LIBRI.

In Prima de Generatione, & Alteratione sermonem facit.
In secunda de Augmentatione.
In Tertia de Tactu, de ipso Agete, & Pati, & de Mistione.

SVMMAE PRIMAE.

Quae sit libri intentio, De Generationeq; & Alteratione Antiquorum sententia. Cap. 1.

B

DE Generatione autem, & Corruptione eorũ, quae natura generantur, & corrumpuntur, similiter de omnibus & causas diuidendum, & rationes eorum determinandum. Amplius autem de Alteratione, & Augmentatione, quid vtrunq;. & vtrum

C existimandum sit eandem esse naturam generationis, & alterationis, an semotam, vt distinctũ est & nominibus. Antiquorum igitur, hi quidem vocatam simplicem generationem esse inquiunt alteratiorem, hi vero alteram generationem, & alterationem. Quicunq; enim vnum aliquod dicunt esse vniuersum, & oẽa ea vno generant, his quidem vtiq; necessẽ est generationem alterationẽ icere, & quod proprie fit alterari. Quicũq; aũt plura materias vno ponunt, vt Empedocles, & Anaxagoras, & Leucippus, his alterũ. Sed tamẽ Anaxagoras propriã vocẽ ignorauit. dicit enim q; fieri, & destrui, idem constituit ipsi alterari. multa aũt eẽ dicit elemẽta, quẽadmodũ & alij. Empedocles.n. corporea qdẽ quatuor, omnia aũt cũ mouẽtibus sex numero. Anaxagoras aũt, & Leucippus, & Democritus infinita. Hic enim ea, quae sunt similiũ partiũ, elemẽta ponit, vt os, carnẽ, medullam, * & alia, quorum vniuscuiusq; vniuoca pars est. Democritus aũt, & Leucippus ex corporibus indiuisibilibus alia cõponi inquiũt. haec aũt infinita & multitudine, & formis esse, ipsa aũt à seipsis differre his, ex quibus sunt, & positiõe, & ordine horũ.

F Contrarie aũt videntur dicere Anaxagorici Empedocleis. Hi enim inquiunt ignẽ, & aquã, & aerem,

Generatio, & Alteratio ut idem.

* a. l. Ad dic neutrum.

aerē, & terrā elementa quatuor,
& simplicia esse magis, q̄ carnē,
& os, & talia similium partium.
Illi aūt hæc quidē simplicia, &
elementa esse: terram aūt, aqua,
& ignem, & aerem composita.
πανσπερμίαν †omnia seminariū.n. esse horū.
Iis igitur, qui ex vno oīa cōsti
tuunt, necesse est dicere genera-
tionem, & corruptionem alte-
rationem. semper enim subiectū
manere vnum, & idem: tale aūt
alterari dicimus. Iis autem, qui
genera multa faciunt, differre à
generatione alterationē. coeun-
H tibus enim, & dissolutis, genera
tio contingit, & corruptio. Ideo
" dicit Empedocles hoc modo, ꝙ
" nullius natura est, sed solum mi
stio, & fœdus mistorum. Quòd
igitur proprius fit sermo eorum
suppositioni ita loqui manife-
stum est, & ꝙ dicūt hoc modo.
Necesse autē est & his dicere ge
nerationem esse aliquid præter
alterationem. impossibile tamē
est secundum ea, quę ab eis di-
cuntur. Hoc autem, ꝙ dicimus
recte, facile est videre. quēadmo
dum enim videmus, quiescente
substantia, in ea transmutationē
I fieri ſm magnitudinem, quę vo
catur augmentatio, & diminu-
tio, sic & alterationē. sed tamen,
ex quibus dicunt, plura princi-
pia faciētes vno, impossibile est
alterari. passiones enim, ꝑ quas
hoc dicimus cōtingere, drīæ ele
mentorum sunt. dico autem, vt
calidum frigidum, albū nigrū,
siccum humidum, molle durū,
& aliorum vnumquodq;, vt in- K
quit Empedocles, Solem albū "
videri; & calidum omni quaq; "
Imbrem aūt in omnibus caligi "
nosum, & rigidum. similiter au-
tem determinat & in reliquis.
Quapropter, si non sit possibile
ex igne fieri aquā, neq; ex aqua
terram, neq; ex albo nigrū erit
aliquid, neq; ex molli durum. ea
dem autem ratio & de aliis. hoc
autem erat alteratio. An & ma-
nifestum est ꝙ semper vnā con-
trariis supponēdum materiam,
siue transmutetur secundum lo-
cum, siue ſm augmentationem, B
& diminutionem, siue ſm altera
tionem. Amplius autē similiter
est necesse esse hoc etiam altera-
tionē. si enim alteratio est, & su
biectū vnū elementum, & vna
omniū materia habētium adin-
uicē transmutationē: &, si subie
ctum vnum est, alteratio est.

Ntētio nostra in hoc
libro est, ꝙ opꝫ deter
minare cās vīes gene
ratorū oīum, & cor-
ruptorum oāliter, &
determinare cās alte
rationis, & augmētationis, & ēt dter
minare quæ sit vtraq; illorū, & vtrū
sit opinandū alterationem, & gene-
rationem esse eadem, aut diuersa, si
cut habent nomina diuersa. Anti-
quorū igitur quidam opinantur ꝙ
generatio simplex, & alteratio idem
sunt, & quidam ꝙ generatio sit alte
ra ab alteratione. Dicētes enim oīa
esse vnum, & ꝙ omnia ab vno gene
rari, necesse est eos dicere ꝙ genera
tio simpliciter, & alteratio sunt idē.

Intentio huiꝰ libri ē determinare cās vīes gn̄atorū oīū. Idē.1.Me teo.cō.1. M

Et

A Et causa in hoc est ꝙ subiectū transmutationū omnium apud illos est ens in actu, non transmutabile. Facientes aūt elementa esse plura vno, vt Empedocles, & Anaxagoras, & Leucippus, & Democritus, necesse ē eis dicere generationē esse aliam ab alteratione. Generatio enim fit per congregationē elementorū, & Corruptio per segregationē eorum: alteratio aūt neq; est congregatio, neq; segregatio. Empedocles aūt dicebat sex esse elementa, quorum duo sūt mouentia, s. amicitia, & lis, & quatuor mobilia, s. terra, & aer, aqua, & ignis. Anaxagoras aūt, & Leucipp⁹

A illam autem ficcam, palã eſt ꝙ hanc putandum eſt principium eſſe taliũ. Et vtiq; & de quo dubitaſſe prius neceſſarium, vtrũ & mare ſemper permaneat earũ dem exiſtens partium numero, an ſpecie, & quãtitate earũ, quę transmutantur ſemper partium queamdmodũ aer, & potabilis aqua, & ignis. ſemp enim aliud, ꝙ aliud fit horũ vnumquodque ſpecies aũt multitudinis vniuſcuiuſq; horum manet, ſicut fluẽ B tium aquarum, & flãmę fluxus. Manifeſtũ itaq; eſt hoc, & ꝓbabile, ꝙ impoſſe eſt nõ eandẽ eſſe de omnibus his rationem, & differre velocitate, & tarditate trãſmutationis, & in oĩbus generationem eſſe, & corruptionẽ: hoc tamen ordinate accidere oĩbus ipſis. His autem ſic ſe habẽtib⁹, tentandũ eſt reddere cauſam & de ſalſedine. Manifeſtũ itaq; eſt per multa ſigna ꝙ ſit talis ſapor propter commiſtionem aliquã. C Etenim in corporibus, quod inconcoctiſſimum ſalſum, & amarum, ſicut & prius diximus. incõcoctiſsimũ enim eſt excremẽtum humidi alimenti, talis autẽ eſt omnis quidã ſubſidentia, maxime aũt quę in veſicã. Signum aũt ẽ, quia ſubtiliſſima eſt, q̃ ãt conquunť oĩa cõſiſtere nata ſũt. Deinde ſudor, in quibus idẽ corpus coexcernitur quod facit ſaporem hunc. Similiter aũt & in his, q̃ adurunť. vbi. n. nõ dominatũ fuerit calidum, in corporibus quidẽ fit ſupfluitas, in adu-ſtis ãt cinis. Quapropter & ma- D re quidam ex aduſta aiũt factũ eſſe terra. Dicere autem ſic qdẽ eſt inconueniens, ex tali tñ verũ eſt. Sicut enim & in dictis, & ſic in toto, & ex naſcentibus, & factis ſm naturã ſemper oportet intelligere: ſicut ex ignitis quod relinquitur talem eſſe terrã. Et vtiq; & eam: quæ in arida, exhalationẽ oẽm. hæc enim exhibet multam hãnc multitudinẽ. Miſta aũt exiſtente, ſicut diximus, E vaporoſa exhalatione. & ſicca, cũ coacta fuerit ĩ nubes, & aquã neceſſarium intercipi aliquam multitudinẽ ſemper huius virtutis, & ſimul deorſum ferri iterũ in pluuijs, & hoc ſemper fieri ſm quendam ordinẽ, vt contingit quæ hic ſunt principale ordine. Vnde igitur generatio ſalſi ineſt in aqua: dictum eſt. Et propter hoc auſtrales aq̃ latiores, & primæ autumnaliũ. Auſter enĩ & magnitudine, & ſpiritu ęſtuoſiſſimus ventus eſt, & flat a locis ſiccis, & calidis. quare cũ pauco F vapore: quapropter & calidus eſt. ſi enim & non talis, ſed vnde incipit flare frigidus, nihil minus procedens, propterea ꝙ cõprehendit multum exhalationẽ ſiccam ex propinquis locis, calidus eſt. Boreas autem: velut a frigidis locis, vaporoſus: quapropter & frigid⁹. eo aũt ꝙ propellat, ſerenus hic, in contrarijs aũt auſtralib⁹ aquoſus. ſimiliter autem & Auſter ſerenus ẽ, q circa Libyam, Multũ igitur ĩ aqua,

G quæ deorsum fertur, confert qđ tale est. Et autumno *latæ aquæ sūt. necesse enim est grauissima prima deferri. quare in quibuscunq; inest talis terræ multitudo, tendunt citissime deorsum hæc. Et calidum quidem mare propter hoc est. omnia enim q̃cunq; ignita fuerunt, habent potentia caliditatem in seipsis. Videre autem licet & calcem, & cinerem, & subsidentiam animalium & siccam, & humidam. & calidissimorum s̃m ventrē animalium accidit calidissimam esse subsidentiam. H Fit igit̃ ꝓpter hanc causam semper latius. Eleuatur autē semper aliqua pars ipsius cum dulci, sed minor tanto, quanto & in pluente salsa, & lata dulci minor. quapropter æquale ē, vt omnino dicā. Quòd autem fit euaporās, potabile, & nō in mare concrescit euaporās qn̄ cogatur iterum, cùm tētauerimus dicamus. Patiuntur autē & alia idem. etenim vinum, & omnes humores, quicunq;, cum in vaporem mutati iterū in humidum consistant, aqua fiunt. I Aliæ enim passiones, per quandam commistionē, ipsius aquæ sunt. & qualecunq; aliquid fuerit quod commistum est: talem facit saporem, sed de his quidē i aliis t̄pibus conuenientioribus facere oportebit cōsyderationē. Nunc aūt t̄m dicamus ꝙ maris existentis semper aliquid sursū ducit̃, & fit potabile, & desuper in pluente descēdit aliud salsū, non quod sursum ductum, & ꝓpter pondus subsidet potabili. K Et ꝓpter hoc, neq; deficit, sicut neq; fluuij, nisi locis. hoc autē in ambobus necesse est accidere similiter. Neq; semper eædem partes permanent naq; terræ, neque maris, sed t̄m tota moles. Etenī de terra similiter oportet existimare, hoc enim ascendit, illud autem iterum condescendit. & loca permutant & supernatantia, & descēdentia iterū. Quod autem fit in commistione alicuius salsum palam est non solum ex dictis, sed & si quis vas cereū formans posuerit in mare, circū ligans os talibus, vt non illiquefcat maris, quod enim ingredit̃ per parietes cereos, fit potabilis aqua. L tanq; enim percolatū qđ terrestre est, & ꝙ facit salsedinē propter commistionē, secernit̃. Hoc enim causa est & grauitatis (plus enim trahit salsa, q̃ potabilis) & crassitiei. Etenim crassities differt intantū, vt naues ab eodem pondere rerum, quæ vehuntur, in fluuijs quidem ferè submergantur, in mari aūt mediocriter se habeant, q̃ nauigabiliter. M quapropter aliqui in fluuijs onerantium naues propter hanc ignorantiam damnū passi sunt. Coniectura autē est admisti alicuius, ꝙ crassior est moles. Si enim aliquis aquā salsam fecerit valde, miscens sal, supernatāt oua, etiam si sint plena. fere enim sicut lutum fit: tantam habet corpulentam multitudinem mare.

*l. salsæ.

Maris aq quo redditur potabilis.

Naues ab eodē pondere submerguntur in fluiis & non in mari.

Idem

A Idem autem hoc operant & circa salituras. Si autem est, sicut fabulantur quidam, in Palestina tale stagnum, in quod si quis immiserit colligatum hominẽ, aut iumentum, supernatat, & non submergitur ĩ aqua, testimoniũ vtriq; erit aliquod dictis. dicunt enim amarũ sic esse stagnum, & salsum, vt nullꝰ piscis innascat. B vestimenta autem purgari, si qs cum irrigauerit, quassauerit. Sũt autem & talia signa omnia dictorum, ꝙ salsedinẽ facit corpus aliquod, & terrestre est, qđ inexistit. Chaonia. In Chaonia enim fons est aquę latioris. effluit autẽ hic in fluuium propinquum, dulcẽ quidem, pisces autem non habẽtem. elegerunt enim vt qui ibi sunt fabulãtur. optione data ab Hercules Erithia. Hercule, quando venit ducens ab Erithia boues, salem pro piscibus, qui fiunt ipsis ex fonte, Huiusmodi enim aquæ cum de C coxerint aliquam partem, reponunt, & fit, frigefacta, cum euaporauerit humidũ cum calido, sales, non grummosi, & compacti, sed laxi, & tenues, sicut nix. estque virtute debilior alio, & multi delectant iniecti, & colore non similiter albi. Tale au Vmbri. tem aliud fit & in Vmbricis. est enim quidam locus, in quo nati sunt arundo, & iuncus. hos igiť comburunt, & cinerem immittentes in aquam, decoquunt. cũ aũt dimiserint aliquam partem aq, hæc infrigidata, salis fit multitudo, Quæcunq; aũt sunt salsę fluxiones fluuiorum, aut fontiũ D plurimas quidem calidas aliqñ esse oportet putare, deinde principium quidẽ extingui ignis. ꝑ quam autem penetrant terram, adhuc manere existẽtem, velut calcem, & cinerem. Sunt autem in multis locis & fontes, & fluxiones fluuiorum, omnifarios habentes sapores, quorum omnium causam ponendũ inexistẽtem, aut ingenitã virtutẽ ignis. E (Vñ fõtiũ & fluuiorũ diuersi sapores colores, effectus.) cùm enim exuritur terra ſm magis, & minus, omnifarias accipit formas, & colores saporũ. aluminis enim & calcis, & aliorum talium fit plena virtutibꝰ, ꝑ quę ꝗ percolantur aquæ, existentes dulces transmutantur. Et hę qdem acidę fiunt: quemadmodũ quæ in Sicania Siciliæ. Sicania. Sicilia. Lyncus. Scythia. Ibi.n. acida muria fit, et vtuntur sicut aceto ad quędam eduliorum suorum. Est autẽ et circa Lyncum fons quidã aquæ acidæ. Circa Scythiã aũt amarus. quod autẽ defluit ab ipso, fluuium in quẽ ingreditur, facit amarum totũ. F Drĩæ aũt horum inde manifestę sunt. Quales autem sapores ex qualibus fiunt commistionibus dictũ est de ipsis seorsum ĩ aliĩs. De aquis igitur: et mari ꝓpter duas causas et semper continue sunt, et quomodo transmutanť: et quæ natura ipsorum, adhuc autem quascunque passiones secundum naturam ipsis accidit facere, aut pati, dictum est ferè nobis de plurimis.

G *Caput Primum Auerrois.*
De Mari.

IN hoc sermone inuestigat de mari quid est, & dat causam salsedinis huius: declaratq; ꝙ est æternũ ſm speciem, generabile, & corruptibile ſm partem: postea autem inuestigat de ventis, & de partibus habitabilibus terræ, quę sunt, & de terremotu, & de tonitruis, & fulguribus, & fulmine, & dat causas oĩum istorum: quamuis ipse perficit sermonẽ de his tribus q̃sitis vltimis ĩ hoc sermone. Et dicamus ꝙ manifestũ est ꝙ mare est elementũ aquæ. Nã
H quia necessarium est vt sit cuilibet elñtorũ totum, & aliquod, ad quod vadunt, seu procedũt oẽs partes ei⁹: & nos non inuenimus aliqđ totum aquę, ad quod vadunt oẽs partes ei⁹ nisi mare solũ: erit ergo ipm elñtũ aqueum: & oĩa flumina, ſm ꝙ ipsũ est elñtũ, de necessitate trahunť, seu fluunt ab ipso, mediãtibus corporibus cœlestibus, seu pluuijs, & ad ipsum redeũt. Et ipsum est ſm dispositionẽ, q̃ nõ diminuitur, neq; augmentať. Et, si esset, sicut dr̃ ꝙ flumina sunt agentia hui⁹, sequereť de ne
I cessitate vnũ duorũ, aut ꝙ dñaretur aquæ super oĩbus partibus terrę vel desineret fluxus fluminum p̄ æqualitatem originis eorũ cũ aquis maris. Et etiã per vitam meam sequeretur vltra hoc, ꝓfundatio maior omnibus partibus terræ, sed hoc totũ est contrariũ esse, & contrariũ illis, q̃ dicta sunt. Nam dispositio in siĩtudine aduenĩetis ei ad illud, quod resoluiť ex ipso, imaginať, sicut dicit Ari. sicut dispõ aq̃ additæ patũ semp̄ ĩ vase amplo, & caliditas cũ hoc diminuit ipsam, & resoluit ipsam. impossẽ est ergo apparere augmẽtationẽ de aqua, q̃ est ĩ vase, pp̄ illud, q̃đ K additur ei de aqua. Et sĩlis est dispõ in mari, quia fluũt in ipso flumina, & Sol facit ascendere ex ipso. Et, quã ipsum est elñtũ, vř ꝙ sit æternũ ſm speciem, gñabile, & corruptibile ſm partẽ, ſm ꝙ declaratũ est de dispõne elñtorũ. Cãm aũt huius pficiemus, q̃n complebimus dare causam salsedinis eius. Et dicamus ꝙ salsedo de necessitate est accidẽs, quod accidit ei, non ſm ꝙ elementum. nã ipsum est saporitum: sapor aũt inueniť cor pori mixto, seu complexionato, ſm ꝙ cõplexionatũ, sicut diceť postea. L Signũ aũt huius est ꝙ ascensio reddit ipsum delectabile, & ideo pluuię quæ fiunt ſm plurimum ex vapore ascendente mari sunt delectabiles, seu quasi saporitæ. Signũ ẽt hui⁹ est ꝙ, cum fit corpus sphæricũ ex cera, non solidũ, & poniť in mari, aggregať ĩ ipso aqua delectabilis. & hoc totum significat ꝙ salsedo accidit ei pp̄ mixtionem. &, cum hoc sit ita, dicamus ꝙ, vř ꝙ causa ĩ esse salsedinis absolute est, admixtio partis cõbustę in humiditate. Et hoc imaginatur ſm modos. Quidam eorum est, vt sit illa pars cooperta humiditate delectabili. &, cum agit, caliditas in M illo admixto, & resoluit humiditatẽ, nã ipsa est facilioris, seu velocioris resolutionis: remanet illa pars cõbusta salsa: sicut dispõ illi⁹, qđ aduenit in corporib⁹ aĩaliũ ex cibo, & aqua, & postea egrediunť superfluitates ex ipso, sicut superfluitas, q̃ est ĩ vesica. & hoc, quia mẽbra nutriuntur parte delectabili, seu saporita illius. Quidam autẽ est vt sit hęc pars amara res admixta à principio dispositionis in humiditate saporita, & fit salsum. & hęc pars amara possibile est vt

Dispõ elñtorũ est vt sint æterna in spẽ, gñabilia vero, & corruptibilia ſm partes.

Salsedo accidit mari, si ĩquã tũ elñtũ é.

ga sapor inuenitur in corpe mixto id. in li. đ sẽsu & sensato.

Primus modus.

2. modus.

A vt sit terra: sicut videtur ĩ aquis fluẽtibus super terram combustã, quasi incineratam, vel sulphureã, & ẽm ꝙ apparet ẽt in aquis colatis in cinere. 3. mod°. Et aliqñ est vapor fumosus, seu exhalatio fumosa: sicut apparet in pluuijs, quę fiunt in principio hyemis, seu in autumno. nã sentimus illas aquas declinare ad salsedinẽ aliquã & maxime ĩ annis siccis. & ẽm quã libet speciem huius imaginationis 4. mod°. inueniuntur hoĩes imaginãtes causam salsedinis maris. Nos aũt debemus inuestigare de hoc. Et dicam°. ꝙ vt sit causa in salsedine eius hoc, s. quia Sol resoluit partem saporitã illius, ita vt remaneat illa pars terrestris admixta cum humiditate mixtionis, ex qua sequitur iste sapor, ꝑ B vitam meam est impossibile. nã tñ quantum resoluit Sol ex ipso redit ad ipsum. & ideo magis videtur putare de Sole ꝙ ipse est cõseruãs hoc, non efficiens. Et, si esset sol efficiens salsedinis, augmẽtaretur, seu dominaretur hoc ex actione ei°, ita ꝙ cõdensaretur, seu exiccaretur. Et nos debemus inuestigare in dando aliã C causam de hoc: & nõ remansit nisi vt sit admixtio ex parte terrestri cũ combusta, velut exhalatio fumosa, aut ambo. Et dicamus ꝙ videtur vt sit causa maior ĩ salsedine maris exhalatio fumosa cõbusta. Nam salsedo, quia est accidẽs, quod accidit omnibus marib°, & maria sunt sub maiori partium terræ, oportet vt sit hoc accidẽs, quod accidit eis ex parte terræ, commune omnibus partibus terræ, & illud, quod videtur cõe oĩbus partibus terrę, est ascensio huius exhalationis fumosæ ex oĩbus partibus eius propter ingressum actionis corporum cœlestium in ea, D sicut declaratum est. & admiscetur in aqua, ita vt fiat ex hoc talis sapor: quia prohibet ipsam ascẽdere superius. Combustio aũt, quę accidit terræ, ita ꝙ incineratur, accidit hoc in quibusdam partibus, non in omnibus, non in tota terra. & cùm hoc ñ accidit in quibusdam partibus, in q̃bus non est aqua, a fortiori, non debet hoc accidere in quibusdam partibus eius coopertis aqua. Et nõ est impossibile apud me vt accidat hoc in quibusdã partib° coopertis aqua, sed ẽm paucum. Et videtur vt sit dispositio, seu causa in augmentatione salsedinis ĩ quodam mari magis, q̃ in alio propinquitas partis terræ E combustæ, & dispositio, seu præparatio, vt generetur ex ipsa illa exhalatio fumosa magis: aut sũt associatæ duæ causæ simul, sicut dicitur de mari fœtido, quod est in Philistea. Nam illud mare, impossibile est viuere in eo aliquod animal propter fortitudinem amaritudinis inuentę in ipso. & etiam putatur ꝙ hoc mare, cum aduenit in ipso aliquod animal grossum non descendit in eo ꝓpter multitudinẽ admixtionis partium terrestrium cum aquis eius. Signum autem ꝙ partes combustę, q̃ F salsæ faciunt aquam maris, sunt aereæ, seu exhalationes vt plurimum non terrestres, est claritas inuenta in partibus eius. nã partes terrestres turbidant de necessitate.

Circa Secundũ librum Meteororũ, vbi loquit̃ de mari in media sua expositione, inquit. Necessariũ est vt mare sit ẽbtũ aquæ, & origo, seu tanquam fons illius: sed non oẽ mare: sed mare, quod vocatur cõtinẽs qđ est maximũ eorũ, & maioris ꝓfunditatis, & remotioris oĩbus alijs,

G Inquit. Et ex hoc mari est principiū oium fluminū, & mariū fluminū aūt propter humiditatem ascendentem ab ipso: marium autē, quia ipsum mouet a medio eius ad omnia maria, & omnia maria mouent ad ipsum. maria aūt, quæ sunt altiora ipso, mouent aquæ, quæ sunt in ipsis ad eum, propterea quia continēs est inferius ipso ad hoc. mare autem cōtinens mouetur ad ipsum ꝓpter expulsionem partium ei⁹ per id, qd causatur in ipso ex motu inuento ī ipso per se ex ascensione vndarum eius ascensione inuēta in aqua, quasi motus venti: & ille mot⁹ vocatur

H apud Arabis motus extensionis, seu dilatationis. maria autem, quę sunt inferiora, dispositio in ipsis est econtrario modo, s. ꝙ si quæ mouentur a mari inferiori ad ipsum per ascensionem propter ventū generatū ī ipso à caliditate L unç: ipsum autē mouetur a mari īferiori naturaliter, cū desinit, seu cùm quiescit mare inferius ab isto motu. Hæc sunt verba Commen. in dicta expositione.

Pars hæc exponit caput vltimū primi libri. Causa autem in hoc, ꝙ quædam partes terræ sunt mare, postquā fuerint siccę, seu postquam fuit terra, & terra, postquā fuerit mare, complebimus nos hic sermonem de ea. Et

I Quæ ē cā ꝙ, vbi est terra, erit mare, & econtra ī aliquibus partibus, & ī diuersis tpib⁹. dicamus ꝙ necessariū est dicere ꝙ hic sunt loca, quæ facta fuerunt arida, seu terra, post quam fuerunt mare, & mare postq̄ fuit terra. nam declaratum est corruptio elementorū ſm partes, & ꝙ impossibile est vt sit in eis pars non corruptibilis. Et etiā videtur hoc per sensum ex eis, quæ inueniuntur in profundo terræ ex squamis piscium, & de alijs rebus, q̄ non inueniunt, nisi in mari: sicut dicit Arist. ꝙ hoc multoties inuenit in terra Ægypti. Sed causa, propter quā non narrat tempus, in quo fiūt tales Innouationes, ita vt perueniat ad nos, est, sicut dixit Ari. longitudo tēporum, & ꝙ tales innouationes nō apparēt nisi multis milib⁹ annorū.

Et accidit pp hoc vt varient idiomata, & scripturę, & perdantur, seu corrūpunt illa, quæ scripta sunt de hoc, aut remanent, & nō inuenitur aliquis sciēs legere illam scripturā, vt scripturæ, quę inueniuntur nunc in locis ruinosis Ægypti. Et etiam possibile est vt fuerint mortui illi omnes hoīes, qui viderunt hoc, aut illi, quib⁹ peruenit talis innouatio. L & hoc vel propter diluuia, quæ fiūt in mūdo, aut propter bella, & pestilētias, & vniuersaliter ab extrinsecis

Causa ꝓpinqua. Cum autem hoc sit ita, & declaratū est esse huius, dicamus nos ꝙ causæ propinquæ vt sint quædā partes terræ aridæ, postq̄ fuerunt mare, & mare postq̄ fuit terra, sunt generationes fluminum, & fontium. Nam, cū facta fuerit humida, & irrorata aliqua pars terræ, fiūt in ipsa flumina, & expanduntur ad loca illius terrę, ita vt cooperiant aquæ illam partē & fit mare, & econtrario, i. ꝙ, cùm exiccatur vna pars, exiccātur flumi- M na, & fontes, q̄ sunt in ea: & exiccātur. ꝓpter hoc maria, ad quę vadūt illa flumina, & fontes de necessitate. & non est impossibile vt sit causa in aliquibus ī hoc, nisi qa maria exiccant per hoc, quod vadit ad ipsa ex fluminibus: & facta est terra ex parte, ex qua procedunt ad ipsa illa flumina, & augmentatur mare ex alia parte, sicut videmus fieri in magnis fluminib⁹, s. ꝙ ipsa mutāt vias suas. hæ sunt causæ propinquæ huius;

Causa remota. Causæ aūt remotę sunt motus so

lis

A lis in suo circulo obliquo, & motus aliarum stellarum. nam sicut hæc sunt causę vltimæ in termino oīum generationū, & corruptionū: nam vt diximus causa ī corruptione multorum entium est pp remotionem eorum, & propinquitas eorū est cā in augmentatione, seu generatione eorum: ita est dispositio ī corruptione partium terræ, & mariū, & in generatione eorū. Et sicut inuenitur ī oībus generabilibus aliquod tps, in quo sunt, & aliquod, in quo corrūpuntur pp mutationem causæ gñatiuæ, & augmētatiuæ, & est tps senectutis, ita inuenitur talis dispositio B in partibus terræ, & maris. Et ideo, vt inquit Arist. terra Ægypti nunc procedit ad corruptionem. ipsa enī fuit mare, sicut narrauit Homerus, & alij, & postea arida, seu terra, & ipsa nūc procedit ad siccitatē, donec corrūmpetur. & ideo non descēdūt in ea pluuiæ, sed homines illius viuunt a Nillo, qui ibidem augmētatur, seu est. Et postquam declaratū est de mari quid sit, & quę est causa H salsedinis eius, & declaratum est cū hoc causa in hoc, φ quædam maria fiunt terræ, & quædam terræ fiunt maria, loquamur nunc de ventis.

In oībus entibus ī uenit' tps profectus, & defect' vide. 2. de gñone. T. c. 57. & 3. de aīa. cō. 45.

C

SVMMA SECVNDA. de Ventis.

De Venetorum essentia, ac generatione. Cap. 1.

Exhalationis duæ sūt species.

De flatibus autem dicamus, cūm sumpserimus principium dictum nobis iam pri⁹. Sunt enim duæ species exhalationis, vt dicimus, hæc quidem humida, illa aūt sicca. vocāt aūt hæc quidē vapor, illa aūt fm to D tum quidē īnominata est: eo autem, quod in parte, vtētes necesse est vīr appellare ipsam, velut fumum. Est aūt neq; humidum sine sicco, neq; siccū sine humido, sed omnia hæc dicūtur fm excessum. Cūm itaq; fertur Sol circulariter, & cūm quidem appropinquauerit, per caliditatē sursum ducit humidum, longi⁹ aūt cum fiat, propter infrigidationē cōsistit iterum sursum ductus vapor in aquam (quapropter hyeme magis fiūt aquæ, & noctē, φ per diem: sed non videtur, quia latent nocturnę magis, φ diurnæ) descendens aūt aqua distribuitur tota in terram, existit aūt in terra multus ignis, & multa caliditas, & Sol non solū illud, quod supernatat terræ humidum trahit, sed & terra ipsam desiccat calefaciēs, exhalatio autem, sicut dictū est, duplex existit, hæc quidem vaporosa, illa aūt fumosa, ambas necessarium est fieri. Harum autem quæ quidem humidi plurē hēt multitudinē exhalatio principium pluētis aquæ est, sicut dictū est pri⁹: sicca aūt flatuum principiū est, & natura omnium. Hæc aūt φ isto modo necessariū sit accidere & ex ipsis operibus palā est. Etenim exhalationē differre est necessarium. Et Solem, & eam, quæ est in terra, caliditatem hęc facere nō solum possibile, sed necessarium est. Quoniam autem altera vtriusque speciei, manife

E
F

 stum

G Inquit. Et ex hoc mari est principiũ olum fluminũ, & maricũ fluminũ aũt propter humiditatem ascendentem ab ipso: marinum autẽ, quia ipsum mouet a medio eius ad omnia maria, & omnia maria mouent ad ipsum. maria aũt, quæ sunt altiora ipso, mouent aquæ, quæ sunt in ipsis ad eum, propterea quia continẽs est inferius ipso ad hoc. mare autem cõtinens mouetur ad ipsum ꝓpter expulsionem partium ei⁹ per id, qđ causatur in ipso ex motu inuento ĩ ipso per se ex ascensione vndarum eius ascensione inuẽta in aqua, quasi motus venti: & ille mot⁹ vocatur apud Arabis motus extensionis, seu dilatationis. maria autem, quę sunt inferiora, dispositio in ipsis est econtrario modo, s. ꝙ si quæ mouentur a mari inferiori ad ipsum per ascensionem propter ventũ generatũ ĩ ipso à caliditate Lunę: ipsum autẽ mouetur a mari iferiori naturaliter, cũ desinit, seu cùm quiescit mare inferius ab isto motu. Hæc sunt verba Commen. in dicta expositione.

H

Pars hæc exponit caput vltimũ primi libri.

Causa autem in hoc, ꝙ quædam partes terræ sunt mare, postquã fuerint siccę, seu postquam fuit terra, & terra, postquã fuerit mare, complebimus nos hic sermonem de ea. Et dicamus ꝙ necessariũ est dicere ꝙ hic sunt loca, quæ facta fuerunt aridæ, seu terra, post quam fuerunt mare, & mare postq̃ fuit terra. nam declaratum est corruptio elementorũ sm partes, & ꝙ impossibile est vt sit in eis pars non corruptibilis. Et etiã videtur hoc per sensum ex eis, quæ inueniuntur in profundo terræ ex squamis piscium, & de alijs rebus, q̃ non inueniunt, nisi in mari: sicut dicit Arist. ꝙ hoc multotiens inuenit in terra Ægypti. Sed causa, propter quã non narrat tempus, in quo fiũt tales Inouationes, ita vt perueniat ad nos, est, sicut dixit Ari. longitudo tẽporum, & ꝙ tales innouationes nõ apparẽt nisi multis milib⁹ annorũ.

I

Quæ ẽ cã ꝙ, vbi est terra, erit mare, & econtra ĩ aliquibus partibus, & ĩ diuersis tpib⁹.

Et accidit pp hoc vt varient idiomata, & scripturę, & perduntur, seu corrũpunt illa, quæ scripta sunt de hoc, aut remanent, & nõ inuenitur aliquis sciẽs legere illam scripturã, vt scripturæ, quę inueniuntur nunc in locis ruinosis Ægypti. Et etiam possibile est vt fuerint mortui istã omnes hoĩes, qui viderunt hoc, aut illi, quib⁹ peruenit talis innouatio. & hoc vel propter diluuia, quæ fiũt in mũdo, aut propter bella, & pestilẽtias, & vniuersaliter ab extrinsecis.

L

Causa ꝓpinqua.

Cum autem hoc sit ita, & declaratũ est esse huius, dicamus nos ꝙ causæ propinquæ vt sint quædã partes terræ aridæ, postq̃ fuerunt mare, & mare postq̃ fuit terra, sunt generationes fluminum, & fontium. Nam, cũ facta fuerit humida, & irrorata aliqua pars terræ, fiũt in ipsa flumina, & expanduntur ad loca illius terrę, ita vt cooperiant aquæ illam partẽ & fit mare, & econtrario, i. ꝙ, cùm exiccatur vna pars, exiccãtur flumina, & fontes, q̃ sunt in ea: & exiccãtur. ꝓpter hoc maria, ad quę vadũt illa flumina, & fontes de necessitate. & non est impossibile vt sit causa in aliquibus ĩ hoc, nisi qa maria exiccant per hoc, quod vadit ad ipsa ex fluminibus: & facta est terra ex parte, ex qua procedunt ad ipsa illa flumina, & augmentatur mare ex alia parte, sicut videmus fieri in magnis fluminib⁹, s. ꝙ ipsa mutãt vias suas. hæ sunt causæ propinquæ huius;

M

Causa remota.

Causæ aũt remotę sunt motus solis

A his in suo circulo obliquo, & motus aliarum stellarum. nam sicut hæc sunt causę vltimæ in termino oĩum generationũ, & corruptionũ: nam vt diximus causa ĩ corruptione multorum entium est pp remotionem eorum, & propinquitas eorũ est cã in augmentatione, seu generatione eorum: ita est dispositio ĩ corruptione partium terræ, & mariũ, & in generatione eorũ. Et sicut inuenitur ĩ oĩbus generabilibus aliquod tps, in quo sunt, & aliquod, in quo corrũpuntur pp mutationem causæ gñatiuæ, & augmẽtatiuæ, & est tps senectutis, ita inuenitur talis dispositio B in partibus terræ, & maris. Et ideo, vt inquit Arist. terra Ægypti nunc procedit ad corruptionem. ipsa enĩ fuit mare, sicut narrauit Homerus, & alij, & postea arida, seu terra, & ipsa nũc procedit ad siccitatẽ, donec corrũmpetur. & ideo non descẽdũt in ea pluuiæ, sed homines illius viuunt a Nillo, qui ibidem augmẽtatur, seu est. Et postquam declaratũ est de mari quid sit, & quę est causa H salsedinis eius, & declaratum est cũ hoc causa in hoc, q̃ quædam maria fiunt terræ, & quædam terræ fiunt maria, loquamur nunc de ventis.

In oĩbus entibus ĩuenit' tps profectus, & defect' vide. 2. de gñone. T. c. 57. & 3. de aĩa. cõ. 45.

C

SVMMA SECVNDA. de Ventis.

De Venetorum essentia, ac generatione. Cap. 1.

Exhalationis duæ species.

DE flatibus autem dicamus, cũm sumpserimus principium dictum nobis iam pri⁹. Sunt enim duæ species exhalationis, vt dicimus, hæc quidem humida, illa aũt sicca, vocat aũt hæc quidẽ vapor, illa aũt ſm totum quidẽ ĩnominata est: eo autem, quod in parte, vtẽtes necesse est vt appellare ipsam, velut fumum. Est aũt neq; humidum sine sicco, neq; siccũ sine humido, sed omnia hæc dicuntur ſm excessum. Cũm itaq; fertur Sol circulariter, & cũm quidem appropinquauerit, per caliditatẽ sursum ducit humidum, longi⁹ aũt cum fiat, propter infrigidationẽ cõsistit iterum sursum ductus vapor in aquam (qua propter hyeme magis fiũt aquæ, & nocte, q̃ per diem: sed non videtur, quia latent nocturnę magis, q̃ diurnæ) descendens aũt aqua distribuitur tota in terram, existit aũt in terra multus ignis, & multa caliditas, & Sol non solũ illud, quod supernatat terræ humidum trahit, sed & terra ipsam desiccat calefaciẽs, exhalatio autem, sicut dictũ est, duplex existit, hæc quidem vaporosa, illa aũt fumosa, ambas necessarium est fieri. Harum autem quæ quidem humidi plurẽ hẽt multitudinẽ exhalatio principium pluẽtis aquæ est, sicut dictũ est pri⁹: sicca aũt flatuum principiũ est, & natura omnium. Hæc aũt q̃ isto modo necessariũ sit accidere & ex ipsis operibus palã est. Etenim exhalationẽ differre est necessarium. Et Solem, & eam, quæ est in terra, caliditatem hęc facere nõ solum possibile, sed necessarium est. Quoniam autem altera vtriusque species, inauise

D II E I F

 stum

G stum est quod differunt, & non eadem est venti natura, & pluētis aquæ, sicut quidam aiunt: eundem enim aerem motū quidē, ventum esse, consistentem autē iterum, aquam, Aer igitur, sicut in sermonib⁹ ante hos diximus, fit ex his. Vapor enim humidū & frigidū, bene determinabile enim est, vt humidum: quia autem aquę est, frigidum est propria natura, sicut aqua non calefacta. Fumus autem calidum, & siccum. quare veluti ex cognatis
H consistet vtique aer humidus, & calidus. Etenim inconueniēs est, si qui circa singulos circunfusus est aer, iste fiat, cum mouet, flatus, & vndecunque motus fuerit, ventus sit: sed non: sicut fluuios existimamus, non qualiter cunque esse aquæ fluentis, neque si habeat multitudinem, sed oportet fontanam esse quę fluit: sic & de ventis habet. mouebit.n. vtique magna multitudo aeris ab aliquo magno casu, non hñs
I principium, neque fontem. Attestanť aūt quæ fiunt dictis. Quia enim continue quidem, magis autem, & minus & maior, & minor fit exhalatio, semper & nubes, & spiritus fiunt fm tempus vnūquodque, vt nata sunt. Quia autem aliqñ quidem vaporosa fit multo copiosior, aliquando autem sicca, & fumosa, quando que quidem pluuiosi anni fiūt, & humidi, qñque autem ventosi, & sicci. Aliqñ igitur accidit & siccitates, & imbres multos simul, & fm multā, et continuam
K fieri regionem. aliqñ autem et fm partes. Sæpe.n. quę in circuitu est regio accipit tēporaneos imbres, et multos. in aliqua autem parte huius siccitas est. aliqñ autem contrarium, ea omni, quę in circuitu est, aut mediocribus vtente aquis, aut etiam magis sicca, vna aliqua pars aquæ copiosam accepit multitudinē. Causa aūt est, quia vt plurimū quidem eādem passionē ad plurimam pertingere par est regio-
L nem, quia similiter ponūtur ad Solem quę prope sunt: nisi aliquid differens habeāt propriū. Quinimo, aliqñ secundum hāc quidem partē sicca exhalatio facta est amplior, fm aliam autem vaporosa, aliqñ autē contrariū. Et ipsius autem huius causa est, quia vtraque decidit i attiguę regionis exhalationem: vt sicca qdem fm propriā fluit regionē:
H humida autem ad vicinam, aut etiam in aliquem remotiorē locum propulsa est a flatibus. aliquando autem hęc quidem mā sit, contraria autem idem fecit. Et accidit hoc sæpe, sicut in corpore: si superior venter sicc⁹ fuerit, inferiorem cōtrarie disponi, et hoc sicco existēte, humidum esse superiorem, et frigidum: sic et circa loca circumobsistentiā pati, et permutari exhalationes. Adhuc autem post imbres ventus: vt plurimum fit in illis locis, in quibus contingit fieri imbres, et flat⁹ cessant, aqua facta.

Hæc

A Hęc enim necesse ē accidere propter dicta principia. Cum enim pluerit, terra exiccata, & ab eo, quod est in ipsa, calido, & ab eo, quod desuper exhalat. hoc aūt erat venti corpus. Et, cùm talis segregatio fuerit, & venti dominentur, cessantibus, quia segregatur calidū semper, & sursum fertur in superiorē locū, cogitur vapor infrigidatus, & fit aqua, & cùm in idem cōpulsæ fuerint nubes, & circūobstiterit ad ipsas frigiditas, aqua, fit, & infrigidat siccā exhalationē. Cessare faciunt igitur aquę factæ ventos, B & cessantibus, ipsæ fiūt propter has causas. Adhuc aūt q̄ fiāt maxime flatus ab Vrsa, & Meridie, eadē causa est. plurimi enim Boreæ, & Austri fiunt ventorum. Sol enim sola hæc loca non accedit sed ad hæc, & ab his. ad occasus aūt, & orientes semper fert. quapropter & nubes coguntur in lateribus: & fit accedente quidem, exhalatio humidi, abscedēte aūt ad contrariū locū, aquæ, & hyemes. propter lationē igit̄ C ad tropicos, & à tropicis æstas fit, & hyems, & eleuat sursum aqua, & fit iterū. Q̄m aūt plurima quidē descendit aqua in his locis, ad quę vertit̄, & à quibus, hæc aūt sunt quæ ad vrsam, & meridiē, vbi aūt plurimā aquā terra suscipit, hic plurimā necessariū est fieri exhalationē, simili modo vt ex viridibus lignis fumum, exhalatio aūt hęc ventus est, rationabil̄r vtiq; hinc fient plurimi, & principalissimi flatuum. Vocātur aūt qui quidem D ab Vrsa, Boreæ, qui aūt à Meridie, Austri. Latio aūt ipsorum, obliqua est. circa terram enim flant, cū fiat in rectū exhalatio: quia oīs, qui in circuitu est, aer cōsequitur lationē. Quapropter & dubitabit vtiq; aliquis vnde principiū flatuum est, vtrū desuper, an desubter, motus enim de sup̄ est, & antequā flent, aer clarus ē, si fuerit nubes, aūt caligo. significat enim cùm mouet̄ flat⁹ principiū, anteq̄ manifeste venerit vētus, tanquā desuper ipsis habētibus principiū. Q̄m au E tem est vētus multitudo quædā siccæ ex terra exhalationis, mota circa terrā, palā est q̄ motus quidē principiū desuper est, materiæ aūt, & generationis desubter. Quá enim tenderit q̄d ascendit, inde causa est. latio enim eorum, q̄ longius sunt à terra, dn̄a est. & simul desubter quidem in rectū sursum fert, & oē valet magis propè. Generatiōis aūt principiū palā q̄ ex terra est. Quòd aūt multis exhalationib⁹ coeuntibus s̄m modicū, sicut fluuiorū F *principia fiūt, humorē manante terra, palā est & in operibus. Vnde enim singulatim flant, minimi oēs sunt: procedentes autē & lōge validiores flant. Adhuc aūt & quæ circa vrsam in hyeme tranquilla sunt, & sine flatu: sed s̄m modicū vlterius flans, & latens, extra procedens iā flatus fit vehemēs. Quę igitur est vēti natura,

Flat⁹ cur potissimū a Septentrione & Meridie.

Latio ventorum.

*a.l. fōtes

Regio septētrionalis hyeme trāquilla

G natura, & quo fit, adhuc autẽ de siccitate, & de imbriũ abundantia; & pp quam causam & cessant, & fiunt post imbres, & pp quid Boreæ, & Austri plurimi ventorũ sunt, dictum est. adhæc autem & de latione ipsorum.

Quas ob causas venti cessent. Quibus temporibus nonnulli eorum flent, & a quibus locis. De partibus terræ habitabilibus. Cap. I.

SOl autem & cessare facit, & cõmouet flatus. debiles .n. & paucas existentes exhalatiões extinguit, & am H pliori calido illud, quod in exhalatione minus exiſtit, diſgregat. Adhuc aũt ipsam terrã præuenit exiccans: antequam facta fuerit multa simul excretio: sicut, si in multũ ignẽ inciderit modicum exustibile, præuenit sæpe, anteq̃ fumũ faciat, exustũ eẽ. Propter has igitur causas cessare facit vẽtos, & à pricipio fieri prohibet, consumptione quidẽ cessare faciens, celeritate aũt siccitatis fie I ri prohibẽs. Quapropter & circa Orionis ortũ maxime fit trãquillitas: & vsque ad Etesias, & Prodromos. Vſr aũt fiunt tranquillitates propter duas causas: aut enim propter frigus, cũ extinguitur exhalatio, veluti cum fuerit gelu forte, aut cũm marcescit à suffocatione. Plurimę autẽ & intermedijs tẽporibus, aut cõ q̃ nondũ facta sit exhalatio, aut cõ q̃ iam præterijt exhalatio, & alia nondũ aduenit. Incertus autem, & molestus Orion esse videtur, & occumbens, et oriens, K quia in transmutatione tẽporis accidit occasus, et ortus, æstate, aut hyeme, et propter magnitudinẽ astri dierũ fit aliqua pluralitas. transmutationes autẽ omnium turbulentæ sunt propter indeterminationẽ. Etesiæ autẽ flant post versiones, et Canis ortum. et neque tunc qñ maxime propẽ fuerit Sol, neq; qñ longe, et diebus quidẽ flant, noctibus aũt cessant. Causa aũte est, quia propè quidẽ existens, præuenit L exiccans, anteq̃ fiat exhalatio. cũm aũt ascesserit modicũ, mediocris iam fit caliditas, adeo vt congelatæ aquæ liquescãt, et terra exiccata, et à propria caliditate, et ab ea, quę Solis est, quasi ardescant, et exhalent. Nocte autẽ desinunt, quia congelata liquescere desistunt: propter frigiditatem noctium. Exhalat aũt neq; 77 quod cõgelatum est, neq; quod nihil habet siccum, sed, cũm habeat siccum humiditatẽ, hoc ca M lefactum exhalat. Dubitant aũt quidã propter quid Boreæ quidem fiunt continui, quos vocamus Etesias, post æstiuales versiones, Austri autẽ sic non fiunt post hyemales. Habet autẽ non irrationabiliter. fiunt enim vocati Leucotoni opposito tẽpore non sic aũt fiunt continui. quapropter latentes faciunt inquirere. Causa enim est, quia Boreas quidẽ à locis, quæ sub vrsa, flat; quę plena aqua, et niue sunt multa, quibus liquefactis à Sole

Vẽti trãquillitas duabus de causis.

pelt


A post æstiuales versiones, magis quàm in ipsis flant Etesiæ, sic enim & suffocationes fiunt, non cùm maxime appropinquauerit ad vrsam, sed cum calefecerit ampliori tẽpore, adhuc aũt propè. Similiter autem & post hyemales versiones flant Ornithiæ. etenim hi Etesiæ sunt debiles. minores autẽ, & tardiores Etesiis flant: septuagesimo enim die incipiunt flare, propterea quòd lõge existens Sol inualescit minus. Non cõtinui aũt similiter flant, quia quæ in superficie, & debi-
B lia, tunc segregantur: magis autem congelata ampliori indigẽt caliditate. quapropter interpolantes isti flant, donec sub versionibus iterum æstiualibus flauerint Etesiæ: quoniam vult quòd maxime continue hinc semper flare D
ventus. Auster autem ab æstiua versione flat, & non ab altera vrsa. Duabus enim existentibus sectionibus possibilis habitari regionis, hac quidẽ ad superiorẽ polum, qui sm nos est, illa autẽ ad alterũ, & ad meridiem, & existẽte velut tympano (talis enim figura terræ) excidunt ex cẽtro ipsius ductę, † &, faciũt duos co* nos, hunc quidẽ, habentẽ basin tropicũ, illum aũt semper manifestum, verticem aũt in medio E
terræ. Eodem autẽ modo ad inferiorẽ polum, alij duo coni terræ diffectiones faciunt.

De partibus terræ habitabilibus.

† a. l. addit lineæ.
* turbines.

Descriptio Terræ figuram ostendens.

G



F

Hæ

G Hæ autem habitari solæ possibiles. & neque ultra versiones: umbra enim non utiq; esset ad ursam. nunc autē inhabitabilia prius fiūt loca, quā subdeficiat, aut permutetur umbra ad meridiem. Quę aūt sub ursa à frigore inhabitabilia. Fertur autē & Corona fm hunc locum. videt enim super caput esse nobis, cū fuerit fm meridianū. Quapropter & ridicule describūt nunc circuitus terræ. describūt enim circularē habitatā. Hoc autē est
H impoßle, & fm apparentia, & secundum rationē. Nam & ratio ostendit q, ad latitudinem quidem determinata est, circulariter aūt copulari contingit propter temperaturā: (non enim excedunt æstus, & frigus fm longitudinem, sed ad latitudinē) quare, nisi alicubi prohibet maris multitudo, totū est perambulabile, & apparētia circa nauigationes, & itinera. multum enim longitudo differt à latitudine.
I quod enim est ab Hercules columnis usq; ad Indicā, eò q est ex Aethiopia ad Mæotin, & extrema Scythæ loca, plus est, q̄ quinque ad tria fm magnitudinem, si quis & nauigationes ratiocinetur, & vias, quantū contingit accipere talium certitudines. Et quidē ad latitudinē usq; ad inhabitabilia scimus habitatam. hic enim propter frigus nō amplius habitāt, illic autem propter æstū. Quæ aūt extra Indicam sunt, & colūnas Herculeas

Colūnæ Herculis. India. Aethiopia. Mæotis. Scythia.

India. Colūnæ Herculis.

propter mare non videntur copulari, ut cōtinua sit motiōis habitabilis. Quoniam aūt sil'r se habere necesse est locū quendam ad alterū polum, sicut quē nos habitamus, ad eū, qui est supra nos, palam est q proportional'r se habebunt & alia, & flatum constitutio. Quare, quemadmodum hic Boreas est, sic & illis ab illa, quę ibi est Ursa, aliquis ventus existit, quē nihil possibile ē pertingere huc. qm neq; Boreas iste in eā, quæ hic habitat, omnem flat, est enim velut abterraneus, flat Borealis. Sed, quia habitatio ista ad Ursam est posita, L
plurimi Boreæ flant. tamen & hic deficit, & non pōt longe pertransire qm circa mare australe extra Libyā, queadmodum hic Boreæ, & Austri flant, sic ibi Euri, & Zephyri, succedētes continui semper flant. Quòd igit Auster non est ab altero polo flans ventus manifestū est. qm neque ille ab hyemali versione. oportebit enim utiq; aliū ab æstuali eē versione, sic enim proportionale assignabit. nūc autem nō est. M
vnus enim solus videtur flans ex ijs, quæ inde, locis. quare necesse ab exusto loco flantē ventum esse Austrum. Ille aūt locus propter Solis vicinitatē non habet aquas, neq; pascua, quæ propter liquefactionem facient Etesias. Sed quia multo maior ē locus ille, & expansus, maior, & amplior, & magis urens ventus ē Auster Borea, & pertingit magis

Africa. Mare Australe.

A gis huc, quàm iste illuc. Quæ igitur causa est horũ ventorum, & quomodo se habẽt adinuicem, dictum est.


De Ventorum Numero, Situ, Contrarietate, Temperatura, & Operationibus. Cap. 3.

De situ autẽ ipsorũ, & quibus cõtrarij sint, & quos simul flare cõtingat, & quos nõ, adhuc aũt quot sint existẽtes, & adhęc de alijs passionibus, quascũque nõ cõtingit dictas esse B ĩ Problematibus particularibus, nũc dicamus. Oportet aũt de situ simul rõnes ex descriptione cõsyderare. Descriptus sit igit̃, vt magis ĩsigniter habeat, horizontis circulus: quapropter & rotũdus. Oportet aũt intelligere ipsius alterã sectionẽ, quæ sub nobis, habitatã. erit enim & illã diuidere eodẽ modo. Supponatur aũt primo contraria ſm locum esse plurimũ distantia ſm locũ, sicut ſm speciem contraria plurimum distantia ſm speciẽ. plu C rimum aũt distant ſm locũ posita cõtra seinuicẽ ſm diametrũ. Sit igit̃, in quo A, Occidens ęquinoctialis. cõtrarius aũt huic locus, in quo B, Oriẽs æquinoctialis. Alia autẽ diameter hanc adrectũ incidiens, cuius id, in quo G, sit Vrsa: & huic aũt contrariũ ex opposito id, ĩ quo H, Meridies Id aũt in quo F, oriẽs, existima: id aũt, in quo E, Occidẽs estimualis. Id aũt, in quo D, Oriens hyemalis. id aũt, in quod C, Occidẽs hyemalis. Ab F autẽ ducat̃ diameter ad C, & à D ad E. Quoniã igitur plurimũ distantia ſm locum cõtraria sunt ſm locũ: plurimũ autẽ distantia quæ ſm diametrum: necessariũ est & flatuũ hos inuicẽ contrarios esse, quicunque ſm diametrũ sunt. Vocantur autẽ ſm positionem locorũ venti sic. Zephyrus quidẽ ab A, hoc enim est occidens æquinoctialis. Cõtrarius aũt huic Apeliotes à B. hoc enim ẽ oriẽs ęquinoctialis. Boreas autẽ, & Aparctias à G. hic enim vrsa. contrarius autẽ huic Notus ab H. meridies enim hic est, à quo flat, & H ipsi G cõtrarium est: ſm diametrũ enim. ab F autẽ Cæcias. hic enim oriens æstiualis est. Cõtrarius aũt est, non qui flat ab E, sed qui à C, Libs. iste enĩ ab occidente hyemali flat. contrarius autẽ huic: ſm diametrũ enim ponit̃. Qui vero à D Eurus. iste enim ab oriente hyemali flat, vicinus existẽs Noto. Quapropter & sępe Euronoti dicunt̃ flare. Cõtrarius autem est huiac, nõ qui à C, Libs, sed qui ab E, quẽ vocãt hi quidẽ Argesten, hi aũtẽ Olympian. hi autẽ Scironẽ. iste enim ab occidente ęstiuali flat, & ſm diametrũ ipsi opponitur solus. Hi igitur ſm diametrum positi venti, & quibus sunt contrarij. Alij autem sunt, ſm quos non sunt contrarij venti. aa I enim, quem vocant Thrasciam. iste enim medius ẽ Argestę, & Aparctio. à K autem, quem vocant Meseu.

D E F

G Mesen. iste enim medius est Cæciæ, & Aparctiæ. Diameter autem k vult quidem secundum semper apparentem esse, non exacte autem est. Contrarij autem non sunt his flatibus, neq; Mese, flaret enim vtiq; aliquis ab eo, in quo M. hoc enim est secundū diametrum) neq; ipsi I. Thrasciæ, flaret enim vtiq; ab N. hoc enim signum secundū diametrū est: si non ab ipso, & ad modicum flat quidam ventus, quem vocant qui in loco illo Phœnician. Principalissimi igitur, & determinati venti hi sunt, & hoc ordinati sunt modo. K

Ventorum situs descriptio.



A Quòd aût sint plures vêti à locis ad vrsam quàm ab ijs, q ad meridiē, causa est, terrā habitabilem supponi ad hunc locū. & qa multo amplior aqua, & nix repellit in hanc partē, quia illa sub Sole sunt, & illius latione, quibus liquescentibus in terrā, & calescentibus à Sole, & terra, necessarium est ampliorē, & ad maiorē locum fieri exhalationē propter hanc causam. Sunt autē dictorum flatuum Boreas quidem & Aparctias principalissime, et Thrascias, et Mese. Cęcias autem cōis Apeliotæ, & Boreæ.

Cur a septētrione plures venti.

B Notus autē, & Ithagenes, qui à meridie. & libs. Apeliotes autē, qui ab oriente æquinoctiali, & Eurus. Phœnicias autem cōis: Zephyrus autem, & qui Ithagenes, & qui Argestes vocat. Vniuersaliter autem horum hi quidem boreales vocantur, hi autē australes. apponuntur autē Zephyrici qdē Boreæ. frigidiores enim sunt, qa ab occidēte flant. Noto aūt Apeliotici. calidiores

C enim sunt, quia ab oriente flant. Determinatis igitur frigido, & calido, & tepido flatibus, sic vocauerunt. Calidiores autē sunt, qui ab oriēte ījs, q ab occidente. qm̄ pluri tempore sub Sole sunt qui ab oriente, eos, autē, qui ab occidente, derelinquit citius, & appropinquat loco tardius. Sic autem ordinatis ventis, manifestum est q simul flare cōtrarios quidem non est possibile: secundum enim diametrū, alter igit cessabit, violētiam passus. Non

D sic aūt positos adinuicem nihil prohibet, vt F, & D. & propter hoc simul flant aliquando secū di ambo ad idem signum, non ex eodem, neq; eodē spiritu. Secundum aūt anni tempora contraria cōtrarij maxime flant. circa æquinoctiū vernale Cæcias, & oīno qui vltra tropicum æstiualem, circa autumnale autem Libs. circa versiones autem æstiuales Zephyrus, circa hyemales aūt Eurus. Irruunt aūt in alios maxime, & cessare faciūt Aparctię, & Thrascię, & Argestę. pro

iuxta

E pterea enim q maxime deprope impetus ipsorū est, crebrię; & fortes flant maxime isti. Quapropter & serenissimi sunt ventorū. flantes enim depropē maxime, repellentes alios vētos, cessare faciūt, & eflantes cōsistētes nubes faciunt serenitatē: nisi frigidi vehementer fuerint simul existētes. tūc aūt nō sunt sereni. si enim fuerint magis frigidi, q̄ magni puenīūt, ante cōgelātes, q̄ propellentes. Cæcias aūt nō

F est serenus, quia reflectit in seipsum. vnde & dr̄ prouerbiū. Trahens ad seipsum, vt Cæcias nubem. Gyrationes aūt fiunt quidem, ipsis cessantibus, in contiguos, sm Solis trāsitū, quia mouet maxime cōtiguus pricipio. principiū autē flatuum sic mouetur, vt Sol. Cōtrarij aūt, aut idē faciūt, aut cōtrariū. vt humidi Libs, & Cæcias, quem Hellespontian quidā vocāt: sicci aūt

Prouerbium.

Ventorū agōnes

Argestes,

G Argestes, & Eurus, quem Apelioten. à principio autẽ iste siccus est, desinens autem aquosus. Niuosus autem Mese, & Aparctias maxime: isti enim frigidissimi sunt. Grãdinosus aũt Aparctias, & Thrascias, & Argestes. Aestuosus aũt Notus, & Zephyrus, & Eurus. Nubibus autẽ cõdẽsant cœlum, Caecitas quidem valde, Lybs autẽ rarius. Cęcitas quidẽ, propterea ꝙ reflectitur ad seipsum, & quia cõis est Boreae, & Euro. quare, quia frigidus est, congelans vaporantem

H aerẽ, nubes cogit: quia aũt loco Apelioticus est, habet multam materiam, & vaporẽ, quem propellit. Sereni autem sunt Aparctias, Thrascias, Argestes. causa autẽ dicta est prius. Coruscationes autẽ faciunt maxime & hi, & Mese. qa enim deprope flant, frigidi sunt. propter frigidũ autem fulguratio fit, segregatur. n. coeuntibus nubibus. Quapropter, & quidã horum eorũdem grandinosi sunt. cito enim cõgelant. Procellosi autẽ fiunt, autũ

I no quidem maxime: deinde vere, & maxĩe Aparctias, & Thrascias, & Agrestes. Causa autẽ est, quia procellae fiũt maxime: qñ, aliis flantibus: irruũt alij: isti autem maxime irruunt, aliis flantibus. causa aũt dicta est & hui⁹ prius. Etesię autẽ gyrant habitantib⁹ circa occidentẽ ex Aparctiis in Thrascias, Argestas, & Zephyros (Aparctias enim Zephyrus est) incipientes quidem ab vrsa, terminantes autem ad

K eos, qui lõge, His autem, qui ad orientẽ, gyrant vsq; ad Apelioten, De vẽtis igitur, et de ea, quę à principio, generatione ipsorũ, & substãtia, & de accidentibus passionibus, et cõiter, et circa vnũquenq; tot nobis dicta sint.

Caput Secundum Auerrois.

De Ventis.

VEnti famosi sunt Quatuor, Orientalis. & est ille, qui flat ex parte orientis. Et Occidentalis: & est ille, qui flat ex parte occidentis versus oriẽtẽ. Et ventus Septentrionalis; & est ille, qui flat ex parte poli ar

L ctici, i. septẽtrionalis. Et ventus Australis, seu meridionalis: & est ille, q flat ad oppositũ illius. Et flant inter hos ventos alij venti, qui vocantur arabice declinantes, quia ipsi declinant à ventis famosis. Et numerus horũ ventorum, vt nos inuenimus in translatione textus huius libri attributi Aristo. sunt octo venti: duo eorũ inter orientalem, & meridionalẽ: vnus eorũ magis propinquus orientali, reliquus magis ꝓpinqu⁹ meridionali. duo ẽt inter orientalẽ, & septentrionalem: vnus eorum ma

M gis propinquus oriẽtali, & alius magis propinqu⁹ septẽtrionali; & duo inter occidentalem, & septentrionalem: vnus eorũ magis propinquus ad occidentalem: & alius magis ꝓpinquus ad septentrionalem, & erit fm hoc numerus ventorum duodecim vẽti. Sed, fm ꝙ inuenim⁹ Alex. dicere de hoc, ipsi sunt vndecim vẽti: octo ex ẽis flant oẽs: duo ex duabus extremitatibus, vnus transuersalis lineę diuidẽtis circulũ, & sunt venti orientalis verus, & ventus meridionalis:

A ridionalis: & oppositi eis, & ex duabus partib' orientis, & occidetis duo venti quilibet eorũ opponit alteri, sed illi, qui sunt præter hos octo nõ sunt oppositi. cognoscere autem q istorũ duorũ sermonũ est verus est p sensum cũ longitudine inspectionis. Et vr, si sit ita, sicut dictũ est, vt sit causa in esse horum ventorũ fm hunc numerũ diuersitas partis cœli in virtute cum propinquitate Solis, & remotione eius. Quid aũt sit Ventus dicã. Est enim exhalationes fumosæ motę circulariter, seu fm circuitũ circa terrã. Nam iã declaratũ est q vapor ascẽdens á terra est duarum specierũ: vna est vapor humidus: alia aũt exhalatio fumosa. Vapor aũt humidus fit ex ipso pluuia, ex exhalatione aũt fumosa fiũt vẽti. nã materiæ entium oppositorũ, seu contrariorũ debent esse contrariæ, seu oppositæ. Quód aũt pluuiæ opponãtur ventis vr ex hoc, quia vẽti quiescunt, cum dominãtur pluuiæ: & silr minorãtur pluuię, & cessant, cum dominantur venti. Et causa in hoc est, quia materię istorũ sunt diuersę, & ideo multiplicantur vẽti in annis siccis, & minorãtr in annis pluuiosis. Inuenitur tñ quodlibet istorũ augmẽtate aliud aliqñ per accñs.

Definitio venti.

materiæ entiũ oppositorũ, seu cõtrariorũ debent esse oppositę, siue cõtrarię. Idem 8. ph. cõ. 46.

B

C Nam terra accidit ei, cum madefit p pluuias, & postea expandit sup ipsam Sol, vt ascẽdat ex seipsa exhalatio fumosa multa, sicut ẽ dispõ in lignis viridibus, cum ponuntur sup ignem. & similiter ẽt accidit ventis mouere vapores humidos ex locis multis, & cõgregare ipsos ad vnũ locum, & maxime in vẽto australi, & ingrossantur vapores, & fit ex eis pluuia, sicut narratur hoc accidere multotiens in terris Aethiopiæ.

D Signũ aũt in hoc, q ventus fit ex exhalatiõe fumosa ẽ velocitas, & cauitas motus eius. nã velocitas, & acuitas in motu inuenit exhalationi calidę, & siccę. hoc ẽt vr ex operatione eius. nam sua operatio semp est siccitas, & econtrario opatio pluuię.

Postq̃ autem locuti sumus de genere ventorũ, loquamur nũc de causa, pp quam circundant circa terrã, & exhalatio fumosa de consuetudine, seu natura est ascendere superi'. Quód aũt venti circũdant circa terram vr ex motu nebularũ in eis fm circulum. si enim procederẽt fm lineam rectã, non transferrent nubes de suo loco ad aliũ locum fm circulum: & nõ esset distãtia eius in hora motionis, seu translationis ex oib' locis distãtia vna. Causa aũt in hoc est, qa exhalatio calida, cũ ascẽdit supius, occurrit loco frigido, & humido, & accidit ei humefieri, & infrigidari aliqua frigiditate, & causat inclinatio ad inferius, & sunt impedientes, siue diuersæ inclinationes, inuẽtæ in ipsa, s. grauitas, & leuitas. & sequit de necessitate vt moueatur ex hoc motu circulari. & hoc est, qa motus circularis non est remotus á motu naturali cuiuslibet illarũ exhalationũ oppositarum, s. grauis, & leuis, sicut est remotus vnus motus oppositus compari eius, & per oppõnem eius ab ipso mouetur ad lat'.

Quód venti moueantur circulariter circa terrã. & pp qd.

E

F

Et significat hoc illud, quod inuenitur cuilibet elementorum pręter terrã ex receptione huius motus, & ex velocitate transmutationis ad ipsum. & est iste mot' circularis non oĩno necessarius, seu coactus elemẽtis, neq; naturalis. & iã locuti sum' de hoc in libro Cœli, & Mundi. Et hæc pars fumosa leuis, qa nõ domi

mot' circularis competit omni elẽto prętterrã, & ñ ẽ naturalis, neq; violentus sed neuter. Idẽq; Gæ. cõ. 20.

G natur super partẽ humidam, vt moueat ipsam ſm lineam rectã, mouet ipam circulariter. nam illa pars fumoſa facilius recipit hoc. & hæc eſt magna cauſa dominans in circulatione ventorũ. Et ſignum huius eſt ꝙ venti multiplicant̃ ex ſuperiori. & ideo nubes, ſeu vapores pręcedũt generationẽ ventorum, & vſ mutatio in aere. & hoc ſciunt naturæ, volentes pronoſticare generationẽ vẽtorum. Ille aũt, qui putauit ꝙ aliqñ cauſa circulationis harum exhalationum eſt, quia, cùm aſcendit ſuperius, & occurrit aeri moto circulariter per motum totius, recipit inclinationẽ ab ipſo, & voluitur circulariter, dixit impoſſibile. H Nam illud, qd peruenit ex exhalationibus aſcẽdentibus ad illum aerẽ motum circulariter, mouetur p motum eius p ipſum, ſeu cum ipſo admiſcetur ſuo proceſſu. nã talis exhalatio dignior eſt qualibet, recipere motũ tori'. & manifeſtũ eſt ꝙ illud, quod eſt ſm hanc diſpoſitionem, non eſt vẽtus. nam maximũ cœlum mouetur ab oriẽte ad occidentem ſolum. & etiã motus ventorum non eſſet ita fortis, ſicut dicitur per teſtimonium. nã cauſa fortitudinis, & velocitatis I eſt eſſe cõtrarietatis in ipſo: ſicut eſt diſpõ in ventis, qui ſunt cauſa tonitrui, & fulminis, quę ſiũt ex nubib'. & aliqñ fit hoc ex aſcenſione vnius exhalationis apud deſcẽſionem vaporis, ſeu exhalationis humefactę, & frigefactæ. & fit ex hac prohibitione talis ſpẽs ſpeciei motus, ſ. ſm circulũ. Iſte eſt ſermo in dando definitiones ventorum ſimpliciter, & quidditates eorum. De cauſa aũt in flatu aliquorum vẽtorum in aliquo tpe anni, & aliquorũ in alio, & differentijs, p quas appropriatur quilibet vẽtus ex vẽtis famoſis quatuor, K ſ. orientalis, & occidentalis, & meridionalis, & ſeptentrionalis, nos cõplebimus ſermonem. Et dicamus ꝙ venti nõ fiunt ſm plurimum in tpe caliditatis intenſæ, neq; frigiditatis intenſę. nam frigiditas intẽſa d ſua conſuetudine, ſeu natura eſt ingroſſare faciem terrę, & prohibere aſcẽſionem exhalationis fumoſę, & vſr non eſt de conſuetudine eius producere ipſam. Caliditas autem intẽſa facit in facie terrę ſimile combuſtioni, & conſumitur, ſeu diſſoluit̃ pp L hoc ſubſtãtia exhalationis fumoſę. in alijs autẽ temporibus, pręter hæc duo, multiplicatur flatus ventorũ. & propter hanc cauſam inueniunt̃ magis ventus ſeptentrionalis, & auſtralis: quia ipſi fiũt à locis, q ſunt ex duab' partibus circulationis Solis ęſtiualis, & hyemalis. Sed vẽtus orientalis, vel occidẽtalis raro flãt: & maxime illi, qui ex eis, fiunt ſub vna circulationum: & hoc propter caliditatem, quæ eſt ibidem. Cauſa autẽ in flatu venti auſtralis eſt manifeſtum, ꝙ cauſa huius eſt motus Solis in ſuo circulo obliquo. Cur autem ſunt vẽti meridionales, flan- M tes poſt remotionem Solis à ſua circulatione, ſeu reuolutione hyemali poſt ſexaginta dies, & flant ſeptentrionales poſt remotionem Solis à parte oppoſita æſtiuali poſt viginti dies, cauſa in hoc eſt, quia Sol, cùm fuerit ĩ loco propinquo magis parti ſeptẽtrionali, liquefacit niues, & flumina. & vniuerſaliter humiditates, quę ſunt in hac parte, & fiunt vẽti ſeptentrionales, niſi ꝙ Sol non facit hãc actionem minus viginti diebus, vel prope ſecundum plurimũ.

De cã flat' vẽtorũ diuerſis regionib' & tpibus anni.

A Ratio aūt super hoc est, quia nos videmus aerē esse calidiorē post remotionē Solis ab isto loco propinquo, magis q̄ sit in tpe, in quo est I loco magis propinquo, cum hoc, ꝙ calefactio non est intensior pp minorē reflexionem, seu maiorē oppositionē. Et causa in hoc nihil aliud est, nisi dispō seu pręparatio aeris. nam operatio maior in hoc nō est pp agens magis forte tm̄ sed etiam ex parte passi; seu recipiētis. & ideo non est impōse vt agēs debile faciat in vno met loco actionē maiorem actione agentis fortis: & hoc pp diuersitatem subiecti in dispōne, seu pręparatiōe. B †Cùm aūt hoc sit ita, pōt quis dicere, cur flant venti septētrionales post remotionem Solis à sua circulatione æstiuali in viginti diebus, & meridionales post remotionē ei⁹ à circulatione, seu solstitio hyemali in sexaginta dieb⁹. & causa in hoc est vna & habitudo Solis ad septentrionem, & meridiem est vna habitudo in latitudine, & distātia.

*Nō ē impōse vt agens debile faciat in vnomet loco actionē maiorē actione agētis fortis: & hoc pp diuersitatē subiecti in dispōne, & †Quęstiō.

Solutio. Prima cā.

Et dicam⁹ ꝙ dr̄ vt causa in hoc sit, C quia ventus meridionalis, qui generatur ibidem in loco simili, in quo generat ex ipso ventus septentrionalis, nō aduenit nobis in pricipio tpis, in quo generatur pp nimiam distantiā. nam ipse in illa hora est debilis, sed post hoc forficatur. nā actio caloris erit ibidem fortior. & ideo apparet post remotionē Solis à circulatione hyemali in tpe maiori, q̄ sit temp⁹, in quo apparet septētrionalis. nā locus, ex quo generat ventus iste, est propinquior nobis.

Scda cā.

Vel dicamus ꝙ causa in hoc est ꝙ locus, ex quo generatur ventus meridionalis, non est habitudo suā ad circulationē hyemalē, sicut est habitudo distantiæ loci, ex quo generat D septētrionalis ad declinationē, seu circuitum æstiualem, i. ꝙ locus flationis meridionalis est magis remotus à declinatione hyemali, q̄ est locus flatus septentrionalis à declinatione ęstiuali. & erit tps, in quo calefit ille locus, postq̄ peruenit Sol in circuitu hyemali, lōgius tpe, in quo calefit loc⁹ flatus septētrionalis, cū Sol est in opposito æstiuali. Et intelligo hic per calefactionem, calefactionē conuenientem flatui ventorum. non enim p quālibet caliditatem accidentē generantur venti. & hæc causa est illa, q̄ dicta est in quibusdam traductionibus, attributis E quibusdā expositoribus. & vr̄ vt sit causa in hoc coniunctio duarū causarum simul. Sed in hoc sermone accidit difficultas non parua. nam Arist. videt ꝙ illud, qđ est sub ęquinoctiali nō est habitabile pp dominium caliditatis ibidē, & est verū, & firmū, sicut declerabitur postea ex sermone nostro. Et, cū hoc sit ita, non est pōse vt flet ventus ex parte meridionali simili parti septentrionali, ex qua flat apud nos ventus septētrionalis, i. ex loco, qui est inter circuitū hyemalē, & polū meridionalem. & hoc pp fortitudinem caloris, qui est sub ęquinoctiali. Nā ventus, qui flat ex illa parte. morietur de necessitate, anteq̄ perueniat ad nos. & cùm hoc sit necessariū, nō remāsit nisi vt sit loc⁹ flat⁹ australis apud nos ex loco, qui est sub circuitu ęstiuali. nā Sol, cùm fuerit in circuitu hyemali infrigidat ille locus, & humefit. &, cū appropinquauit ei Sol, cùm redit, liquefacit, siue resoluit illam humiditatem, & causatur ventus australis. cùm aūt peruenit I circuitu

Documē.

Dubium.

Solutio. Nota hic vn̄ flat ventus austra F lis & Arist. negantem sub ęquinoctiali esse habitationem.

G cuitu æstiuali, cessant pp fortitudinem caloris. & iste sermo inuenit in quibusdã textib⁹ attributis Alex. & est verũ, Deo volente. Sed dñæ, quibus distinguuntur venti quatuor, pręter istã ꝙ vn⁹ veniat ab hac parte, ali⁹ ab alia parte, sunt, qa australis est calidus, & humidus, septẽtrionalis frigidus, & siccus, oriẽtalis medius. p respectum horũ duorum & occidentalis ẽt, sed ipse est magis dclinãs ad humiditatẽ. sed assignatio causę huius ẽ ꝙ australis, dicit Aris, venit ex parte alta terræ, & descẽdit

H à terra fm descensum vaporũ. Et, si non esset hoc, esset conueniẽs vt esset iste ventus siccus pp caliditatem illius loci, nisi essent ibidem multę aquę: sed frigiditas venti septentrionalis, & siccitas ei⁹ manifestat ꝙ ipse flat ex desertis siccis, & ex locis depressis, seu non altis. Venti autem orientales putatur de his ꝙ sunt calidiores ventis occidentalibus, quia pars orientalis est calidior parte occidentali. Etiam difficile fuit hominibus assignare causam huius. ipsi enim putauerunt ꝙ habitudo Solis sup terrã in oriente, & occidente est

Quare ps orientalis calidior ẽ occidentali.

I vna habitudo. Et nos consyderabimus de hoc. & dicamus ꝙ Sol, cùm fuerit in parte orientali, est illud, qđ cadit ex lineis illustrantibus, seu radiantibus super illã partẽ terrę fm angulos rectos, vel ꝓpinquos ad rectos. & hoc est necessarium pp rotunditatem terræ. Casus aũt earum in parte occidentali, donec Sol continuatur in tpe orientali est fm angulos dilatatos, donec diuidat Sol arcũ suum in medio diei: & est habitatio Solis ad duas partes vna habitudo: & postea ẽ habitudo Solis ad partẽ occidentalem in medietate vltima diei, habitudo eius in medie

K tate prima ad partẽ orientalẽ. &, qa hoĩes viderunt hãc dubitationem similẽ, nõ potuerunt dare causam huius, & negauerunt esse. Sed illi, qui affirmant hoc esse, putãt ꝙ pars orientalis orizontis est calidior. & vr̃, si hoc sit ita, vt causa in hoc sit, quare soluit statim super illã partẽ, & attingit illam partẽ continue fortius, q̃ attingit pti⁹ p caliditatem illius, pp causam, quã diximus, & patitur pp hoc hæc pars passione multa, & pp hoc recipit caliditatẽ fortiorem. &, quia in parte occidentali ac

Prima ca.

L cidit hoc aliquid post aliqd, & paulatim, donec acquirat rem fortẽ, ex hoc fit ĩ ipso dispõ aliqua, ita vt nõ patiatur hac passione, qua passa est pars oriẽtalis, neq, calefit fm caliditatem illius. Quòd aũt simile hui⁹ accidit rebus oppositis manifestum est. & ideo non venit ęstas post hyemem, donec mediet inter ista ver, propterea quia entia tunc occurrũt calori, ita vt corrũpat ipsa. Et significat sup hoc illud, quod accidit in quibusdam annis p aduentũ caliditatis, & frigiditatis repente de ægritudinibus, & malis. & hoc est causa

M in hoc esse, si testimoniũ sit verũ, & est causa possibilis: sed ꝙ accidat ex fortitudine hui⁹ sermonis dare causam, & esse simul est remotum. Et ẽt posse est dare cãm huius per aliũ modũ. nam declaratũ est ꝙ cœlum habet dextrũ, & ꝙ pars cœli, in qua sit dextrum, est fortior alia parte. & cùm hoc sit ita, erit calefactio ĩ parte, quæ est p transuersum opposita, seu in parte correspõdente illi parti p motum fortiorem, & attingit ipsam etiã pars orientalis. & coniunguntur in hoc hæ duæ spẽs calefactionis,

Alia ca.

A nis, prima, quæ est p refractionē, secunda p motum: & hi duo sūt duo modi calefactionis stellarū, fm q̄ declaratū est. Illud aūt, quod dr̄, q̄ ciuitas longior est calidior terra, cui' lōgitudo est breuior. & fortè causa in hoc est, si testimoniū sit verū, qa illæ partes sunt propè partem correspondentē dextro cœli, & appropinquāti ei. &, sicut dr̄ q̄ pars dextra illius est fortioris actionis, ita dr̄ q̄ ps terræ correspondens huic parti' magis. &, si non dicas hoc, nescio quid dicendum sit de hoc. Et opinat' vt sit hęc causa prędominās in hoc, q̄
B ventus orientalis est calidus & hoc, quod dixi, adhuc nō videtur causa manifesta in hoc. nam Sol stat sup medietatem oriētalem sex horis, sicut stat super medietatem occidentalem: sed est ascensus eius sup medietatē orientalem, postq̄ calefecit ipsam vna hora, vel duabus. & hoc, cū appropinquat ad ascēsionem: & sic iam calefecit ipsam septē horis, vel octo, sex sup terram, & vna, vel duab' sub terra sed, cùm Sol iuit ad occasum ab orizonte occidētali, nō
C recipit vilitatem ille orizon per caliditatem, quæ fit ex ipso post occasum per vnam horā, vel duas. quia hęc calefactio fit, cùm iam frigefactus est orizon occidētalis pp occasum Solis ab ipso. sed caliditas, quæ fit ante ascēsum est ecōtrario huius idest quia tunc augmētatur caliditas per caliditatem, quę fit post ascēsionem. sed caliditas, quę est post occasum, non potest resistere frigiditati, quæ est post occasum, & à fortiori non addit caliditatem.

In eodem medio, vbi loquitur d̄ ventis, dicit. Sed ascendens, s. vapor ex parte meridionali, est minor vapore ascendenti ab orientalibus, & D
occidentalibus, q̄ est sub ipso vapore in grossitudine: & ideo non multum transmutat' in aqua, sed ipse vt plurimū fit vētus, anteq̄ fiat aqua. Inquit. Et pp hanc causam fiūt vēti in partibus septentrionis, & meridiei magis, q̄ sint in partibus orientis, & occidentis, & hęc est cā, quam inuenimus in textu, qui peruenit ad nos ex verbis Arist. oponens q̄ duæ partes meridiei, & septētrionis multiplicantur in eis venti magis, q̄ in duabus partibus, s. orientis, & occidentis. Sed id, quod inuenimus in expositione Alexā. in hoc libro, est causa contraria huic causæ. nā ipse G
dicit q̄ causa paucitatis flatus ventorum ab oriente, & occidente est siccitas dominans sup illa loca: propterea quia Sol vadit super ea, & cōburit ipsa, & exparguntur vapores, qui illic sunt, & dissoluuntur, antequam transmutentur ad ventū, propter augmētum caloris. & duę partes septentrionis scilicet, & meridiei sunt humidiores istis duabus. nam pluuiæ sunt in ipsis magis: & de natura corporis humidi est ascendere ex ipso vapor magis, sicut est dispo- F
sitio in lineis humidis. nam substātia calida, & sicca, quę ascendit ex ipso cùm cōburitur, maior est substātia, quę ascendit ex lignis siccis.

Duo igitur hi sermones cōueniūt q̄ Sol calefacit orientales, plusquā facit in duabus partibus septentrionis, & meridiei: & differūt in eo, qd̄ consequit' ex illo, nam in primo dicitur q̄ multitudo caloris sequit' ex ipso multitudo vaporum, & spissitudo eorum, & ex paucitate caloris sequitur paucitas vaporum, & subtilitus eorum. In secundo aūt dicit' q̄

G ex intentione caloris, sequitur augmentum dissolutionis, & debito, seu abscissio vaporũ, & ex paucitate caloris sequitur ascensio vaporũ, & multitudo eorũ, & tu scis quod intensio caloris, & remissio illius producit quãlibet harũ duarum operationum cõtrariarũ. & hoc redit ad diuersitatẽ subiecti, & habitudinẽ agẽtis ad ipsum. nã subiectũ, cum sit humidũ, s. quod humiditas dñatur sup ipsum, & non dñatur potẽtia agentis sup ipsum in fine dñationis, s. calefacientis, & hoc in radice proportiõis, seu habitudinis, quæ est inter ipsa, sequitur,

H cùm appropinquat hoc agens huic passio appropinquatiõe certa, vt resoluatur ex ipso vapor pauc⁹ hũidus: &, cùm remouetur ab ipso distãtia certa, vt resoluatur ab ipso vapor multis subtilis: &, cùm fuerit habitudo, seu proportio agẽtis ad passum maior hac habitudie, & habitudo passi ad ipm minor, oportet de necessitate, qñ appropinquat sibi agens, vt exiccet ipsum, & cõsumet id, quod producitur ex ipso: &, cũ est remotum, resoluit ad ipsum multũ vaporem. Et, si nos sciremus vere proportionẽ calo

I ris Solis à terra, quę proportio sit ð his duabus proportionib⁹, tũc scire mus quis horũ sermonũ est verus p demsonem dantem cãm, & esse sit: sed, quia nos nõ scimus hãc proportionẽ, oportet inuestigare vnãquãq; harũ duarũ causarũ ex rebus posterioribus, quę apparẽt oculis. &, si in partibus oriẽtalibus, & occidẽtalib⁹ multiplicantur pluuię magis, q̃ in alijs duab⁹ partib⁹ septentrionis. s. & meridiei; tunc est causa dicta in textu attributo Arist. &, si dispositio ẽ opposito modo, causa est dicta in libro Alexã. & hoc totum, s id, quod ẽ apparet oculis, in paucitate flat⁹ vẽ K torum, & multitudine eorũ ex his partibus fit sicut posuit. nam nos vidimus in oriẽte, & occidente in ista prouincia nostra, s. in Andulosia, si non magis flant, q̃ in septẽtrione, & meridie, nõ minus, & videmus ẽt in oriente, & occidente congregari nebulas, & producere pluuiã in oriente, & medietate occidentali ð hac insula, seu prouincia, in oriẽtali aũt in medietate orientali illius Et forte hoc accidit in ista insula pp situ maris versus eã, & quia ipsam circundat.

Et erit hoc, quod dr, hoc ẽ id, quod L inuenitur in pluribus locis habitabili bus terrę, s. in terra septẽtrionali, vel in terris naturalib⁹ in calore: & sũt terrę, quæ sunt in medio fm longitudinẽ, & latitudinẽ, vt terræ Græcorum, & propinquæ eis, terra aũt nostra hęc, & si sit cõueniẽs terris Grę corũ in latitudine; est breuior ipsa in longitudine, terræ aũt Israel, & Babyloniæ sũt strictores terris Græcorum in latitudine. latitudines, ãt magis faciunt in diuersitate terrarum q̃ longitudines. Et ideo nos vidimus hãc terram nostram magis propinquã in sua natura terris Gręcorũ, quam terrę Babylonię. Clima M aũt æquale, seu contemperatum est quintũ, vt inquit Galen⁹, nõ quartum, vt crediderũt multi homines. Signum autẽ huius est, quod illic inueniuntur complexiones ęquales magis. Signum autem forte super ęcomplexiones est color, & capilli. Color aũt ęqualis est albus, & clar⁹: capillus autem ęqualis est magis propinquus ad illum, qui est quasi medi⁹ inter planitiem, & crispitudinẽ, seu ad planũ, quã ad crispitudinem. eẽ aũt huius coloris, & capilli parum inuenitur

Latitudines magis faciunt in diuersitate terrarũ q̃ longitudines.

A inuenitur in terra Arabum: & ideo vocāt albū rubeum. terræ aūt Babyloniç sunt mediç ad terras Arabū, s. φ color brunus dominatur sup eos hoīes, sicut est dispō Arabū. iste aūt color ī capillis inuenitur nāle, s. magis in hominib⁹ climatis quinti, qñ non coniunguntur cū gentibus extraneis, sed cum habitantibus extraneis, q̄ habitant illic de propinquo. sed, cùm prolongauerit tempus in istis hominib⁹, tūc redit natura eorum ad naturam illorum hominū illi⁹ climatis: sicut accidit filijs Arabum, & Barbarorū in terra Andolosiæ, s. φ ipsi conuersi sunt ad naturā B gētis ꝓprie illi terræ, ideo multiplicatæ sunt ī eis sciç. & iā exiuim⁹ ab illo, in quo fuimus, nūc redeam⁹ ad id, in quo fuimus ex verbis sapiētis.

Item in eodē Secundo, vbi loquiť de vento septentrionali, ac meridionali, & de hoc loco, à quo flat, dicit ī media sua expositione hæc verba. Inquit, Et iam locuti fuimus in ꝓductione flatus septētrionalis, & q̄d fit ex illa parte de ventus post cōplementum æstatis, & hyemis: & iam oportet īuestigare quid sit causa in hoc. Et dicamus φ in hyeme desi- C nit, seu deficit materia venti pp dominium frigoris in parte septētrionali, &, cùm appropīquat Sol sibi. & hoc, cum trāsiuit hyems, & incœpit ver, appropinquat Sol terræ: &, cùm resoluit niues, quæ sunt illic, & facit ascendere ex terra vapores, fit ex eis ventus septētrionalis frigid⁹. Sed flatus huius post æstatem causa in hoc est φ fortitudo caloris in parte æstatis facit desinere materiā illius, & consumit ipsam. & cùm fuerit post tempus æstatis, & infrigidatus aer aliquali frigiditate, retinenť vapores, qui sunt in terra pp illā frigiditatem cùm autem multiplicanť D emittuntur, seu ascendunt: propterea quia nō est adhuc tm̄ frigus, φ prohibeat emissionem vaporū multorum ex eis: & nō est etiā illic tantus calor, qui dissoluere, & cōsumere eos possit. Et causa in hoc, quod dixit, est φ Solis appropīquatio, & remotio ī his duab⁹ dispositionib⁹ in parte septētrionali est eadem, seu similis appropinquatio. quasi igiť ipsa agit in his duobus temporibus in parte septentrionali s̄m eandem appropinquationē calorem proportionabilē generationi ventorū: sed E quia fuit id, quod sequiť ex distātia illius, frigus fuit hic quasi agēs per accidēs. Inquit, Et pp has duas causas incipit flatus septentrionalis in principio veris, & autūni ꝑter alios ventos. ita inuenimus hanc quęstionem in verbis Aris. quæ peruenerūt ad nos. Sed ī libro Alexan. inueniť loco huius alia quęstio. & est, cur septentrionalis flat post remotionem Solis à solstitio ęstiuali, seu à reuolutione ęstiuali multotiēs, & quasi cōiunctę: & hoc post viginti noctes à remotione Solis à solstitio æstiuali, & meridionali flat nō coniun- F ctæ post recessū Solis à solstitio hyemali: & hoc post septuagīta noctes. Et dictū est illic in responsione hui⁹ quęstionis φ causa in hoc sunt duę causæ: vna earū est φ pars meridionalis remotior ē ex habitatione nostra, q̄ pars septētrionalis, ex quo habitatio nostra est in quarta septentrionali: & vēus meridionalis non peruenit ad nos, nisi qñ fortificabať operatio eius pp fortitudinem operationis Solis in illis partib⁹: & hoc post septuaginta dies. nam pars, cui

 app.o-

approponquat Sol, apparet de dispositione illius quod ipsa fortiter calefit post recessum Solis. & hoc propter fortitudinem passionis recipientis, non propter fortitudinem agentis. sed pars meridionalis propter propinquitatem eius ad nos, flat super nos ventus septentrionalis a principio apparitionis actionis Solis in illa parte, s. resoluendo niues. & faciendo ascendere vapores siccos frigidos. & ideo fuit ventus septentrionalis frigidus, & siccus: & apparet iste ventus post viginti dies a reuolutione æstiuali. Secunda autem

H causa est, quod ipsi putauerunt quod locus, ex quo generatur ventus meridionalis, remotior est a solstitio hyemali, quam sit locus, ex quo producitur ventus septentrionalis a solstitio æstiuali. Et hæc causa data, si posuerimus quod locus generationis meridionalis est in eo, quod est post reuolutionem hyemalem versus meridiem, vt putatur hoc ex verbis eorum de locis generationis ventorum, & secundum quod inuenimus hoc declarasse quosdam expositores, nullam habet rationem, neque notum est per sensum, & est dictum tantum, sine ratione, nam magis videtur vt sint loci flatus ventorum ex duabus partibus re-

I uolutionum siles in propinquitate, & reuolutione, nisi illic accideret aliquod accidens propter materiam.

Sed prima causa est dignior, seu conuenientior vt sit causa in augmento, seu fortitudine venti, quam sit in eius paucitate. & hoc, quia iam declaratum est de dispositione venti quod assimilantur flu-minibus, s. quod quanto magis remouentur a principijs eorum, sunt maiores propter id, quod congregatur, seu adiungitur eis ex vaporibus similem eis: & quod apparet necessarium, est vt flatus duorum ventorum oppositorum sit

Venti assimilantur fluminibus, quod quanto magis remouentur a principiis eorum, maiores fiunt.

in vna eadem hora ex duobus causis

K diuersis. &, si sit ventus septentrionalis, qui erat in principio veris. causa eius est caliditas, igitur sequitur vt, si sit ventus meridionalis, qui flat in ista hora, causa eius est frigiditas, quod accidit parti meridionali, s. post remotionem hyemalem. &, si sit ventus septentrionalis, qui flat in principio autumni, causa eius est frigiditas, vt dictum est. meridionalis igitur, qui flat in hac hora, causa eius est calor, s. in parte meridionali. hæc est dispositio ventorum contrariorum, seu oppositorum in vno tempore. Et, cum hoc sit ita, venti igitur oppositarum partium, qui flant

L in temporibus diuersis. si ipsi sint proportionales, s. quod distantia eorum ab æquinoctiali, seu a tempore æquinoctii, est vna distantia, oportet vt sit causa eorum vna in specie: nisi accideret illi aliquod accidens propter materiam. & secundum hoc, si sit ventus septentrionalis, & agens illius post viginti dies a remotione æstiuali est calor, oportet vt sit agens meridionalis de hac eadem specie, s. calor, & vt sit in illa hora, s. in hora consimili. sed venti oppositi, qui flant in temporibus diuersis, non proportionabiles, s. quorum initium flatus sunt

M horæ diuersæ, iam oportet vt sint causæ eorum diuersæ, vel propter agens, s. vel propter calorem, & frigus, vel propter locum, s. propter diuersitatem partium terræ in propinquitate a locis aduentus Solis. &, cum hoc sit ita. & ventus meridionalis flat post remotionem hyemalem septuaginta dies, & septentrionalis post reuolutionem æstiualem, sequitur igitur, vt sint causæ eorum diuersæ, vel agens, vel recipiens. Et, si esset declaratum quod impossibile est vt sit causa incipiendi flatus venti meridionalis in hac hora. &

agens,

A agens, diuersa à causa flatus vẽti septentrionalis in illa hora dicta etiã, & impossibile est vt agens, & recipiens sint diuersa secundum magis, & minus, esset necesse vt sit locus diuersus in propinquitate, & remotione à Sole, sicut dictum est, vel erit causa distantiæ loci à nobis: sed, cùm hoc nõ fuerit declaratũ, possibile est vt, si venti meridionales generati ĩ illa hora, sunt causa frigoris, quod inuenitur in parte meridionali, ex qua generatur ventus ante augmentum caloris Solis, & maxime quia hęc hora est propinqua principio horę veris: & iam de B claratum est quòd vẽtus meridionalis, qui flat in hac hora, vt dicit Aristo. causa illius est calor: oportet igitur vt, si sit ventus oppositus ei factus ĩ hac hora, causa illius sit frigiditas: & ipse est meridionalis vernalis. sed ventus, qui flat, postquam cõpleuerit remotio æstiualis per viginti dies, cã eius est calor, vt dictum est: & ipsa est diuersæ proportionis, seu habitudinis à vento septentrionali, qui fit ĩ principio autumni, si posuerimus ipsum alium à vento autumnali septẽtrionali. sed, si ipse fuerit positus esse vẽtus autumnalis meridionalis. iã igitur sequitur, vt sit causa eius frigiditas: C &, si est alius possibile est vt causa illius sit calor, vel locus propter hunc locum. & in hoc, vt vides, est ambiguitas magna, & inquisitio profunda. Et causa diuersitatis, seu difficultatis est difficultas cognitionis harum horarum à visu, & verificationis earum propter nimiam cõfusionem, & diuersitatem, quę accidit his rebus propter materiam: Et magis verisimile apparet, cùm cõcesserimus loca flatus esse similia, vt sit ventus septentrionalis, qui flat post viginti dies à recessu æstiuali præter ventũ D autumnalem meridionalem, propter distantiam illius, quòd est interea, & quòd sit vẽtus meridionalis, qui flat post septuagiñta dies à recessu Solis à solstitio æstiuali: & cur non flat etiam ventus autumnalis septentrionalis ante principiũ autumni per viginti dies, sicut flat meridionalis ante ver. Sequitur igitur contra nos difficultas prima, quæ sequebatur cõtra Antiquos. Sed possibile est dicere quòd cã in hoc est, quòd duo venti producũtur à cã frigida, & pars meridionalis velocius recipit frigiditatem, quàm caliditatem, propter paucitatem stellarum, quæ sunt ĩ parte meridionali, E & altitudine partis meridionalis, si habitabilis de terra est hæc pars, velocius igitur introducitur frigiditas illic, quàm sit hic viginti diebus, propter calefactionem, sicut tu inuenis ventum septentrionalem produci post remotionem æstiualem per viginti dies propter calorem etiam à calore huius loci, & frigiditate illius, Sed quòd vẽtus meridionalis vernalis sit à causa frigida manifestũ est, ex quo ventus septentrionalis, qui flat in illa hora, est à causa calida. & hoc est manifestum, propterea quia Sol vadit versus partem septentrionalem, F & redit à meridionali. & ideo sequitur apud me vt sit ventus meridionalis vernalis, cum redit Sol à parte meridionali, non cum vadit ad ipsam, sicut est dispositio in vento septentrionali autumnali: & vt sit vẽtus septẽtrionalis, qui apparet post viginti dies, cùm Sol declinat ad septentrionem, non cùm redit ab illa parte, econtrario dispositionis in vẽto autumnali septẽtrionali & hoc, si concesserimus quòd sunt duo venti,

G & puto ꝙ Antiqui hoc concedunt: nã iste vẽtus apud ipsos fit á calore, & ventus autumnalis á frigore. &, si concesserimus ꝙ duo vẽti sunt vn᷒, iam possibile est dicere ꝙ principiũ dispositionis huius venti est á calore, postea aũt generatio eius est á frigore, præter hoc, quod desinent illi, qui sunt inter hos duos vẽtos. & erit hęc causa in hoc, ꝙ antecedit iste vẽtus septẽtrionalis qnquaginta diebus super vẽtũ meridionalem vernalem. & totũ hoc verificatur, post ꝙ non generatur vẽtus sub reuolutione Solis, & ꝙ ventus meridionalis vadit in suis locis, & non desinit, & procedit ad partem septentrionalem. &, si posuerim᷒ hos duos diuer

H sos ventos esse a tẽporibus frigidis, possibile esset nobis adducere cãm huius ex hoc, ꝙ nos posuerimus de calore partis septẽtrionalis, & frigore meridionalis, cum cõseruatione similitudinis locorum flatus. nã res diuersæ differunt vel propter agẽs, vel propter recipiens. agens aũt vel differt in specie, vel ſm magis, & minus: & sil'r patiẽs vel differt ſm magis, & min᷒, vel in specie. Sed Alex. credit ꝙ loca flat᷒ meridionalis sũt

Res diuersæ differunt ppter agens, vel ppter recipiens.

I solstitium, seu reuolutio æstiualis. & ſm hoc iam verificabitur in quibusdam terris septentrionalibus vt sit Sol, cũ fuerit in reuolutione hyemali remotior ab isto loco ab eis, sicut fuerit in opposito æstiuali a loco generationis septentrionalis. & hoc, cũ fuerit posita generatio septentrionalis á fine terræ habitabilis, sicut ponimus generationẽ ei᷒, s. meridionalis á principio terræ habitabilis sed ponere generationem meridionalis á principio terrę habitabilis est difficile, propterea qa ip si iã conuenerunt ꝙ non generatur ventus sub reuolutionibus solarib᷒ propter calorem illorum locorũ. & ſm hoc non erit in primo climate ventus meridionalis, sed est in parte, quę est post primum. nam ab ipso generatur. Vel dicam᷒ ꝙ iam generatur ventus in parte, in qua non est possibilis habitatio. & in prolongauimus multũ in hoc quęsito magis, ꝙ conueniens fuit: & redeamus ad id, ĩ quo fuim᷒ ex verbis sapiẽtis. K

Item circa materiam de vẽtis dicit. Et proprietas vẽti meridionalis est ꝙ ipse commouet nubes, & congregat ipsas, & cõiungit partes illi᷒: & proprietas venti septẽtrionalis est ꝙ ipse destruit ipsas, & separat partes illarũ. Et causa in hoc est, qa vẽtus meridionalis pp tortuositatem, flatus eius est sicut linea, cui᷒ extrema sunt arcuata, &, cũ ipse flat, ingreditur in partibus nubis, & cõgregat ipsam, & coniunguntur quædã ei᷒ partes cum quibusdam, & inspissat ipsam, & ingrossat suum corpus: sed vẽtus septẽtrionalis est recti flatus, & ppter hoc segregat nubes, & separat quasdam earũ á quibusdã. vult dicere, vt puto, ꝙ tortuositas, seu arcuositas vẽto meridionali accidit sibi propter distantiam flatus eius, & rectitudo septentrionali inest propter propinquitatem flatus eius. nam ventus, propterea quia de sua natura ẽ reuoluere circa terrã, & inest ex sphærica, sequitur ꝙ quãto magis flat᷒ est remot᷒, magis appropinquatur arcuitati, & est maioris multitudinis circulationis, & accidit ei retinere nubẽ per sphęrã, seu circulum, quem facit, i. ꝙ nubes congregantur conuexo eius, & non spargitur, & ingrossatur, & congregatur,

De pprietatibus vẽtorum.

L

M

A gatur, donec ex ipsa fit aqua: sed septentrionalis propter propinquitatem flatus eius, via eius, seu processus eius appropinquat lineę rectę, & expellit nubes, & nō retinet eas. Hęc sunt verba Commentatoris in media expositione.

De locis terrę habitabilibus.

ET, postq̄ declaratum est hoc, dicēdum est de locis habitabilib' terrę. Et dicamus q̄ mensura, quæ accepta est per sensum, & rationem mathematicam ex parte habitabili in hac parte septētrionali, est min' sexta parte terrę, & ē quasi septima. Ipsi n. traxerunt longitudinem huius loci, cùm consyderauerunt eclipses lunares in quibusdā terris oriē talibus, & occidētalibus, & non inuenerunt ipsas antecedere in terris B orientalibus, & esse posteriores ī occidētalibus magis, q̄ duodecim horis: & hoc in longitudine centum octuaginta partium ex partib', fm quas cælum est tercentum sexaginta partes. Latitudinem autem hui' perceperunt per hoc, q̄ finis terrarum, in quibus fuit possibile eis ire in parte australi, est illud, quod est remotum ab æquinoctiali per tresdecim partes, & vnum fragmētum, C seu minutum: & finis terrarū in parte septētrionis est illud, quod est remotum ab æquinoctiali p sexaginta partes. nam putauerunt q̄ maria prohibent illas in his duabus partibus. & hęc est mensura, quæ accepta est per sensum de dispositione terrę habitabilis. Et debemus consyderare de illo, quod est possibile de hoc per rationē, & de illo, quod non est possibile. & dicamus q̄ Arist. & secta Peripateticorum putant q̄ locus, in quo est possibilis habitatio in terra ex parte Solis est illud, quod est extra duas partes circuitus eius in duabus partib' eius, s. septētrionali, & D meridionali: & q̄ illud quod ē sub æquinoctiali, & prope ipsum, impossibilis est habitatio ī eo, propter dominium caloris. Et etiam putant q̄ illud, quod est remotum à circuitu Solis ad duas partes, s. meridionalē, & septentrionalem est inhabitabile propter dominium frigiditatis. Ptolemæus autē, & sequentes ipsum ex Mathematicis putāt, q̄ habitatio ē possibilis sub æquinoctiali ad illud, quod excedit ex parte meridionali fm mēsuram, quę non vadit ad ipsam, depressio Solis, seu oppositum augis & est locus, quem vocant viā combustam. Auicenna autem iam E secutus est eos ī hac opinione, & vidit q̄ ille locus, s. q est sub æquinoctiali, est magis temperatus, seu medius omnibus climatib', & putauit q̄ sermo Peripateticorum est cōtrarius sensui, & rationi. Nos autē consyderabimus de hoc, fm q̄ est possibile nobis ex parte rei. seu fmrē, de qua cōsyderatur. & hoc fm propositiones, quas habem' de hoc. Et dicamus q̄ iam declaratum est q̄ causa caliditatis est propinquitas Solis versus directum capitis: & q̄ causa propinqua in hoc, est casus linearū F radialiū sup angulos rectos, aut q appropinquant rectis, quia tunc fit reflexio fortior: & q̄ excessus climatum in fortitudine caloris, & debilitate eius propter excessum eorū, est in his angulis. Nam illæ terræ, quę sunt propinquiores ad partē meridionalem, anguli causati in eis à lineis radialibus, cū sit Sol ī circuitu æstiuali, sunt propinquiores rectis, donec sint in terris, ī quibus sol vadit directe sup capita earū, illi āguli

Opīo Aristo de locis terræ habitabilibus.

Opīo Ptolemæi, & Auicen.

Auer. op. pro Arist.

directi

G directi & hæc est terra calidior fm illum modum, s. fm modū reflexionis. Et, cùm hoc sit ita, videtur esse possibile, vt sit habitatio sub æquinoctiali. nam nos videmus multas terras habitatas, in quibus vadit Sol super capita eorum. Sed ista inquisitio, seu inductio non dat veritatem. Et nos dicamus ꝙ, cum fuerit dispositio, sicut diximus de causa intensæ caliditatis, & debilitatis ei⁹ ī climatibus diuersis, ita erit de habitationibus Et hoc videtur sensui. nam clima magis temperatum homini, &

H pluribus aīalibus, & plātis est clima Quartum, & quintum: & hoc ex parte caliditatis, cuius causa ē reflexio: & quod est præter ista duo climata in parte meridionali est magna caliditas, in parte autem septentrionali est magna frigiditas. Et, si non est hic causa in intēsione caloris, & debilitate eius in climatib⁹ diuersis, nisi anguli, quos causant illæ lineę radiales, manifestum est ꝙ sub æquinoctiali potest esse habitatio, sed non temperata, vt dicit Aui. sed fm modum, fm quem est habitata in climate, in quo Sol vadit directe

I super capita eorum. nam habitātia in illis terris sunt vitæ breuis de necessitate, & vt plurimū non sunt naturalia. Sed, si sit hic alia cā ex parte materię, per quam augmentatur caliditas sub æquinoctiali augmento valde magno, non erit possibile vt sit illa pars habitata. Et hanc causam nesciuit aliquis eorum, qui putant ꝙ habitatio ī illis locis est possibilis. Nos autem considerauimus de hoc, & dicamus ꝙ apparet manifeste ꝙ caliditas maior est in qualibet terra ex terris diuersorū climatum in tempore æstatis post remotionem Solis à circuitu, seu solstitio

K æstiuali: & hoc ex parte passi, & recipientis, & nō ex parte agentis, sicut declaratum est ante. nam continuatio huius caloris in terris temperatis, seu propinquis tēperamento durat post remotionē Solis circa tres menses. & hoc in terra nostra, s. Hispania, & in illis, quæ sunt propè ipsam in latitudine. Aliæ autem ciuitates, seu terræ pręter illas, si sunt versus partem meridionalem, inuenit in eis hęc caliditas tempore longiori hoc tempore dicto, quod est circa tres menses. & hoc, quia fm fortitudinem caloris ī terris diuersis, fit re-

L ceptio ī aere maior de caliditate Solis, & retinet ipsum fm suam formā per tempus magis longum. &, cùm hoc sit ita, sequitur de necessitate ꝙ terræ, quarum latitudo est propinqua vt sit in medio latitudinis harum terrarum tēperatarū, & sunt terræ, in quibus vadit Sol directe capitib⁹ eorum, vt in solstitio æstiuali, vt sit calor in eis in tempore æstatis ꝓpè duplum respectu caloris inuenti in istis terris, & erit permanentia eius post declinationem Solis propè duplum illius mensuræ, seu permanētiæ: & hoc quasi per sex menses, vel

M quinq; & hoc cognoscunt per sensum homines, qui viderūt hoc. Sed ego vidi terram, cuius latitudo est quasi triginta. & est remanentia caloris in ea post declinationem Solis circa quatuor mēses & hoc non ꝑcipitur sensu tātum, sed possibile est peruenire ad hoc per rationem. Et, cùm considerabimus in hoc toto, sequitur de necessitate vt in terris, quarum vmbræ cadunt meridionales, sit tempus caloris apud eos ꝓpè illos quatuor mēses: & est tempus,

in

A in quo cadunt vmbræ australes, & calor earũ de necessitate est fortior. & similiter sequitur, cùm cadũt vmbræ septentrionales. Et, cùm hoc sit ita, erit caliditas de necessitate sub æquinoctiali cõtinua æqualiter in toto anno, vel propinqua continue æqualiter. & non esset ibidem tanq̃ vna reuolutio in fine caliditatis, nõ quatuor. Nam in tempore, in quo est consuetudo aeris remoueri à caliditate, de necessitate descendit sup. ipsum motor, qui fecit ipsum acquirere eam: & cõseruatur propter hoc caliditas ibidẽ, propterea quia Sol

B non remouetur à directo capitum eorum plus, q̃ per tres mẽses. Et manifestum est q̀ in tali loco impossibile est permanere plantas, & aïalia. nam conseruatio animalis, & plantæ est p quatuor reuolutiones, seu circuitiones anni: quia sunt compositæ ex contrarijs, ex quibus componuntur. & talia loca, si imaginauerimus in eis esse reuolutiones, seu circuitiones, essent octo. & hoc totum est contrarium dispositioni naturali. Declarata est igitur ex hoc verificatio viç, fm quam processit Aris.

C Nam, sicut inueniuntur in parte septentrionali propter frigiditatem, ita oportet vt sit in parte meridionali propter caliditatem. Et hoc sequitur ex sermone vniuersali, qui ẽ q̀, cum inuenitur vnum contrarium in fine, seu ĩ extremo, oportet vt sit reliquum contrarium in illo fine: & quia est hic quædam terra nõ habitata propter frigiditatem, & medium æquale, est necessarium vt sit hic alia extremitas non habitabilis propter calorẽ. &, si non, non esset æqualitas, seu temperamentũ in medio. &, cùm inueniatur sit vnum extremum, & medium, de necessitate

Cũ inenit vnũ cõtrarium in fine oportet etiam aliud reperiri.

D oportet vt sit aliud extremum. &, si non, non esset hic medium, seu contemperamentũ. Et conueniens est vt vnum cõtrariorum corrũpat reliquum. & si sit hic terra magnę frigiditatis, & congelationis, vt sit hic etiam terra magnę caliditatis, & inflammationis. Et videtur q̀ super hanc directionem sustentatur Aris. ĩ hoc loco & ideo dicit q̀ cũ producens intensam frigiditatem, seu cõgelatiuam est natura illius loci pro pter remotionẽ Solis ab ipso: sicut causa fortitudinis intensionis caloris, & inflammationis igneæ est natura illius loci cum propinquitate

E Solis. Propinquitas igit Solis apud nos, & distantia eius sunt in his terris conseruantes, & æqualizãtes mirabilem intensionem duarum illarũ specierum. Nam, sicut causa frigiditatis congelatiuę apud nos, est natura loci frigidi cum remotione Solis, ita est necessarium vt sit causa caliditatis, & fortitudinis inflãmationis propinquitas Solis, & natura illius loci. Sed propinquitas Solis, & distantia eius videtur de dispositione earum q̀ sint causa in apparẽtia

F vnius duorum contrariorum, & in contemperantia eorum cũ ęqualitate. Et hęc differentia est vera. & iam dixit Arist. hunc locũ in multis locis. illud autem, quod dixerunt alij præter ipsum de hoc, est phãtasticum simplr. Æqualitas autem noctis, & diei, quæ inuenitur ibidẽ, videtur q̀ non habet mensuram sensibilem in diminutione caloris per respectum ad causas, quas numeraui mus. Et testificatur super hoc. nam terra, cuius dies est longior, & frigidior, q̃ sit dispositio per morã, quæ acci-

Obijcit tacitæ obiectioni.

G accidit Soli in capite duorum solstitiorum seu circuitu, videtur vt sit cā in habitatione multorū locorū, de quib⁹ dr̄ in primo climate illud, qđ accidit eis ex frigiditate ꝓp altitudinē eorum, aut depressionem. & v̄lr ꝓp materiā, non ꝓp causam agentem. Sed nos, cùm posuerimus rem esse ita, vt declaratum est in dispositione Solis, sequitur vt sint loca, ī quibus possibilis sit habitatio ſm istū modū in duabus partibus circuitus Solis, s. septētrionalis. & meridionalis. Et hoc iā dictū est ab Arist. nam ipse affirmat vt sit alia habitatio in H quarta meridionali, similis quartæ habitabilis septentrionalis &, si eccētricū Solis hēt diuersitatem sensatā, erit latitudo partis habitabilis ex parte meridionali ꝓpinquior polo meridionali, & remotior à circuitu Solis, opposito modo, q̄ res se hēt ī parte septentrionali.

Sed ſm hoc sequeretur vt sit habitatio in his duab⁹ partib⁹ in quatuor partibus sub terra. & sup ipsam. Nā siccitas harū partiū. ſm q primo aspectu v̄r, est ꝓp Solē: habitudo aūt ei⁹ est ad has quatuor partes vna habitudo, sed, si posuerimus hoc ita, esset magis cōueniens vt inueniatur I siccitas. & dñium elementi tertei, in eo ꝙ est sub circuitibus Solis ꝓp fortitudinē caloris ibidē. &, cùm hoc positum sit ita, sequit̄ vt sit maior pars terræ discooperta: nec erit diameter aquæ maior diametro terrę, sed erit maior, aut ęqualis eis. Hoc aūt est contra sensum, & rationem. Sensum aūt, quia v̄r ꝙ pars aquę, cùm sit terra, redit ad minorem quantitatem: & econtrario in dispositione aeris cum aqua. Rationem etiā, quia iā declaratū est ꝙ elemēta sunt æqualia ſm suas totalitates, & ideo habēt K permanentiam, & perpetuitatem. Æqualitas autem possibile est vt sit inter elemētum subtile rarū faciliter passibile, & inter grossum difficulter passibile, cùm sit rarum multæ quantitatis, & maioris corporis: & ideo oportet de necessitate vt sit iam diameter aquæ multo maior diametro terræ, cùm imaginati fuerimus aquam rotundam solidā. Et, cùm hoc sit ita, aquę debent natare in maiori parte eius nam hęc est dispositio naturalis eius. & videtur secūdum hoc, vt non sit habitata ex L quatuor quartis terrę, nisi hęc pars est vt sit locus rerum generabilium & corruptibilium, de quorū natura est vt sit super terram iste locus. Et ſm hoc non est causa in esse siccitatis in hac parte Sol tm̄, sed cum illo cùm adiungitur ei ex caliditate multitudinis stellarum fixarum in hac parte nam maior pars stellarum, vt videtur, est in hac parte, quam videmus, & erit ī parte meridionali ſm plurimū aqua super ipsam: & similiter, quod est sub solstitijs circuitibus, quamuis caliditas sit ibidē fortior. Sed est exiccatio Solis in parte septentrionali operatio propria Solis, cùm contemperatur per caliditatem harum stellarum, nō ſm ꝙ Sol M tm̄, sed quia fortificatur siccitas eius. sicut est dispositio in calore cordis. quia, cùm contemperatur per frigiditatem cerebri, facit acquirere sensum. & hęc est causa ī hoc ꝙ iste locus est ęternus ſm speciem, vt declaratum est, & iste est sermo de locis terræ, in quibus possibile est habitatio, secundum quòd dicit ratio.

Circa loca habitabilia, inquit, iā oportet dicere loca terrę habitabilis

suas totalitates. 1 de Cæ. 2. Ph. com. 77.

E'n'a hñt ęqualitatem ſm

Diuisio locorū terrę in habitabilia

A ex quo iam diximus ventos, & loc lis cũ terra. Preterea, quia loc⁹ aquę D

bi'la. & i- flatus eorũ. Et dicamus ꝙ diuiditur

inhabitabilia. primo in duas partes: vna earũ est habitabilis, alia autem inhabitabilis. sed pars inhabitabilis diuidit' in duas partes in tensi caloris pp aspectũ Solis in ipsa directũ, & hęc pars est pars meridionalis propter intensam accensionem, & caliditatẽ, quæ est illic: accẽsio autem, & calefactio fiunt, cùm multum Sol accẽdit aerem, & inflãmat ipsum. sed alia pars est intensio frigoris propter remotionẽ Solis ab ipsa: & hęc ẽ pars septentrionalis: illic.n. est cõgelatio,

B & intensio frigoris congelatio aũt, & forte frigus causantur apud nos, & intendũtur, cùm Solis distantia multiplicetur à nobis. Hęc sunt verba Arist. in hoc loco in trãslatione, quæ peruenit ad nos. Et primũ, de quo in hoc consyderare debemus, cur non diuidit' terra ex parte meridionali etiã ad habitabilem, & non habitabilem pp intensionem frigoris, sicut fecit in parte septentrionali. Et iam consueuerunt expositores dicere, ꝙ terra diuiditur in quinq; partes. duę sunt habitabiles, sub solstitio ęstiuali, donec augmentat' frigiditas ex parte septentrionali pp

C propinquitatem poli septentrionalis: & pars etiã habitabilis in parte meridionali in eo, ꝙ est inter reuolutionem hyemalem, & locum calidum, qui appropinquat polo meridionali: inhabitabilia aũt sunt tria loca, quæ sunt inter duas reuolutiones, ęstiualem, & hyemalem, & propinqua duab⁹ polis. Et dicam⁹ nũc ꝙ tacuit Aris. de parte meridionali. nam ipse videt ꝙ necessarium est vt aquę dominent' sup plures pres terrę, ex quo hęc est dispõ earũ natura

oportet vt sit maior loco terrę, sicut locus aeris oportet vt sit maior loco aquę. Et ratio sup hoc est ex parte s. ꝙ apparet pars aquæ, cùm ingros sat, & lapideatur, reddi ad partem, & quantitatem minorem, s. pars aeris cum fit aqua, s. quo ipsa ingrossat. & propter hanc causam, fm me, nõ curauit Arist. de parte meridionali diuidere ipsam ad habitabilẽ, & inhabitabilem, vt fecerunt expositores. Et iã oportet post hoc consyderare an ista loca sint fm talẽ dispositionem per ratiocinationem, vel p sensum, vel p ambo simul. nã multi homines contradicunt ei de hoc, E quod credidit ꝙ sub æquinoctiali, & in duab⁹ partibus æquinoctialis non est habitatio. Et dicamus ꝙ locus, qui est sub polo septentrionali declarari potest ꝙ est inhabitabilis p sensum, & ratiocinationem. nã illa loca apparẽt inhabitabilia pp dominiũ frigoris nimiũ in eis. Et præterea pp id, qđ accidit illic de paruitate habitudinis breuitatis diei ad longitudinẽ noctis, & breuitatis noctis ad lõgitudinẽ diei, ita ꝙ accidit vt vnus dies sit annus, cuius medietas est nox, & alia medietas est dies: manifestũ aũt est ꝙ hoc est non naturale entibus gñabilibus, & corruptibilibus. Hic igi' loc⁹ sine dubio ẽ inhabitabilis pp frigus, & distantiã Solis: nam nulla refractio, seu reflexio est illic radiorũ. Preterea partes cœli sunt tardioris motus ĩ vltimo tarditatis possibilis, propter propinquitatem earũ ad polum. & omnia ista sunt causæ coadiuuantes dominio frigiditatis, & intensioni illius. de illo loco nulla est disceptatio, ꝙ ipse est inhabitabilis ꝑpter frigus. F

Quod locus sub polo septentrionali sit inhabitabilis.

Quod

G Quòd autem locus, qui est sub æquinoctiali sit inhabitabilis, vt dictum est, apparet per sensum, & ratiocinationē. Per sensum aūt. nam iā videmus manifeste homines, versus quorū capita directè vadit Sol, & sunt Æthiopes, & hoc apud reuolutionē æstiualē, quòd vita eorum est nō naturalis, & complexiones eorū exeūt à complexionibus humanis valde. & isti nō habitant in isto loco, nisi per accidens, s. cùm sint illic speluncæ, in quibus habitāt: sicut reliqua animalia faciunt habitationes eorum in concauitatibus montium, vel in aquis: & vtr inuenitur in dispositione eorum de istis reb⁹, quæ sunt præter naturam, simile ei, quod inuenitur

Quod loc⁹ sub æquinoctiali sit inhabitabilis.

H habitantibus in fine terræ habitabilis ī parte septētrionali. & cùm manifestum est quòd hæc est vna duarum extremitatū latitudinis complexionis humanæ, sicut Teutonici, & Sclaui, & qui sunt in illis partibus, sunt alia extremitas latitudinis complexionis humanæ, manifestum est quòd sic illud, quod est minoris latitudinis de istis locis, s. maioris caloris de his locis, nō est habitabile, sicut nō sunt habitabilia loca multæ latitudinis de terris Alemaniæ, & q̄ sunt propinquæ ei in septētrione. Quòd

I autem loca, quæ sunt præter loca, ad quæ vadit Sol, oppositus directè capitibus eorū in parte meridionali, sint calidiora locis, in quibus vadit Sol directus capitibus eorum, manifestum est, propterea quia illa loca vadit Sol in opposito capitum illorum hominū. si fortasse illic habitāt hoīes bis in vno anno. illa igitur loca sint calidiora de necessitate. Id autem, quod dicitur quòd, cum pertrāseunt hæc loca sub æquinoctiali, tēperātur, est res nō intellecta & hoc

K est, à quo accipitur signum à sensu, & ratione, quòd hæ sunt loca inhabitabilia propter calorem. Sed illud, à quo accipitur ratio ad hanc opinionem per ratiocinationem tm̄, sunt multæ rationes. sed id, quod apparet esse de opinione Aristo. de his rationibus, & ipsæ inueniuntur in potētia ī verbis eius, s̄m quòd ad nos peruenit, sunt duæ demonstrationes. vna earum est signū, & altera est demōstratio simpliciter, s. dās causam, & esse. Demonstratio autem à signo est, quòd necesse est, si sit hic loc⁹ inhabitabilis propter frigus, vt sit in opposita parte illius locus inhabitabilis propter fortem calorem. &, si nō, dominabit̃ in mūdo destructio propter fortitudinem frigoris. Præterea

Demonstratio à signo.

L cū inuenitur vnum contrariorū, sequitur vt alterū etiā sit: sed hic est locus inhabitabilis propter intēsum frigus: sequitur igit̃, vt sit hic locus inhabitabilis propter fortem calorem, nam, si sit locus frigidus ille, in quo dominantur niues: nix aūt est à nimia congelatione frigidi, & humidi, vt dicit Aristo. igitur oportet vt sit hic locus, in quo dominatur ignis, qui est dominium caloris sicci. Et hæc est demonstratio, quæ inuenitur in potentia in dicto suo, cū

M dicit & fortitudo combustionis, & caloris est illic. vult dicere quòd si sit necessarium vt si sit hic locus, in quo sit fortitudo accensionis, & caloris, qui est in vltimo contrarietatis loco, in quo est fortitudo frigoris, & congelationis, igitur oportet vt sit iste talis locus terræ non alius. Et hæc demonstratio similis est demōstrationi, quam fecit in lib. Cœli, & Mundi, vbi dicit quòd, si est hoc corp⁹, quod

A quod est grauissimũ, seu in fine grauitatis, oportet vt sit corpus leuissimũ, & illud est ignis. nã vnũ contrariũ signat sup alterũ eius cõtrariũ, & esse illius necessariũ est vt resistat ei. Sed demõ Secũda, quæ dat causam, & esse simul, est ꝙ, si distantia Solis maxima, & tarditas partium motus cœli vltima, seu maxima, vt sunt circuli parui, faciunt esse frigoris, ꝓpinquitas Solis maxima, & velocitas partium motus cœli vltima, vt sunt circuli magni, qui sunt ĩ ipso, faciunt de necessitate calorẽ, seu ex eis sequit̃ calor maximus. Et iã signat sup hoc, qđ nos inuenim⁹ in medio in propinquitate ꝙ est ĩ terris habitabilibus dñari actionẽ caloris super frigus: & in medio fm remotionem dominari actionem frigoris super calorem. & hoc in mensura æquali terris æqualibus. & sunt illæ, quibus inuenit̃ mediũ verum in propinquitate, & remotione, s. à Sole. &, si distantia maxima producit maximum frigus, & propinquitas media, seu quæ est in medio facit dominari calorem super frigus, C & distãtia media, seu quæ est in medio facit dominari frigus sup calorem, necessariũ est vt extremitas vltima producat maximum calorem, s. maxima propinquitas. nam, cum inuenitur vnum contrariorũ, & medium inuenitur alterum contrariũ de necessitate. & silr, cùm inueniũt̃ causę horum duorum, necesse ẽ vt sint etiam, seu vt inueniantur causę alterius extremitatis. & sequitur ꝙ, si istæ sint causæ medij, & vni⁹ duorum extremorum, vt sit hęc altera causa, concludens, seu producẽs necessario est alterius extremi, vel ipsa est causa alterius extremi. Et hãc

Demõ, dás cãm & esse.

Distantia Sol maxima, & tarditas partiũ mot⁹ cœli vltia faciũt esse B frigoris econtra sic ꝗ velocitate, & ꝓpinquitas idẽ. 2. Cœl. 94.

demonstrationẽ inuenimus in potentia in dicto suo, vbi dicit & combustio, & calor producuntur apud nos vsq; in finem sermonis illius, qđ notauimus supius. Et cõsyderã bñ hoc, ꝗa manifestũ est ex verbis ei⁹: ꝗuis nõ cõsiderauit de hac Alex. neq; aliqs expositorũ. nã, si dixisset, hoc, Alex. posuisset illud. & hęc demõstatio ẽt silis est demõni dictæ ẽt in lib. Cœli, & Mũdi, vbi dr ꝙ, si sit necesse vt sit corpus, maxime distãs à motu circulari graue simplr, necesse est vt sit corpus, qđ est maxime ꝓpinquũ motui, s. qđ est in vltimo cõtinentis, maxime leue, seu leuissimũ. Et istæ sunt demõnes, quas intendit Ari. in hoc loco: & sũt, vt vides, demõnes nãles veræ. Et posẽ ẽt accipere signũ in hoc ab alijs nationibus, ꝑter istas: & iã dixim⁹ nos de hoc aliquã viã declarationis ĩ sum mis nris parvis: & ipsa ẽ ꝑ vitã meã: & propõnes ei⁹ sunt acceptę à sensu & rõne. Et iã prolongauit socius nr Abnabed Abrahmã, fili⁹ Tahar sermonẽ in hac qõne, & fecit in hoc ꝓpositiones multas: quarũ genus nõ ignoratur apud assuefactum in sciẽtijs Naturalibus. & totũ id, qđ inuestigauit de hoc, verũ est, nullã hñs dubietatẽ. & iã contradixerũt ei in hoc quidã hoĩes de hols⁹ tpis illi⁹. & iã ipse laborauit rñdere eis: & sermones ei⁹ in hoc sunt famosi ĩ manibus multorum. Et socius nr Abubacher, filius Tophail, fecit bonum tractatum in intentione propẽnũ, quas ipse fecit in hac declaratione, & iam ipse destruxit ipsum. & postq̃ declaratum est hoc, redeamus ad id in quo fuimus ex declaratione verborum sapiẽtis. Hęc sunt verba Cõmentatoris in dicta expositione.

D

4. Cœ. 35.

E

F

KKK Summa

G SVMMA TERTIA.

Antiquorũ de Terræ motu opiniones tres, ac earum confutationes. Cap. 1.

DE quassatione autẽ, & Motu terræ posthæc dicendum est, causa enim huius passionis contingua huic generi est. Sunt aũt tradita vsq; ad præsens tempus tria, & à tribus. Anaxagoras.n. Clazomenius, & prius Anaximenes Milesius enunciauerunt, & his posterius Democritus Abderites. Anaxagoras igitur ait ætherem natũ ferri sursum, incidẽtem aũt in inferiora terræ, & cõcaua mouere ipsam. quæ.n.sunt sursum, cõiungi propter imbres: qm̃ natura totã similiter esse laxã, tanquã existẽte hoc quidẽ sursum, hoc aũt deorsum totius sphęre. & sursum quidem hac existente parte, in qua habitamus, deorsum aũt altera. Ad hanc igiť causam nihil forte oportet dicere. tãquã valde simplr dicta. sursum.n. & deorsum putare sic se habere, vt nõ ad terram quidem vndiq; ferant̃ grauitatem habẽtia corporum, sursum aũt leuia, & ignis, stultum est: præsertim videntes horizõtem habitare, quãtã nos scim9, alterũ semper fieri, nobis trãslatis, tãquã existente gibbosa, & sphęrica. Et dicere quidẽ, ꝙ propter magnitudinem in aere manet, quassari autẽ dicere percussam desubter sursum per totam. Adhuc aũt nullum reddũt accidentium circa terrę motus. neq; .n. regiones, neq; tempora, quęcunq; participant hac passione. Democritus aũt ait terram, plenam aqua existentem, & suscipientẽ multam aliam pluuialẽ aquã, ab hac moueri. amplior .n. cum fit, quia non possunt suscipere cauitates, vim inferentẽ facere terræmotum, & cùm exsiccat, & trahit in vacua loca ex repletioribus, transiens inuadẽdo mouere. Anaximenes aũt ait irrigatam terram, & exsiccatã rumpi, & ab his ruptis verticibus incidẽtibus concuti. quãobrem & fieri terræ motus in siccitatib9, & iterum in pluuiolis, in siccitatibus enim, sicut dictũ est, exsiccatam rũpi, & ab aquis superhumectatã decideř. Oportebat aũt, hoc accidente, subuersam multis in locis apparere terram. Adhuc aũt, propter ꝙ̃ causam circa quædam loca sæpe fit hæc passio, nullo differẽtia excessu tali, ab aliis? Atqui oporteබat. Omnino aũt sic existimãtibus necessarium est dicere min9 semper terræ motus fieri, & tandem cessare aliquando concuti. qd.n. constipať talem habet naturã. quare, si hoc impoſe est, palã ꝙ impossibile & hãc esse cãm.

Anaxag.
Anaximenes.
Democri.
H
I
K
Democri.
Anaximenes.
L
M

De Terræ motus Generatione. Essentia, Locis, Temporalibus, aliisq; eius accidentibus. Cap. 2.

SEd quoniam manifestũ ꝙ necessarium & ab humido, & à sicco fieri exhalationẽ, sicut diximus in prioribus, necesse

A cesse est his existentibus fieri terræ motus. Existit.n.terra per se quidē sicca, propter imbres aūt habēs in seipsa humiditatē multam, vt & à Sole, & ab eo, qui ī ipsa, igne incalescēs, multus qui dem extra, multis quoque intra fiat spiritus. & hic aliqñ quidē continuus extra fluit omnis, aliqñ aūt intro omnis, aliqñ aūt & partitur. Si itaq; hoc impossibile sit aliter habere, q̄d post hoc consyderandum vtiq; erit, quale maxime motiuum erit corporū. necesse.n.est ad plurimū natum ire, & vehementissimū maxime tale esse. B Vehementissimū igit̄ est ex necessitate quod citissime fertur. percutit enim maxime propter velocitatē. Ad plurimum aūt natum est pertransire, quod per omne ire maxime potest, tale aūt est, quod subtilissimum. Quare, siquidem spiritus natura talis est, maxime corporū spiritus motiuus est. etenim ignis, qñ cum spiritu fuerit, fit flāma, & ferē celeriter. Non igit̄ aqua, neq; terra causa vtiq; erit motus, sed spūs, cum intro fortè C fluxerit, qui extra exhalat. Quapropter, fiunt trāquillitate plurimi, & maximi terræ motus. cōtinua.n. existēs exhalatio sequitur vt in pluribus impetū principij. quare aut intro simul, aut extra fertur omnis. Quosdā aūt fieri terræ motus & flatu existēte mihi irrationabile. videmus enim aliquando simul plures flātes ventos quorum cùm in terrā feratur alter, erit statu existēte terræ motus. D Minores autem hi magnitudine fiūt, propterea q̄ diuisum est principium, & cū ipsorum. Nocte autē plures, & maiores fiunt terræ motus. Qui aūt die, circa meridiem. tranquillissimū.n. est vt in pluribus diei meridies. Sol. n. cum maxime dominat̄, dissoluit exhalationē in terram. dominat̄ aūt maxime circa meridiem. Et noctes etiam diebus tranquilliores sunt, propter absentiā Solis. quare intro fit iterum fluxus, sicut recursus in contrariū eius, quę extra fit, E effusionis. Et ad diluculum maxime. tunc.n. & flatus nati sunt incipere flare. Si igit̄ intro extiterit permutatum principium ipsorum, sicut Euripus, propter multitudinē, fortiorem facit terræ motū. Adhuc aūt circa loca talia fortissimi fiunt terræ motus, vbi mare fluxibile est, aut regio laxa, & subantrosa. Quapropter, & circa Hellespōtum, & circa Achaiam, & Siciliam, & Eubœam. circa hęc enim loca videtur per angustum fluere F sub terram mare. Quapropter & calidę Balneæ, q̄ circa AEdepsum, a tali causa factę sunt. Circa autem dicta loca terræ motus fiunt maxime, propter angustiam. spiritus enim factus vehemens propter multitudinem maris, quod multum affertur, repellitur iterum in terram, q natus erat efflare ex terra. Regionesq;, quęcunq; laxa habēt,

Terrā noctu sępius, validiusque qti.

Euripus.

Hellespōtus. Achaia. Sicilia. Eubœa. Balneæ. Aedepsi.

G quæ subtus sunt, loca, multum suscipientes spiritum, concutiũtur magis. Et vere autem, & autumno maxime, & in pluuijs, & in siccitatibus fiunt propter eãdem causam, tempora n. hęc maxime spirituosa. æstas enim & hyems, hæc quidem propter gelu, illa autem propter æstum facit immobilitatẽ. hæc. n. valde frigida est, illa autem valde sicca. Et in siccitatibus quidem spi
H rituosus aer. hoc ipsum enim est siccitas, qñ amplior exhalatio sicca fcta fuerit, q̃ humida. In pluuijs aũt, & eò q amplior fiat intus exhalatio, & eo q intercipiatur in angustioribus locis, et compellatur in minorem locũ talis segregatio, repletis cõcauitatibus terræ aqua. cũ. n. incœperit dñari, eo q multa in paruum locũ comprimaẽ, fortiter mouet fluens ventus, & offendẽs: Oportet enim intelligere q sicut in corpore nostro & tremo
I rum, & pulsuum causa est spiritus, qui intercipitur virtus, sic & in terra spiritum similia facere. et hunc quidẽ terræ motuũ, velut tremorem esse, illum aũt, velut pulsum. Et sicut accidit sæpe post mictionem (per corpus enim fit velut tremor quidã, cũ trãsfertur spiritus deforis intro simul tot⁹) talia fieri et circa terram. Quantam aũt habeat spũs virtutẽ, non solum ex ijs, q̃ ĩ aere fiũt, oportet speculari (hic. n. propter magnitudinẽ existimabit vbiq; aliquis talia posse facere) sed et in corporibus aĩalium. K Tentiones. n. et Conuulsiones, et spiritus quidem sunt motus: tm̃ autem robur habent, vt multi simul tentantes vi tenere non possint dñari motui ægrotãtiũ. Tale itaq; oportet intelligere fieri et in terra, vt comparetur ad paruum maius. Signa aũt horũ ad nostrum sensum facta sunt. Iam enim terræ motus ĩ quibusdam locis factus, non prius de- L siit, q̃, cũ eruperit in eũ, qui est super terram, locum, manifeste, tanq̃ procella, exierit, qui mouit, ventus: quale et circa Herculeam, eam, quę in Ponto, nuꝑ factum fuit, & prius circa Sacram insulam. hæc aũt est vna vocata rum Aeoli insularum. In hac. n. intumuit aliquid terrę, & ascendit velut collis moles cum sono, tandem autem rupta, exiuit spiritus mult⁹. & fauillam, & cinerem eleuauit, & Liparæorum ciuitatem, existentem non longe, omnem incineraui, & ad quas- M dam in Italia ciuitatum venit, & nunc adhuc, vbi exsufflauit, manifestũ est. etenim facti ignis in terra hanc putandum est esse causam, cùm decisus accensus fuerit, primo in parua dissecto aere. Coniectura aũt est q fluãt sub terrã spiritus, & q fit circa has insulas, cum enim vẽtus futurus est flare Auster, præsignificat prius. sonant etenim loca, ex quibus fiunt exsufflationes, propterea q mare propellaẽ iã delõge, ab hoc aũt, quod ex terra exsuffla-

Heraclea. Ponti. Sacra insula. Aeoliæ insulæ. Liparei. Italia.

A sufflatur, repellat iterũ ĩtro, quã quidẽ superuenit mare, hac. Facit autem sonum sine quassatione propter amplitudinem locorum (effunditur enim in immensum intra) & propter paucitatẽ repulsi aeris. Adhuc fieri Solem caliginosum, & obscuriorem sine nube, & ante matutinos terræ motus aliqñ tranquillitatem & frig⁹ forte, signum dictæ causæ est. Solem.n. caliginosum, & obscurũ necessarium est esse, incipiẽte regredi in terram spiritu, dissoluente aerem, & disgregante. B Et ad auroram, & ad diluculã tranquillitatem, & frigus. tranquillitatem.n. necessarium est vt plurimũ accidere, sicut dictum est & prius, velut regressu intro facto spiritus: & magis, ante maiores terræ motus. non discerptum.n. hoc quidem extra, hoc autem intra, sed, cum simul totum fertur, necessarium est valere magis. Frig⁹ autem accidit, ꝓpterea ꝙ exhalatio intro vertitur, natura calida existens ſm se. Non videntur aũt venti esse calidi, C quia mouent aerem, existẽtem plenũ multo, & frigido vapore, sicut spiritus per hos exsufflatus. etenim hic de propè quidem est calidus, sicut & cũ hiamus, sed propter paucitatẽ non similiter manifestus. de lõge autem frigidus, ꝓp causam eandẽ cum ventis. Deficiente igitur in terram tali virtute, coiens propter humiditatẽ vaporosus defluxus facit frigus, in quibus accidit locis fieri hanc passionem. D Eadem aũt causa est & signi cõsueti aliqñ fieri ante terrę mot⁹. aut.n. per idem, aut parum post occasum, serenitate existente, nubecula tenuis apparet porrecta, & longa velut lineę longitudo, rectitudine exacta, spiritu marcescente propter transitum. Simile autẽ accidit & in mari circa littora. qñ enim fluctuans exciderit, vehementer crassæ, & distortæ fiunt scissurę. qñ aũt trãquillitas fuerit, propterea ꝙ parua sit segregatio, tenues sunt, & E rectæ. Quod igitur mare circa terram facit, hoc spiritus circa eam, quæ est in aere, caliginem. vt qñ fuerit facta tranquillitas, omnino recta, & tenuis derelinquatur nubecula, quę sit tanquã scissura aeris. Propter eandem autẽ causam & circa eclipses Lunæ aliqñ accidit fieri terrę motum. Qñ.n, iam propè est interpositio, & nondum quidem est omnino deficiens lumen, & calidum, quod à Sole, est ex aere, iã autem marcefactum, tranquillitas fit, contra trãslato spiritu in F terram, qui facit terræ motum ante eclipses: fiunt enim & venti ante eclipses sæpe, ĩ principio quidem noctis ante eclipses mediæ noctis, in media autẽ nocte ante diluculares. Accidit autem hoc, ꝓpterea ꝙ marcescit calidum, qđ à Luna est, cùm propè iã fuerit facta latio, in quo facta erit eclipsis. remisso igitur, quo detinebat aer, & quiescebat, iterum mo-

A mouetur, & fit spiritus tardioris eclipsis magis matutin⁹. Cū aūt fortis factus fuerit terræ motus, non mox, neq; ad semel cessat agitans; sed primo quidem vsq; ad quadraginta dies agitat, posterius aūt & ad vnum, & ad duos annos dominatur sm̄ eadē loca. Causa autē magnitudinis, quidē est multitudo spiritus, & locorū figuræ, per quæ vtiq; fluxerit, qua enim repulsus fuerit, & non facile pertrāseat, & maxime concurit, & intus retineri ne-

Terræmotus magnitudinis causa

B cessariū est in locorū angustijs, velut aqua, non potens pertrāsire. Quapropter, sicut in corpore pulsus nō repēte cessant, neq; cito, sed per moram marcesacta passione, sic & principiū, à quo exhalatio facta fuit, & impetus spiritus, palā est, q̄ non mox omnē cōsumpsit materiam, ex qua fecit ventum, quē vocamus terræ motum. Quousq; igitur consumanē reliquiæ horum, necesse est quassare, debilius aūt, & eo vsq;, donec vtique minus sit exhalatū, q̄ vt possit mouere ma-

C nifeste. Facit aūt & sonos eos, qui sub terra fiunt, spiritus, & eos, qui ante terræ motus. Et sine etiā terræ motibus iam alicubi facti sunt sub terra. sicut.n.percussus aer omnimodos emittit sonos, sic & percutiens ipse. nihil enim differt. verberans enim omne simul & ipsum verberat. Præuenit aūt sonus motū, quia subtiliorum partium est, et quia magis per omne penetrat son⁹, q̄ spiritus. Cūm autem minor D fuerit, q̄ vt moueat terrā, ꝓpter subtilitatē, propterea q̄ facile quidem penetrat, nō pōt mouere. quia aūt offendit solidas moles, & concauas, & omnimodas figuras, oīmodos emittit sonos, vt aliqū videat, vt quidā dicūt, prodigia dicētes, mugire terrā.

Terræ motus.

Iam aūt & aquæ eruperunt, factis terræ motibus. Sed non propter hoc aqua causa est motus. sed si fuerit in superficie, aut de subter vim inferat spiritus, ille mouens est: sicut fluctuū venti, E sed non fluctus ventorum causæ sunt. Qm̄, & terrā sic vtiq; quis causam faceret passionis. euertit enim quassata, queadmodū aqua. effusio.n. euersio quædā est. Sed hæc ambo quidē causæ, vt materia: patiunt.n. sed non agunt: spiritus aūt, vt principium. Vbi aūt simul cū terræ motu fluctus factus fuerit, causa, qn̄ contrarij facti fuerint spirit⁹. Hoc aūt fit, cū agitans terrā spiritus, quod ferē ab alio spiritu, mare repellere quidem oīno non possit, pro- F pellens aūt, & coarctans in idē, congregauerit multū, tunc.n. necessarium est, victo hoc spiritu, simul multū pulsum à contrario spiritu erumpere, & facere diluuiū. Fuit aūt factū hoc & circa Achaiā. extra.n. erat Auster, ibi aūt Boreas. tranquillitate aūt facta, & fluēte intro vento, factus fuit & fluctus, & terræ motus simul. & magis, propterea q̄ mare nō dabat perflationem impetum

Inūdationis cū terremotu causa.

Achaiæ terremotus, & diluuium.

A tum facienti sub terra spiritui, sed obstipabat. vim. n. inferendo inuicem, spiritus quidem terræ motũ fecit, subsidentia autẽ fluctus diluuium. Secũdum partem aũt terrę fiunt terrę motus, & sæpe ad modicũ locum: venti aũt non ſm partem. Secũdũ partem quidem, cùm exhalationes, quæ ſm locum ipsarum & vicinum couenerint in vnum, sicut & siccitates diximꝰ fieri, & pluuias ſm partem. & terræ motus B quidem fiunt per hunc modũ, venti autẽ non. Quæ. n. in terra sunt, principium habent, vt ad vnũ oẽs concitent: Sol aũt non sic pot. quæ aũt sunt suspensæ magis vt fluant, cùm principiũ acceperint à Solis latione iã ſm differentias locorũ, in vnũ. Qñ igit fuerit multus spiritus, mouet terram, vt tremor, ad latus quidem. fit aũt raro. & ſm aliqua loca, velut pulsus, sursum desubter. quapropter & rarius quassat hoc modo. non. n. facile C sic multum couenire principiũ. ad longitudinem. n. multiplicatior, q̃ ea, quæ à profundo secretio. Vbicũq; aũt factus fuerit talis terræ motus, egreditur multitudo lapidum, sicut ebulliẽtiũ i cribris. Hoc. n. modo facto terræ motu, quæ circa Sipylõ euersa sunt, & campus vocatus Phlegræus, & quæ circa Liguſticam regionem. In insulis aũt marinis minus fit terrę motus, q̃ in ijs, quæ sunt iuxta terram. multitudo. n. maris infrigidat exhalationes, & prohibet põdere, & vim infert. Adhuc aũt fluit, & non quassatur superatum à flatibus. &, quia multum occupat locũ non in hoc. sed ex hoc exhalationes fiunt, & has consequuntur, quæ ex terra. Quæ aũtẽ propẽ continentem insulæ pars sunt continentis. intermedium. n. ꝓpter paruitatem nullam habet virtutem. Marinas aũt non contingit moueri sine mari toto, à quo circũtenent. De terræ motibus igitur, & quæ natura ipsorum, & ꝓp quam causam fiunt, E & de alijs accidẽtibus circa ipsos dictũ est ferè de maximis.

Sipylus. Phlegræꝰ campus. Liguria.

Caput Tertium Auerrois.
De Terræ motu.

NVnc autem loquendum est de his, quę remãserunt super nos ex hoc sermone, s. de Terremotu, de Tonitruis, de Fulgure, & de Fulmine. Et dicamꝰ ꝙ causa Terremotus apparet ex eis, quæ dicta sunt. Nam iam declaratum est ꝙ vapor, qui generatur in terra, est duarum specierum: vna earum est humida, F alia est sicca humida autem, cum fuerit super terram, fiunt pluuiæ ex ipsa, & reliqua, quæ diximus: fumosa autem, seu sicca, cum etiam ipsa est super terram, fiunt ex ipsa venti, & reliqua signa, quę diximus. Cùm autem talis exhalatio, ex qua fiunt venti, est in corpore terræ, & mouetur ibidem, de necessitate est, vt nõ sit causa terremotus aliud ab ipsa: sicut non est causa tremoris, seu motus momentanei animalium aliud ab exhalatione mota in eis. Et videtur vt sit de primis intelle-

G ctis in necessitate habitudinis hui⁹ causę ad esse I hoc, & in multis istorum signorum. Et etiam possumus peruenire ad operationes. Nam similis motus fortis, tremefaciens inuenitur in vento forti, cùm ipse vadit in vnoquoq; elemento cū motu veloci, sicut ebullitio, & inflāmatio in igne, & mugitus vndarum in aquis, & sile horū in terra. Et ex eis est ꝙ nos videmus hos esse fm plurimū in temporibus, in quibus fiūt venti: & hoc in tempore veris, & autumni. & priuantur in tpibus, in quibus priuant᷑ venti: & hoc est in tempore caloris fortis, & frigoris fortis.

H & hoc totum signat ꝙ causa agens I eis, & vētis est vna. ex eisdē.n.est. nam audit᷑ quædam vox, seu sonus multotiens præcedere terræ motū. Et iam narrauit Ari. ꝙ accidit in quibusdam insulis, ꝙ quidā sonus incessanter ascendebat in ipsis insulis, donec eruptæ sunt, & exiuit ventus magnus, & duxit secum cinerē multum: & hoc est, quia cōtigit terrę illi comburi. & ille, q vidit terræ motum factū in Corduba, & in partib⁹ eius in anno quingētesimo sexagesimo sexto, habebit veritatē de hoc propter multas voces, seu sonos factos ibidem. & tunc non morabar in Corduba, sed perueni ad eam po

I stea, & audiui sonos pręcedentes terræ motum. & imaginabātur hoīes ꝙ isti soni veniunt à parte occidentali: & vidi terræ motū fieri cum flato multorū ventorū occidētaliū. & durauerunt hi terrę motus in Corduba quasi p annū fortes: & nō cessauerunt nisi post tres annos, vel circa. & primus terrę motus fuit causa mortis multorū hoīum: & putauerunt ꝙ terra sit rupta prope Cordubam in loco, vocato Anorma: & exi K uit ex ipsa simis cineri vel arenę. & q vidit hoc, habuit veritatem de istis. & hoc fuit vře in parte occidentali huius loci, nisi ꝙ fuit I Corbuba ꝑ partibus eius fortior, & fuit in oriēte Cordubę leuior. Significat etiam super hoc illud, quod videt᷑ in aere, s. signa producta in productione eorum: sicut caligo, & nebulę, quas dicunt videri lōgas in aere. Et ipsi vnř uersaliter multiplicant᷑ duob⁹ modis: vnus eorum per se, reliqui p accidens. per se autem, cùm multiplicata sit materia, ex qua ꝑducit᷑, & ad ueniunt causæ efficientes huius: per

L accidens autem est, cùm accidit poris subtilib⁹, qui sunt in facie terrę, oppilati. & hoc vel per siccitatē, vel humiditatem. & ideo multiplicant᷑ post cōtinuationem pluuiarū. Species autem horū sequuntur species motus venti. Nam quidā sunt, qui extendunt᷑ secundum longitudinē: & erit motus eorum secundū hoc: quidam autem sequuntur, seu extēduntur secūdum longitudinem, & latitudinem: & aliquādo accidit ex fortitudine venti vt calefiat terra, & vt fluant aquę maris, sicut narrauit hic Aristot. Terræ autem diuersificantur in multiplicatione terræ motus in eis, & in paucitate eorum, M secundum quòd sunt dispositæ vt ex eis generētur tales exhalationes, & etiam secundum obturationem pororum minutorum. & ideo in quacunque terra coniungantur hę duæ res simul, contingit vt habeat quasi semper terræ motum, sicut in sulę, quibus accidit cū hoc, ꝙ sunt dispositę ad generationē huius exhalationis, quę fit ventus, sunt propè mare, ita vt prohibeant aquæ

maris

A maris illas exhalationes exire, sicut dixerunt quod iá accidit in locis Andelogiæ, vocatis Rabat Ageraub. ná audit in ipsa terra semper quasi sonus echo, præcedens terræmotum. Dictū est igit à nobis de terręmotu quid sit, atq; causas ei⁹ cōpleuim⁹.

SVMMA QVARTA.

De Coruscatione, & Tonitruo.

De Coruscationis, & Tonitrui generatione. Cap. 1.

B DE Coruscatione autē, & Tonitruo, adhuc autem de* Vortice, & accenso Turbine, & Fulminib⁹ dicamus. etenim horū idē principiū existimare oportet oīum. Exhalatione enim, vt diximus, existēte duplici, hac quidē humida, illa aūt sicca, & concretione habente ambo hæc potentia, & coeunte in nubem, sicut dictū ē prius, adhuc aūt spissior cū fiat cōsistentia nubiū ad vltimū terminū: quà enim deficit calidum quod disgregatur in superiorē locū, hac spissiorē, & frigidiorē necesse est esse cōsistentiā. quapropter & Fulmina, & Procellę,

*πυρῶν, καὶ πρηστήρων

C & oīa talia ferunt deorsū: quāuis natū sit sursum ferri calidū oē. sed ad contrariū spissitudinis necessariū est fieri extrusionē, velut nuclei ex digitis exiliētes. etenim hæc pondus habētia ferunt sæpe sursum. quæ igit segregat caliditas in superiorē dispergitur locū, quęcunq; autem intercluditur sicca exhalatio in transmutatione aeris, qui infrigidatur hæc coeuntibus nubib⁹ D excernitur. vi aūt lata, & offendens cōtinentes nubes, facit percussionem, cuius sonus vocatur Tonitruum. Fit autē percussio eodem modo (vt assimiletur maiori minor passio) ei, qui in flamma fit, sono, quod vocāt hi quidem Vulcanū ridere, hi autē Vestam, hi vero cōminationē horum. Fit aūt, qñ exhalatio, quæ in flammā conuertitur, feratur, cum rumpuntur, & siccantur ligna. sic enim & in nubibus, cū E fit spiritus excretio, in spissitudinem nubium incidens, facit tonitruum. Omnimodi autē soni propter irregularitatē fiunt nubium, & pp intermedias cauitates, quà cōtinuitas deficit spissitudinis. Tonitruum igit hoc est, & fit pp hanc causam. Spiritus aūt extrusus vt plurimū quidē ignit subtili, & debili ignitiōe. & hoc est, quod vocamus Coruscationē, qua vtiq; velut excidēs spūs coloratus apparet. Fit autē post percussionē, & posterius tonitruo, sed vr prius, quia visus F anticipat auditū. Patet aūt in remigatione triremiū. iā enim sursum ferētibus iterū remos, primus pertingit sonus remigij.

Vulcan⁹ Vesta.

Antiquorum de Coruscatione, & Tonitruo opiniones, earum confutationes, veraq; de his determinatio. Cap. 2.

QVamuis quidā dicant quod in nubib⁹ non fiat ignis. Hūc aūt Empedocles quidem

Ignis stra nubes ḡr Empedo.

G quidem ait esse eum, qui intercipitur ex Solis radijs. Anaxagoras aūt de eo, qui desup est, æthere, quē & ille vocat ignem, delatum desuper deorsum. Micationem igitur huius ignis, esse corruscationē, sonum aūt intus extincti, & stridorem, tonitruum: tanq̃ sicut vr̄ factū, sic & prius corruscatio fit tonitruo. Irrationabilis aūt & ignis interceptio; & vtroq; quidem modo. magis aūt detractio eius, qui desuper est, ætheris. Quare enim feratur H deorsum quod natū est sursum, oportet dici causam, & propter quid aliqñ hoc fit circa cœlum, qñ nubilosum fuerit quidē tantum, sed non continue sic, sereni tate autem existēte non fit. hoc enim omnino videtur dictū esse inconsyderate. Similiter aūt & dicere à radijs caliditatē interceptam in nubibus esse horū causam, non ꝓbabile est. etenim iste sermo sine cura dictus est valde. Segregatā enim necessariū esse causam semper, & determinatā & tonitrui, & corruscationis, & aliorū taliū, & sic fieri. Hoc autē I differt plurimū. simile enim est, ac si quis putet aquam, & niuē, & grandinē, inexistentes prius posterius excerni, & nō fieri, velut ad manū faciente semper cōcretione vnumquodq; ipsorū. eodem enim modo & illa cōcretiones, & hæc excretiones existimandum est esse. Quare si altera horū non fiunt, sed sunt, de ambobus eadē cōgruet ratio. interceptioneq; quid vtiq; magis alterum dicet quis, q̃ quēadmodum i spissioribus? Etenim aqua à Sole, & ab igne fit calida, sed tñ, cum iterū coeat, & infrigidet aqua cōcrescens, nullam accidit fieri talē excidentiā, qualē illi dicunt, quamuis oportebat fm rationē magnitudinis. Et feruorē facere spiritū int⁹ factū ab igne, quē neq; possibile est inexistere prius, neq; illi sonum feruorē faciūt, sed stridorē. Est aūt stridor parua ebullitio. quā enim quod extinguitur incidens dominat, L hæc bulliens facit sonū. Sunt aūt quidā, qui corruscationē, sicut & Clidemus, non esse aiunt, sed videri, assimilātes, tanq̃ passio similis sit, & qñ mare quis virga percusserit (vr̄ enim aqua effulgens nocte) sic in nube, flagellato humido, apparentiā splēdoris esse corruscationē. Isti igitur nondū assueti erant ijs, quę sunt de refractione opinionibus, q̃d quidem vr̄ causa talis passionis esse. Videtur enim aqua fulgere percussa, refracto ab ipsa visu M ad aliquod fulgidorū. quapropter & fit magis hoc noctu. die enim non vr̄, quia lumen diei, amplius exn̄s, offuscat. Quę igit dicuntur ab alijs de tonitruo, & d̄ corruscatiōe hæc sunt: his quidem, q refractio corruscatio sit: his aūt, q ignis quidē perlustratio corruscatio, tonitruū aūt extinctio: non quòd innascatur fm vnāquamq; passionē ignis, sed inexistat. Nos aūt dicimus esse

Anaxago.

k

Clidem⁹.

candem

A eandem naturã, super terrã quidem Ventum, in terra aũt Terræ motum, in nubibus autẽ Tonitruum. Omnia enim esse hæc secundum substantiã idem, exhalationem siccã. quæ fluens quidem aliqualiter, vẽtus est: sic autem, facit terræ motus: in nubibus aũt, cũm transmutationem subiens excernitur, coeuntibus, & cõcrescentibus ipsis in aquã, tonitrua, & coruscationes, & ad hæc alia, naturæ eiusdẽ cũ his

B existẽtia. Et de tonitruo quidẽ, & coruscatione dictum est.

Caput Quartum Auerrois.
De Tonitruis, Fulminibus, & Fulguribus.

Exponit autem & Tertij libri Summam Primam.

NVnc autem loquendum est de Tonitruis, Fulminibus, Fulguribus. Et dicamus q̃ istorũ triũ genus est vnũ, sed diuersificantur per dñias euenietes eis. nam tonitruum est sonus auditus in nube. Hoc aũt de dispositione ei⁹ mandatũ est eẽ. & possibile ẽ accidere vapori fumoso, cũ ingrossatur nubes, vt coniungatur in profunditate nubis: & postea erit fortiter cum impetu, & ex-

C pulsione inferius, vel superi⁹, aut ad aliquod latus, ita vt audiat̃ sonus ĩ ipsa, sicut accidit hoc lignis viridib⁹ proiectis in igne, in quibus produci tur talis exhalatio. & necessariũ est vt nõ sit causa tonitrui alia ab hac. & propterea, quia hic videtur in nube ignis accẽsus, & vocatur fulgur: & est possibile, cũm fortificatur impulsio illius venti cũ hoc, q̃ ẽ dispositus recipere accẽsionẽ, vt accẽdat̃. necessario igitur est ẽt vt non sit fulmen aliud ab hoc. Et ẽt propterea quia iste ignis multotiens vẽ descẽdere inferius, donec pueniat ad terram: & hoc est, quod vocat̃ fulmẽ: & est posse in vento isto, seu exhalatione accẽsa pp contrarietatem inuenta in ipsa, vt descendat inferius. Est igit̃ Fulmen ventus accẽsus sm hanc dispõnem. Et fulmina diuersificantur pp diuersitatem materiæ huius venti. Illa enim, quæ sunt ex substantia subtili aerea, non corrũpunt corpora mollia, in quę vadũt, sicut narrat̃ q̃ quædam fulmina tesoluunt, seu liquefaciunt æs, & non cõburunt pannum, seu bombicem, qui est cũ eis. & occidũt multa animalia, absq; hoc, q̃ appareat ĩ eis signum combustionis. Illud aũt, qđ est ex eis ex exhalatione terrea, seu cinerea, ipsum comburit oẽ illud, ĩ quod vadit: sicut narrauerunt Peripathetici q̃ fulmen, quod accidit super palatium, seu templũ, remansit locus casus eius, & per multum tẽpus ascendebat ex ipso fumus multus. Et narrauit Auic. q̃ aduenit ex terrestreitate huius exhalationis in terris Casaam, & in terrã Turcħ, quod inuenitur in locis, in quib⁹ cadunt ista fulmina, corpa similia ferro, & æri: & q̃ ipse laborauit liquefacere ipsũ, seu accẽdere illud, & nõ potuit: sed dissoluebatur, & conuertebat̃ in ignẽ, donec priuatũ fuit. & hæc res nõ fuit visa in terris nostris. neq; aliquis de secta Peripateticorũ memorauit hoc. Sed narrauit Auicen. q̃ lapis magnus cecidit in Corduba, igneus ĩ die sereno, seu claro, & q̃ ipse vidit illum lapidem, & habuit odorẽ sulphuris. & quasi nãm ammoniaci. & hoc nõ est remotũ.

D Quid fulmen.

Propter qđ fulmi ĩ ea quędã cõburũt æs, nõ aũt pannum, neq; bõbicem.

E

De

G De illo autẽ, de quo nos debemus cõsyderare est res cõis multis generationibus, seu rebus, quarũ causæ danť in hoc libro. & est cur est consuetudo venti accensi, ex quo est calidus, & accensus, descẽdere inferius cũ magna velocitate, ita ꝙ ipse aliquando descendit fm lineam rectã absq; hoc, ꝙ insit ei tale fm suã naturam. Et putatur ꝙ hoc declarabitur ex parte contrarietatis. Nã de natura, seu consuetudine contrarij, sicut diximus, ẽ fugere à suo cõtrario ad partẽ propinquam, ad quam conuenienter põt fugere ab ipso superius, vel inferius, ad dextrã, vel sinistrã, sicut ẽ dispõ in aqua, & igne.

Curvẽtus accensus descẽdit.

Pria solo.

H Impugna

Sed talis modus imaginationis in dispõne huius mot' est corruptus, seu phãtasticus: & nos debemus cõsyderare de hoc. Et dicamus ꝙ iste mot' huius partis fumosæ de necessitate inest ei, fm ꝙ corp', naturalis, vel necessarius, seu coact'. & falsum est vt sit naturalis. nã non est de natura, seu cõsuetudine eius descẽdere inferius. sed, si sua descẽsio est necessaria de necessitate, erit ibidem impellens, & cogens. nam cogẽs oportet ex eo ꝙ est corpus, vt declaratũ est, moueri, cùm moueatur. &, si posuerimus ẽt motũ illius necessariũ,

I sequitur in eo illud, quod sequiť in primo, & sic in infinitũ. &, cùm hoc sit ita, erit illic de necessitate mouẽs motũ in hoc motu nãlr, & est pars fumosa. Et videť ꝙ hęc pars fumosa est cõposita, seu constituta ex parte leui, & graui: & ꝙ hæc pars grauis est illa, per quam mouetur inferius. & hoc, cùm accidit huic parti fumosæ frigefieri. & impõe est vt distinguať in ipsa leue à graui, nec ꝙ est motus putať de eo, ꝙ ipse aduenit huic parti, cùm est composita

K cũ parte calida, velocior, q̃ ipse motus sit, cùm aduenit ei, cùm est simplex. & vr̃ vt sit causa in hoc illud, quod vr̃ de virtute actionis contrariæ cũ vicinitate sui contrarij: & melius fm quod euadere possit vnum contrariũ à reliquo, & conseruari suum esse, est locus. & ideo, cũ fiunt in hac parte fumosa partes graues, mouenť multum velociter ad locũ suũ naturalem vt nõ corrumpanť. nam omne ens naturale, sicut diximus, diligit se permanere, & locus ẽ conseruans ipsum. & propterea ꝙ pars ignea non põt separari, seu segregari ab ipsa velociter pp admixtionem, mouetur cũ ipsa coacte. Et

Oẽ ens naturale diligit se permanere. Idẽ. 2. de Aia. 34.

L hoc est causa met in ascẽsione aquę cum igne, fm ꝙ in eis fiunt partes aereæ. Nam aqua nõ est in nã eius moueri tali motu: & impoẽ etiam est imaginari ꝙ ille ignis mouet ipsas de necessitate eo modo, quo vnũ corpus mouet aliud, & nõ remanet vt sit, nisi sicut diximus. Et aliqñ accidit his ventis, descendẽtibus inferius, vt descendant fm circulum pp esse huius contrarietatis, & impedimentũ duorum motuum in eis. & sicr accidit quibusdam ventis, descẽdentibus inferius, occurrere ventis ascendentibus, & prohibẽtur, & mouentur circulariter: quia hoc est facilius eis, vt dixim' ante: & hoc siue ad superius siue ab inferius. motus

M aũt horum ad superius est, cùm dominatus fuit ascendens, sed ad inferius, qñ dominatus fuit descendẽs. Et oẽs isti venti circũeuntes vocanť venti vertiginosi, & tempestuosi: & isti sunt venti fortes, ex quorũ fortitudine accidit eleuare naues, & animalia, & proijcere illa ad locũ aliũ.

Hæ

A Hæ sunt causæ tonitruum, fulgurũ, & fulminũ. & videt esse harum causarũ de his rebus p rationes, seu per signa ex eis idẽ. Nã terræmotus flat cũ ipso ventus. & ideo multa aĩalia laborant, seu relaxant tunc, & scinditur cũ ipso terra: & oritur cũ hoc planta nota, quę vocat planta terræ motus. Et ẽt simile huius fortis motus inuenit vento. Et ẽt videt ꝙ fulgura sunt venti accensi, seu inflammati ex velocitate motus eorũ: & ꝙ ipsa multoriens præcedet ventus. & ideo vr mate moueri cum fulgure, & ante fulmen motu fortis. Illud aũt, p quod dubitabatur de hoc, ꝙ causa fulguris, & tonitrui sit vna, qa
B fulgur vt ante tonitruum, & postea audit tonitruũ, nihil est. hoc enim accidit auditui cũ visu. nã nos videmus verberationẽ, cùm fuit remota, anteꝗ̃ perueniat ad nos sonus causatus ab ipsa, sicut accidit eis, q sunt in vna ripa fluminis, cũ eis, qui verberant quædã corpora in alia ripa.

ARISTOTELIS METEOROLOGICORVM LIBER TERTIVS.

Cum Auer. media Exposi.

C SVMMAE LIBRI.

In Prima agit de Procella, Vortice, accẽso Turbine, ac Fulminum speciebus.
In Sc̃da de Area, Iride, Parelijs, & Virgis.
In Tertia de his, quæ in terræ partibus inclusa generantur.

De residuis autem dicamus operibus segregationis huius, inducto iam modo dicentes. Spiritus enim hic cùm segregatur per modica quidem, & sparsim diffunditur, et sæpe fit, & D perflat, & tenuiorum partium existens, Tonitrua facit, & Coruscationes. Si autẽ totus simul, & spissior, minus aũt excretus fuerit tenuis, Procella vẽtus fit. quapropter & violẽtus, celeritas enim excretionis facit fortitudinem. Quando igitur consequetur multa, & continua excretio, eodem fit modo, quẽadmodum cùm iterum in cõtrarium mouetur: tunc enim pluuiæ, & aquæ fit multitudo. Existũt igit ambo hæc potẽtia ſm materiã. Cùm aũt principium factũ fuerit potentiæ cuiuscunq;, consequitur quod coexcernit ex materia, cuiuscunq; fuerit multitudo inexistens amplior, amplius. E & fit hoc quidẽ Imber, illud autem alterius exhalationis Procella. Quãdo aũt qui excernitur spiritus, ille qui in nube, alterũ contra percusserit sic, vt qñ ex amplo in angustũ vi fertur ventus in portis, aut vijs (accidit.n. sæpe in talibus, repulsa prima parte fluentis corporis, propterea ꝙ non cedit, aut propter angustiam, aut propter reflationẽ, F circulum, & vertiginẽ fieri spiritus. hic enim in anterius prohibet ꝑcedere, ille aũt à tergo impellit: quare compellitur in latus, quà non prohibetur ferri, & sic semper contiguum, donec vtiq; vnũ fiat. hoc aũt est circulus. cuius enim ẽ vna latio figuræ, hãc necesse est circulum esse) sup terram vtiq; propter hoc fiunt vertigines,

G rigines & in nubibus similiter fm principium. Veruntamen, sicut cū Procella fit, semper nubes excernitur, & fit continuus ventus, sic hic semper continuū sequitur nubis. Propter spissitudinem autē non potens excerni spiritus ex nube, vertitur quidē circulariter primo ꝓpter dictā causam: deorsum aūt fertur, qa semper nubes inspissantur, qua excidit calidum. Vocatur autē, si incolorata fuerit hæc passio Vortex, ventus existens, velut Procella inconcocta. Borealib⁹

H autē non fit Vortex, neq; niuosis existētibus Procella, propterea ꝙ oīa hęc flatus sunt. flatus aūt est sicca, & calida exhalatio. Gelu igitur, & frigus, propterea ꝙ dominanť, extingūt mox quod adhuc fit prncipiū. Quòd autē dominentur palā est. neq; enim vtiq; esset niuositas, neq; borealia humida. hęc enim accidit eē, domināte frigiditate. Fit igitur Vortex, qñ quæ fit procella non possit excerni à nube. Est autem pp repulsionē gyrationis, cùm terrā feratur circūuolutio, simul

I deducens nubē, non potens absolui. Quā autem fm directum efflat, hac spū mouet, & circulari motu vertit, & sursum fert, cuicūq; inciderit vim inferens. Cùm aūt detractus ignitus fuerit, hoc aūt ē, cùm tenuior spūs fiat, vocať accensus Turbo. coincendit enim aerē, ignitione colorans. Si aūt in ipsa nube mult⁹, & tenuis extrudatur spirit⁹, hic

fit fulmen; si quidē valde tenue K fuerit, nō adurens propter tenuitatē, quod Poetæ clarū vocant. si aūt minus, adurens, quod fumidū vocant. Illud enim ꝓpter tenuitatē fertur, propter velocitatē autē præuenit pertransire, antequā igniat, & morā faciens denigret. hoc aūt tardius, colorauit quidē, non aūt exussit, sed pręuenit pertransiens. Quapropter & resistētia quidem patiuntur aliquid, quæ aūt non, nihil. vt clypei iam æramentū quidē liquefactū fuit, lignum autem nihil passum fuit. propter enim L raritatē præuenit spiritus penetrare, & pertransire. Et per vestimenta istr, non cōbussit, sed velut attritionē fecit. Quare ꝙ hęc omnia spiritus sint palam est, & est talibus. Est autē aliqñ & oculis videre. velut & nunc accidit circa templū in Epheso combustū. ad multas enim partes flamma ferebatur cōtinua. discerpta seorsum. Quòd quidē fum⁹ spiritus est, & ardet fumus, manifestū est, & dictū est prius in aliis: cùm autē simul multus recedit, tunc manifeste vř spiritus esse. Quod igitur in paruis ignitionibus videtur, hoc & tunc multa ardēte materia fiebat multo fortius. Ruptis igitur lignis, vnde principiū spiritus erat, multus progrediebať congregatus, qua efflabat, & ferebatur sursum accensus. quare videbatur flāma ferri, & inuadere domus. semp enim putare opꝫ sequi fulmina spiritum,

Templi Ephesini conflagratio.

A spiritū, & præcedere: sed nō vr, quia sine colore est. quapropter & quā debet percutere mouet, priusq̃ percutiatur, tanq̃ prius inuadente principio spūs. Et tonitrua aūt diuidūt, nō sono, sed quia simul excernitur qui pcussionē fecit, & sonū spiritus: qui, si percusserit diuisit, exusſit aūt non. De tonitruo igitur, & coruscatione, & procella, adhuc autem & de accēsis turbinibus, & verticibus, & fulminibus dictū est, & q̃ idem omnia, & quæ differentia omnium ipsorum sit.

B

SVMMA SECVNDA.

De Area, Iride, Pareliis, & Virgis.

Nonnulla horum omnium narrantur accidentia: quæ in vnam communem reducuntur causam, refractionem scilicet. Cap. 1.

DE Area autē, & Iride, quid vtrunq; & propter quam causam fit dicamus, & de Pareliis, & virgis, etenim omnia hæc

C fiunt ppter easdē causas inuicē. Primo aūt oportet accipere passiones, & accidentia circa vnūquodq; ipsorū. Ipsius igit̃ Areæ apparet sæpe circulus, totus, & fit circa Solem, & Lunā, & circa splendentia astrorū. Adhuc aūt, nihil minus nocte q̃ die, & meridie q̃ sero, diluculo aūt minus, & circa occasum, Iridis aūt nunquā fit circulus, neq; maior semicirculo sectio. Et occidente qdē, & oriēte, minimi quidē circuli maxima aūt portio: eleuato D aūt magis circuli quidem maioris, minor aūt portio. Et post autumnale quidē æquinoctium in breuioribus diebus oī hora fit diei, in æstiuis aūt non fit circa meridiē. Neq; duabus plures irides fiunt simul. Harū aūt tricolor quidē vtraq;, & colores eosdem, & æquales fm numerum habēt inuicē: hebetiores aūt sunt eius, quæ extra est, & ecōtrario positi fm positionē. Quæ enim intra est primā hēt circumlationem, quæ maxima est, puniceā. q̃ aūt exterius, minimā quidē, E propinquissime aūt ad hanc, & alias proportionalr. Sunt autē colores hi, quos quidē solos ferè nō possunt facere pictores. quosdam enim ipsi miscēt. Puniceus aūt, & Viridis, & Purpureus nō fit mistus. iris aūt hos hēt colores. Qui aūt est inter puniceū, et viridem, apparet sæpe Flauus. Pareliī *aūt, & Virgæ fiunt ex latere semp, & neq; desuper, neq; ad terrā, neq; ex opposito, neq; ēt noctu, sed semper circa Solē. F Adhuc aūt dum ascēdit, aut dū descendit semper. fm plurima aūt ad occidentem, dum autem in medio cœli est, raro, vt in Bosphoro aliquando accidit, per totam enim diem simul orientes duo Pareliī permāserunt vsq; ad occasum. Quę igit̃ circa vnumquodq; ipsorū accidūt, hæc sūt.

*Iterati Soles. vid̃ īfra cap. 5

Causa aūt horū omniū eadēs omnia enim hæc refractio sunt. differūt aūt modis, & à quibus,

& quo

G & quo accidit fieri refractionē ad Solē, aut aliud aliquid fulgidorū. Et p diē quidē iris fit: nocte aūt à Luna, vt Antiqui qdē putabāt, nō fiebat. Hoc aūt patiebātur pp raritatē. latebat enī ipsos. Fit tñ, raro aūt fit. Causa aūt est, q in tenebris latēt colores, & alia multa oportet coincidere, & oīa hæc die vna mensis, in plenilunio enim fieri necesse est, si debeat fore: & tūc, aut oriēte, aut occūbente. quapp in an-

H nis supra quinquaginta bis cōperimus solū. Quòd igit visus refrangit, sicut & ab aqua, sic & ab aere, & oībus habētibus supficiē planā, ex ijs, q circa visum ostēsa sunt, opz accipere fidē. & pp quid speculorū in quibusdā quidē nō solū colores, sed & figuræ apparēt, in quibusdā autē colores solū. talia aūt sunt speculorū, quę cūq; parua sunt, & nullam sensibilē habēt diuisionē. in his enim impoſſe est figurā appa

I rere: videbit enim eē diuisibilis. oīs. n. figura simul vr figura eē, & diuisionem habere oīquaq;. Qm aūt int⁹ apparere aliqd necessarium est, hac aūt impoſſe, relinquit calorē solū int⁹ appere. Color āt aliqñ quidē splēdidus vr splendidorum: aliqñ aūt, aut ppea q miscet ei, qui est speculi, aut pp debilitatē visus, alterius coloris efficit phantasiā. Sit aūt de his nobis speculatū in his, q circa sensus demonstrant. quapropter ipsorū hęc qdē dicam⁹, his aūt vt existentibus vtamur.

Caput Primum Auerrois. K

De communibus ipsius Halo, Iridis, Solum, & Baculorum causis.

Loquamur nūc de circuitu, siue Halo, quę vr circa Solē, & Lunam, & de Iride, & de Solibus, & Baculis. Et vr quasi manifeste q gen⁹ omniū istorū signorū est apparentia tm̄, & quędā similitudo. Nā ista accidunt in aduētu corporū lucidorum, & cùm aspiciens hæc sit in situ pprio, seu determinato. & vlr accidunt eis oīa accidentia, q eueniunt oībus rebus, quę sunt tm̄ apparētię de translatione eorū, seu de motu, cùm transfert res visa, & de propinquitate eorū, & remotione per propinquitatē illius, & remotionē. Et, L quia subiectum istorū sunt corpora naturalia, & cùm hoc ipsa accidūt in situ determinato, & in figuris determinatis, necessariū est, vt sit inuestigatio de eis fm vnū modum Naturalis, fm aliū Mathematica. Nos autē consyderemus hoc de dispōne istorū de eis, de quib⁹ cōsyderat Naturalis, vtēdo illis reb⁹, q declaratæ sunt in Mathematicis, tanq̄ suppositionib⁹, & fundamētis positis, & maxime eis, de quorū cōsuetudine ē vt accipiant hic principia directionis.

Et dicam⁹ q manifestū est in hac sciā q corpora aspecta, seu visa accidit eis p diuersitate rerū, quibus mediantibus aspiciunt, diuersitas coloris, seu apparētiæ in tinctura, & magnitudine, & paruitate, & propinquitate, & remotione: & hoc est pp esse corporū grossorū, diaphanorū inter videntes, & visa: & q hæc corpora dura diaphana cū hoc, q ipsa adducūt rem visam fm hanc dispositionē, cū stat inter nos, & ipsa, causant ēt, cū sunt i aliqua oppositione directa,

Vid retractionē isti⁹ loci p ipmmet Auer. ifra in ca. seq. I illa pte. M Et ille q congregauit hasdn as speculationes, iā errauit vt fecit Auenetan.

A directa, res visas, & nos sumus in medio eorum: sicut est dispō in aqua, in qua vr̄ figura stellarū, & reliquorum corporū & hoc, quod apparet hic de causa istorū apparētium, est non pp corpora, quæ stāt inter nos, & visa solum, sed etiam pp debilitatem visus, vel ex ambobus. nam habitudo debilis visus ad aerē subtilē est habitudo visus fortis ad aerem grossum. Et ideo accidit ei, cui⁹ stomachus est debilitatus, cuius visus ē corrupt⁹, videt apparētias, seu imaginatiōes nō veras, seu sicut nō sūt.

Et iā narrauit Arist. ꝙ quidā pass⁹ B est debilitatē visus, & videbat ante ipsum suā imaginem, seu figurā in aere. nam aer fuit respectu visus ei⁹, sicut speculum ad visum perfectū.

Causa autem in cognoscendo visus talia accidentia, mediantib⁹ corporib⁹ diaphanis grossis, est illa, quę apparet in scīa Perspectiuæ. Nam iā declaratū est ibidem ꝙ causa istoꝝ omnium est reflexio radij, aut refractio eius, & ꝙ inspectio vera est per radium rectum Tales autem apparentiæ accidunt, cùm refrangitur radius. radius aūt reflectitur, aut refrāgitur, seu dilatatur à corporib⁹ grossis diaphanis, sicut aqua, & aer hu- C midus aqueus. & sunt illa, p̄ q̄ transeunt lumina, & non habēt tincturam, seu colorē proprium. Sed, qa esse radij accipit Perspectiuus ab artifice huius scientię, & Antiqui Naturales credebant visionē fieri p̄ radios exeuntes ab oculo, fuit consuetudo Perspectiuorū dare causam in eis, quæ accidunt ex diuersitate apparentium colorū, seu visibilium ex parte radij exeūtis ab oculo. Et veritas est in hoc, vt demus causas istorum ex parte radij, exeuntis à corpore viso, seu aspecto hoc, cùm fuerit cor- D pus lucidū. colorata aūt, non habentia radios mouent visum directe p̄ lineas fm̄ istum modū. cum enim nulla sit dr̄ia, si Perspectiu⁹ accipiat hoc fm̄ vnūquemq; modorum, ex quo fm̄ quēlibet istorum potest dare causas illorū, quæ occidūt in suo subiecto, & fuit iā declaratū in scīa de Anima ꝙ visio non fit per radiū ab oculo exeuntem, magis conueniens est, vt fiat in scientia perspectiua secundum hanc opinionem.

De Areæ Figura, Significationibus, & earum causis. Cap. 1.


E PRimo aūt de ipsi⁹ Areæ Figura dicam⁹, et quare circul⁹ fit, et quare circa Solē, aut Lunā, siīr autē et de aliīs astris. eadē. n. in oīb⁹ congruet ratio. Fit igit̄ refractio visus, cùm cogitur aer, et vapor in nubem, si ęqualis, et paruarū partiū consistens extiterit. Quapropter, et signū cōsistentia quidem aquæ est: distractiones tñ, et marcores, hi quidem serenitatis, distractiones autem flatus. Si enim neq; marcefactum, neq; distractum, sed permissum fuerit recipere propriam naturam, F aquę signum merito est. indicat enim iam fieri talem consistentiam, ex qua, continuitatē accipiente inspissatione, necessariū fit in aquā venire. quapropter et nigri fiūt colores hi maxime aliorum. Cùm autem distrahitur, flatus signum est. diuisio. n. à flatu facta est, iam quidem existente, nōdum autem præsente.

Signum aũt huius est, ꝙ hinc fit ventus, vndecũq; præcipua fiat distractio. cùm vero marcescit serenitatis. si enim non disponit aliqualr̃ sic aer, vt dñeẽ calido, qđ intercipit, neq; veniat in inspissationẽ aquosam, palã est ꝙ nõdum vapor segregatus est ab exhalatione sicca, & ignea. hoc aũt serenitatis est cã. Qño igit se habẽte aere fit refractio dictũ est. refrangitur autẽ à cõsistente caligine circa Solẽ, aut Lunã visus. quapropter nõ ex opposito,

H sicut iris, apparet. Vndiq; autẽ silr̃ refracto, necesse est circulũ esse, aut circuli partem. ab eodẽ enim signo ad idem signũ æqua les frangentur sup circuli lineã semp. Sit enim à puncto, in quo A, ad B fracta, & ea, quę est ACB, & quę AFB, & quæ ADB. ęqua les aũt & hę AC, FA, AD inuicẽ & quæ ad B inuicẽ, scilicet CB, FB, DC. & protrahatur AEB. Quare triãguli ęquales. etenim super æqualem, quæ est AEB.

I Ducantur autem perpendicula res ad AEB ex angulis. à C quidem, quæ est CE: ab F aũt, quæ est FE: a D autem, quę est DE. Æqualis itaq; hæ. in ęqualibus enim triãgulis, & in vno plano oẽs. ad rectum enim oẽs, ei, quæ AEB. et ad vnũ punctum E copulantur. Circulus igit erit descripta, centrum autem E. Sit autem B quidem Sol, A autem visus, quę autem est circa CFE circunferentia, nubes: à qua refrangitur visus ad Solem.

Areæ descriptio. K



L

M

Oportet

A Oportet autē intelligere continua specula. sed propter paruitatē vnūquodq; quidem inuisibile: quod autem ex omnib⁹ est vnū esse vr, propterea ꝙ consequēter sunt. Apparet aūt quod quidē albū est, Sol circulariter continue in vnoquoq; apparēs speculorū, et nullam habens sēsibilem diuisionē. Iuxta autem hoc nigra contiguā circunferentia, quæ propter illius albedinē vr̄ esse nigrior: versus terrā autē magis, quia trāquillior est. flatu enim existēte, non est statio manifesta. B Sæpius autē fiunt Areæ circa Lunā, quia Sol calidior existens, citius dissoluit consistentias aeris. Circa astra autē fiunt quidē propter easdē causas, non significāt aūt similiter, quia paruas penitus indicant consistentias, et nondum stabiles.

Caput Secundum Auerrois

De Halo.

ET postq̄ declaratū est ex hoc sermone modo præambuli seu ſm suppositionē ꝙ causæ harum apparentiarū est reflexio, & refractio, seu C dilatatio, debem⁹ nos ꝓcedere post hoc ad illud, quod est propriū vnicuiq; istorum. Et dicamus ꝙ Halo, seu circuitus est signum rotundum apparēs circa Lunā, vel aliquas stellas; & aliqñ circa Solem, raro tamē. Et, quia hoc signū accidit, cum stat nubes inter nos, & lucidum, sequit̄ de necessitate vt sit causa huius reflexio radij procedentis per aerē à nube ad visum nostrum, seu refractio eius, & erit color apparens in hoc signo, sicut mixtus ex colore nubis, & ex lumine lucidi pp debilitatem visus, vt distinguat inter hæc, sicut ē dispō in reliquis apparentijs, accidētibus ibidem. Sed, quia est ibidē figura huius signi semper rotūda, vel pars figuræ rotūdæ, sequitur de necessitate vt sit nubes ſm dispōnem, ſ; quā prouenit ab ipsa ista figura: & est situs nubis ex parte lucidi, seu luminosi, & visus nostri sit⁹, in quo accidit hæc reflexio, à qua causatur talis apparentia. Dispositio autem, ſm quā possibile est apparere talem figurā de hoc in nube, ſ. rotūda, est vt sint illę partes grossæ diaphanæ nubis de cuius consuetudine est vt reflectant̄ ex ipsa radij contiguę, & E ſm vnā superficiem leuē, & æqualē, siue hæc superficies fuerit recta, siue conuexa. sed conuenientius est in dispositione naturali vt sit fixa cōuexa. nā corpora simplicia vt plurimū faciunt suas figuras, ſm ꝙ natura ī clinat ipsa ad illud magis q̄ ad alias & illa est rotunditas. Situs autem, ſm quē possibile est prouenire hāc reflexionem in nube, nube existēte ſm hanc dispositionem, est vt sit linea radialis procedēs per visum nostrum à lucido in centro huius partis, seu portionis nubis cōuexæ vna linea recta: cuius vna extremitas sit F lucidum, alia āt centrū partis sphæricæ nubis, & pūctus visus nostri in intermedio ipsorum. &, cūm sit radius ſm hunc situm, possibile est refrangi à superficie, quæ est super rectitudinē diametri nubis, exeuntis à centro nubis ad locum reflexionis directa, donec perueniat ad superficiem nubis cōuexæ. hoc aūt est possibile, cūm congragatur nubes recte sup ipsam diametrū cōgregatione, ſm quā sit possibilis reflexio in ea.

Corpora simplicia nā inclinant̄ magis ad figurā rotundam.

 Nam

G Nam ex eis, quę apparét illic, est ꝙ hæc apparentia non perficit per radium declinantem, sed p radium reflexum. &, quia de proprietate radij reflexi est, vt sint anguli fractionis ex ipso ex oībus partibus ęquales, sequit vt nō sit distātia pūcti visus ad cētrū nubis, qcunq; distantia acciderit. sed distātia determinata: & hoc fm distātiā lucidi à nube, & nubis à visu nostro. & declaratū est ibidē: ꝙ hoc perficit, qn̄ fit punctus visus nr̄i propinquior ad nubem, q̄ sit ad centrū eius. Et nos ponamus hoc hic, secundū modū figuræ, seu imaginationis. Ponamus lineā rectam, quæ
H vadit in cētrū nubis, & in lucido lineam A B, & A sit lucidum, & B centrū. & ponam' punctū visus, seu visionis, intermediū inter A, & B, pūctum C. & exeat à cōuexo nubis arcus diuidens illā lineā A B, & sit ille arcus B E G, & ipse occurrit ei super punctū E, & ponamus hunc arcum ex nube, per modum, vt cadat super ipsum punctus reflexionis, & exeat B, qui est punctus cētri, diamater B T, quę est colūnaris super sphęricā, & facit trāsire illud ad conuexū nubis, & occurrere circulationi rotæ, seu sphęrę in puncto, ex quo contin
I git, vt sit radio exeunti ab aere refractus à superficie tracta recte super diametrū B T ad visum nostrum. & hoc cùm fuerit angulus circundat' linea exeūte ad punctū reflexionis cū linea, ex qua refrangitur, ipsa est diameter ęqualis angulo, qui circūdatur linea refracta à puncto reflexionis ad visum nostrū, cum hac linea etiā. & ponamus hunc punctū esse A, & sit linea A E, illa, quę exit à corpore lucido ad punctum reflexionis, & linea A C, illa, quæ exit à lucido ad punctum reflexionis ad K visum nostrum angulum A E T, & est angulus radij æqualis angulo C E B alterius. & , cùm circūdamus A E C super diametrum A C, ita vt redeat ad punctum E, causatur ex hoc necessitate figura rotunda: & est figura circuitus, siue Halo. & hoc de esse huius puncti secundū hanc dispositionē manifestū est, s. punctus reflexionis, seu refractionis, cum fuerit reflexionis per angulos rectos. sed diximus ꝙ similitudo, seu apparentia videtur apud punctum B in circulo secundū propinquitatē. sed iam declaratū ē in Perspectiua, ꝙ similitudo A sit à linea B T super pun L ctū, in quo cadit colūnaris, exiens à pūcto A ad lineam B T, sicut exit à figura prioris colūnaris A, & sit punctus A D similitudo A, quod est res visa. & totū hoc, quod diximus, sermo de eo est in Mathematicis: siue sit per se notū, siue non: & accipitur in hac scientia fm suppositionē tantum. Et apparet etiam de ista Halo plus vna. sed oportet de necessitate vt sint in superficiebus diuersorū situum. nā impossibilis est reflexio à superficie vna magis ab illa, cuius superficies ē vna, q̄ ex vno pūcto. & illa M q̄ superior est minor inferiori. & hoc est ꝑpter distantiā eius. Lucidū aūt videtur in medio huius sphęrę. seu rotę, fm ꝙ est per lineas rectas: vel ꝑpterea, qa lineæ radiales, sicut dicunt Mathematici, cùm cadunt sup superficiem fm angulos rectos, trāseunt ipsam: vel propterea, quia Luna propter fortitudinē luminis ibidem transit nubem. & intentio in his duobus redit ad vnum: sed vnū eorum est causa alterius. & propter hoc, s. propter fortitudinē radij nō

A fit in nube talis ſphæra, ſeu rota circa Solem, habens colorẽ, ſicut iris.

Item in eadem media commentatione. Sermo de ſphæra, ſeu rotunditate, quę eſt circa Lunam, quę vocat Halo, & de Iride, & de Colũnis.

Dicit, Et poſtq̃ diximus has res, debemus dicere cauſam circuitus, qui apparet circa Solem, & Lunã: & dicere etiam de Iride diuerſorũ colorum, ſeu viarum quõ fit, & quid ſit cauſa huius. & in hoc etiam dicem⁹ cauſam illi⁹, quod apparet, quaſi cãna extenſa, & columna. Et primò dicemus de Halo. Et dicemus ꝙ hic circuitus apparet circa Solem, & Lunam, circundans ipſa & etiam circa
B quaſdam ſtellas ſcintillantes, ſeu radiantes. & hoc apparet in nocte, & in die, & meridie, & in veſpere: ſed in mane, & propè occidens videtur ſenſui. Inquit, Et cauſa horum circuitum in quolibet, in quo apparent, eſt vna cauſa, & eſt refractio luminis à nube ad viſum noſtrum refractione æquali ab oĩbus partibus. nam vapor humidus, ex quo fit nubes, aſcẽdit à terra, & multiplicatur in aere, & ingroſſatur: &, cũ oritur, ſeu illuminat lumẽ ſtellarũ, vel Solis, & Lunę ſuper illum vaporem, oc-
C currit, ſeu reuertitur ab ipſo rediẽs ad viſum ex oĩbus partib⁹. apparet igitur lumen circulare in illa nube, ſicut apparet lumẽ egrediens ab ipſa ſtella circulare in multis ſtellarũ. vult dicere ꝙ cauſa in hoc eſt vna. nã, ſicut apparet ſcintilla, ſeu radius ſtellęmet circularis pp refractionẽ, quæ fit radio ſuo ab ipſo aere, pp diſtãtiam illius nubis, & debilitatem viſus, accidit refractio à nube pp groſſitudinẽ illius. nam cauſa refractionis aliqñ eſt ſpiſſitudo aeris, & aliqñ eſt debilitas viſus, vel ẽ pp diſtantiã ſtellarum, quibus apparent ſcintillę, ſeu radij circularis, vel pp occurſum viſus: ſicut accidit nobis in flamma, cùm remouet à viſu noſtro, apparet quaſi Halo. Hæc eſt mẽſura in cauſa appatẽtię, ſeu hoc tm̃ ſpectat hic dicere de cauſa hui⁹ apparentiæ, ſ. ꝙ fit à vapore tantũ, & illa eſt, quam aſſignat ille artifex: & eſt cauſa cõis, & remota. Sed cauſa huius apparentię propria, & ꝓpinqua declaratur à Perſpectiuo. nam ipſe declarat ſm quã ſpeciem triũ apparentiũ, ſeu viſionũ, quę ſunt refractio, & reflexio, & rectitudo, eſt hæc apparentia, & in quo ſitu, & ex quo corpore accidit hoc, & diſponitur, ſ. hęc apparentia. & declarauit illic ꝙ hęc apparentia eſt, vel ſtellæmet per radium rectum, vel Halo, & lumen eius eſt per radium refractum, non reflexũ, & ꝙ ſitus, à quo prouenit hęc figura, eſt vt ſit refractio ſphęræ, ſeu circuitus, & vt ſint trianguli, quos cauſant lineæ refractionis de illa ſphera, ſeu circuitu, ſ. ꝙ exeat à lucido ad ſpheram, & qui eorũ refranguntur ad viſum communicant oẽs in vna baſi, & eſt linea, quæ vadit in viſu noſtro, & in centro illius circuitus, ſeu ſphęrę in centro ſtellæ, donec ſint illi triãguli æquales, & erit refractio omniũ illarum lineaũ ab vno eodem puncto, & eſt ſtella ad vnũ, & eundem punctum, & eſt viſus; & manifeſtũ eſt ꝙ ſequitur, vt ſit refractio illarũ lineatũ radialium à circuitu, ſeu circuitus à ſuperficie illic, cuius ſit⁹ eſt ex omnibus partibus ſitus aptus vt ſint anguli refractionis ipſi⁹ ęquales, & vt ſit refractio ſtans ſuper illam ſuperficiem. nam refractio nõ

G sit, nisi p angulos ęquales stãtes, seu directos sup superficiem, s. q̄ trianguli rarefactionis stant sep superficiem. & declaratũ est cum hoc causa, pp quam apparet res p refractionem extra suum locũ. nam ipse declarauit illic q̄oẽ, quod videtur, seu apparet p radium refractum, apparet in rectitudine radij refracti, & q̄ specula coniuncta; ex quibus fit refractio, cùm fuerint parua, apparet in ipsis color rei visibilis, nõ figura eius. & q̄ illæ duę causæ sunt causa in hoc, q̄ apparet lumẽ Lunæ absq; eius figura, & apparet lumẽ ei⁹ præter locũ Lunę, s. in loco extra ipsã, seu alio ab ipsa. Et declaratum est
H illic q̄ id, qđ accidet ei, quod apparet plus, q̄ vnam lineã refractam, enumeratur eius apparẽtia p numerationẽ linearum refractarũ; &, cũ coniunguntur lineæ remanẽtes q̄dam cũ quibusdam, appare. eius figura circularis, vel lumen eius, si nõ apparet figura eius: ex quo impossẽ est apparere vna res per multos radios, nisi cùm fuerit refractio sphærę, seu sphęra. & declarata est specialiter hæc apparentia, s. Halo, & q̄ situs, in quo venit hæc apparentia, cũ posuerimus nubem figurari figura sphærica, ex quo hoc est sibi dispositio naturalis, est vt sit visio nostra,
I & centrũ lucidi, & centrum nubis super vnam lineam, & vt sit visio nostra in eo, quod est inter lucidum, & centrum non in centro met, neq; sit inter visionẽ nostram, & lucidũ, & q̄ superficies, ex qua fit hæc refractio, & superficies, quæ coniũgitur directe super directum diametrum nubis non alia, & q̄ causa in hoc est distantia lucidi, & propinquitas nubis ad nos: &, quia centrũ nubis est propinquior nobis lucido, & re- K
motior nube, & q̄ refractio non fit p angulos nisi æquales. Et declaratum est illic ẽt q̄ hęc refractio, quia ẽ loci illius latitudo, accidit vt sit lumen, quod apparet circulare habẽs latitudinẽ. &, si non appareret sicut linea sphęræ. Et has res oẽs, quas dixi, iã declarauit eas Auenetan ĩ tractatu famoso, sed ista vt diximus nõ sunt de hac scientia, sed sunt de sciã Perspectiua, & ideo nõ curauit Aristo. de istis hic: & fuit sibi sufficiens de eo, q̄ pertinet huic sciæ, consyderare. Et ille, q̄ cõgregauit has duas speculatiões, iã errauit, vt fecit Auenetan. nã speculatio de hoc est duarum diuersarũ artiũ; neq; ingredit̃ L
id, quod declaratũ est de hoc ex sciã pspectiua in hac sciã, ita q̄ hęc sciã ꝯsyderat de his causis alio modo, & facit ipsas prĩcipia demõstrationis.

Et putabimus nos in nostris summis in tm̃ q̄ nos posuimus illic, & affirmauim⁹ causas mathematicas, quę sunt ĩ his rebus, tanq̄ exordiũ, seu principiũ. sed res non fuit ita. nã causę, quas dat artifex huius sciẽtię in hoc, sunt causæ manifestę per se, & q̄ dat Perspectiuus de istis causis sunt causę remotę rebus consyderatis in hac scientia: causæ autẽ remotę enumerantur in eo, quod est per accidens. Neque est dispõ materiæ perspectiuę ad hanc scientiã in dando has causas, sicut ẽ dispositio Perspectiuæ cum Geometria, s. q̄ Perspectiua accipit multas causas rerũ, seu dispositionũ inuẽtarum in ipsa Geometria, vt putabamus nos de hoc in principio. Nã illę causæ sunt essentiales ĩ perspectiua, s. id, quod declaratum est de hoc in Geometria, ex quo sunt causæ propinquę. M

Qđ rõnes Mathematicę n̄ sũt adducendę in scientijs nãlib⁹, vi de idẽ 2. Cœ c. 58. & q̄ ibi.

Causæ

A Causæ aũt harum rerũ, quæ declaratæ sunt in pspectiua, sunt illis existentibus pp corpora naturalia causæ non essentiales, sed remotæ. Ita debet intelligi hoc de Arist. ĩ his rebus, non φ ipse abbreuiauit, seu diminuit ĩ hoc, & dimisit aliquid, qđ fuit necessariũ dicere in hac sciẽtia, neq; in alia. Gloria sit ei, quia ipm determinauit ab alijs ĩ perfectione humana, & fuit id, quod cognitum fuit sibi faciliter, cognitum ab alijs hominibus cũ longa perscrutatione, & difficultate maxime, & multa solicitudine. &, id, quod est notum alijs faciliter est diuersum ab eo, φ

Laus magna d Aristo. vide idẽ in fiñ ĩ pœmio 1. Phy. & 3. de aĩa c. 14 & 1. Gen. c. 38

B ipse nouit. & ideo mltotiẽs accidũt expositoribus difficultates in dictis huius viri, donec declaret̃ post longum tẽpus veritas sermonis eius, & quãtũ debilis fuit speculatio aliorũ hominũ in comparatione ad speculationem eius. Et per hanc virtutẽ diuinam inuentam in ipso fuit ipse inuentor sciæ, & complens, seu pficiens eam. & hoc raro inuenit̃ in artibus, quęcunq; ars fuerit, & maxĩe in hac arte magna. Sed diximus φ ipse fuit inuentor, & cõplens. nã dicta aliorum Antiquorũ de his reb⁹ nõ sunt digna vt sint dubitationes in his reb⁹, & à fortiori vt sint principia.

C Et, postq̃ declaratũ est hoc, dicã igitur φ nõ est in verbis Arist. aliquid indigens complemento, vt putauit hic Auẽpace, filius Auẽgijt: & verũ est φ in ipsis sunt multę res, quas ipse nõ intellexit, neq; nos nõdum, & maxime in rebus, in quibus nõ peruenerunt ad nos dicta expositorum. & ideo oportebat sibi studere in speculatione verborũ eius, nõ in his rebus, quæ fuerũt præter modum doctrinæ illius Aristotelis.

De Iridum Generatione, Coloribus, Speciebus, & Numero. Cap. 3. D

IRis autem φ quidem est refractio, dictum est prius, qualis autem refractio, & qũo, & propter quam causam singula fiunt accidentiũ circa ipsam, dicam⁹ nunc. Refrangi igitur visus ab omnibus videtur lenibus: horũ autẽ est aer, & aqua. Fit autẽ ab aere quidẽ, cum coierit. Propter visus autem debilitatem sępe ẽt sine* inspissatione facit refractionem, qualis aliqñ accidit cuidã passio debiliter, & non acute videnti. semper enim simulachrũ videbatur præcedere ambulantẽ ipsum ex opposito, respiciens ad ipsum. hoc autẽ patiebatur, quia visus refrangebatur ad ipsum. sic enim debilis erat, & tenuis valde ob infirmitatẽ, vt & speculũ fieret propinquus aer, & nõ posset repellere, sicut qui longe ẽ, & spissus. Quapropter & promõtoria sursum vulsa videnẽ in mari, & maiores magnitudines omniũ, cũ Euri flant, & quæ in caliginib⁹ sunt, velut & Sol, & astra orientia. & occumbentiá magis, q̃ in medio cœli existentia. Ab aqua autẽ maxime refrãgit̃, & ab incipiente fieri magis adhuc, q̃ ab aere. quãlibet enim partium, ex quib⁹ fit consistentibus gutta, speculum necessariũ est eẽ magis caligine. Quoniã autẽ & manifestum est, & dictũ est prius, φ in talibus speculis color tantum apparet: figura autem immanifesta est,

*a. l. coitione.

G

Euro spirante oĩa maiora videri.

F

G necessariū, cū̃m incipiat pluere, & iā quidē cogat in guttas, q in nubibus est, aer, nōdum autem pluit, si ex opposito fuerit Sol, aut aliud aliqd sic fulgidum, vt fiat speculū nubes, & refractio fiat ad fulgidū ex opposito, fieri imaginem coloris, nō figuræ, vnoquoq; speculorum existēte paruo, & inuisibili. Ea aūt, q̃ ex oībus ipsis est, continuitate magnitudinis visa, necesse est continuā magnitudinē eiusdē apparere coloris: vnūquodq;.n. speculorū eundē reddit colorē ipsi

H cōtinuo. Quare, qm̃ hęc possibile ē accidere, cūm se habeat hoc mō Sol, & nubes, & nos sīmus ī intermedio ipsorū, erit propter refractionē imago q̃dā. quinimmo & videt tūc, & nō aliter sese habētibus, facta Iris. Quòd igit Iris sit refractio visus ad Solem manifestum est. quapp & ex opposito semper fit, Area aūt circa ipsum. Et qdē ambæ refractio: sed hæc quidē colorū varietate differt: hęc enim ab aqua, & nigro fit refractio, & de longe: illa

I aūt de propè, & ab aere albiore fm naturā. Apparet aūt fulgidū p nigrū, aut in nigro (differt.n. nihil) puniceū. Videre aūt licet viridiū lignorū ignē, q rubram habeat flammā, propterea q fumo multo mistus est ignis, fulgidus existēs, & albus. Et per caliginē, & fumū Sol apparet puniceus. Quapropter Iridis quidē refractio prima talē habere vr colorem: à guttis.n. paruis fit refractio: quæ aūt ipsius Areæ est,

K nō. De aliis aūt coloribus posterius dicemus. Adhuc autē circa ipsum quidē Solē non fit mora talis consistentiæ, sed aut pluit, aut dissoluit. ex cōtrariis aūt in intermedio generationis aquæ fit quoddā tps. *qm̃, si fieret, esset utiq; colorata Area, sicut Iris. nunc aūt tota quidē nō fiunt talem habētia imaginē, neq; circulariter: parua aūt, & fm partē, quę vocatur Virgæ. Qm̃, si consisteret talis caligo, qualis fieret vtiq; ab aqua, aut aliquo alio ni-

L gro, sicut dicim⁹, appéret vtiq; Iris tota, sicut q̃ circa lucernas. circa has.n. vt plurimū, australib⁹ existētibus, Iris fit hyeme. Maxime aūt manifesta fit humidos habētib⁹ oculos. horū enim visus cito pp debilitatē refrangitur. Fit aūt & ab humiditate aeris, & ab euaporatiōe, & a fuligine a flāma defluēte, & mista. tūc enim fit speculum & pp nigredinē. fumosa.n. ipsa fuligo. Lucernæ quoq; lumē non albū, sed purpureū apparet circulariter, & irinum, puniceū aūt non.

M est enim & visus paucus, qui refrangit, & nigrū speculū. Quæ aūt a remis, qui sursum ferunt. ex mari Iris, positione qdē eodē fit mō ei, q̃ in cœlo, colore autē similior est ei, q̃ circa lucernas. nō enim puniceū, sed purpureū habere colorē videt. Refractio autē à paruissimis quidem, continuis autem fit guttis. hæ autē aqua segregata sunt iā penitus. Fit

*a. l. hoc enim nō eueniēte esset vtiq; colorata area.

Iris circa lucernas.

A Fit aũt & si qs tenuibus guttis ĩ aliquẽ talẽ locũ, q positione ad Solem versus sit, & hâc qdẽ Sol emineat, illâc aũt vmbra fit. in tali.n. si quis intus irroret, stâti extra, quà pmutanẽ radij, & faciũt vmbrã, apparet Iris. motus aũt, & coloratio Iris, & cã eadẽ ẽ ei, q̃ à remis. manu.n. p remo vtiẽ irrorãs. Qđ ãt color talis fit simul palã erit & de aliorũ colorũ apparitione ex his. Oportet enim intellexisse, sicut dictũ est, & suppofuisse primo qdem q fulgidũ in nigro, aut p nigrũ, co
B lorẽ facit puniceũ. Secũdo aũt, q visus, qui pcẽdiẽ, debilior fit, & minor. Tertio, q nigrũ velut negatio est. quia.n. deficit visus, apparet nigrũ. quapp quæ lõge oĩa nigriora apparent, pptere a q nõ ptingit visus. Cõsyderenẽ igiẽ hęc ex ijs, q̃ circa sensus acci dũt. illorũ.n. pprij de his sũt ser mones. nũc aũt quãtũ necesse ẽ de ipsis dicamus. Apparẽt igiẽ pp hãc causam & q̃ lõge nigriora, & minora, & planiora, & q̃ in speculis, & nubes nigriores aspiciẽtibus in aquã, q̃ in ipsas
C nubes: & hoc valde perspicue: pprer refractionẽ.n. pauco visu aspiciunẽ. differt aũt nihil. quod vẽ permutari, aut visum: vtroq; .n. mõ erit idẽ. Adhæc aũt oportet nõ latuisse & hoc. accidit.n. cũ fuerit nubes ppè Solẽ, in ipsam qdẽ respiciẽti, nequaq; apparere coloratã, sed esse albã. in aqua aũt eãdẽ hãc intuẽti, colorẽ hẽre aliquẽ eorũ, q Iridis. Palã igiẽ q visus, sicut et nigrũ fract[9] pprer debilitatẽ nigri[9] facit apparere, sic & albũ min[9] albũ, & adducit ad nigrum. Qui igiẽ fortior in puniceũ colorẽ permutauit: contiguus aũt in viridẽ, qui aũt adhuc debilior ĩ purpureũ. ad plus aũt nõ ampli[9] apparet, sed in tribus, sicut & aliorũ plurima, & horũ se habet finis, alio rũ aũt ĩsensibilis permutatio ẽ. Quapropter & Iris tricolor apparet, vtraq; qdẽ, oppositę aũt. Primã igiẽ exteriorẽ puniceã habet. à maxima.n. circunferentia plurimus incidit visus ad solẽ:
E maxima aũt q̃ extra: cõtigua autẽ, et tertia pportionaliter. Quare, si q̃ de colorũ apparitione dicta sunt bene, necesse est & tricolorẽ eẽ ipsam, & his colorib[9] colorari solis. Flauus aũt apparet, pptereaq sec[9] seiuicẽ apparẽt: puniceũ.n. iuxta viride albũ apparet. Signũ aũt huius est. In nigerrima.n. nube maxime pura fit Iris. accidit aũt tũc puniceũ videri magis flauũ esse. Est aũt flau[9] ĩ Iride, color ĩter puniceũ, & viridẽ colorẽ. Propter nigredinẽ igiẽ eius, q̃ in circuitu ẽ, nubis, totũ ipsi[9] apparet. qđ puniceũ ẽ, albũ: est.n. ad illa album.
F Et iterũ marcescẽte Iride ppinquissime, cũ soluaẽ puniceũ, nubes.n. alba existẽs, decũbẽs sec[9] viride, permutaẽ in flauũ. Maximũ aũt signũ horũ ẽ, q̃ fit a Luna, Iris: apparet.n. alba valde. fit aũt hoc, quia in nube, obscura existẽte apparet & in nocte.

Propter qd q̃ de lõge Ispiciũtur nigriora apparent.

Sicut


G Sicut igitur ignis super ignē, nigrū facit debiliter albū penitus apparere album. hoc aūt est puniceū. Fit aūt hæc passio manifesta & in floribus. in texturis. n. & variegaturis valde differunt sm apparitionē alij sec⁹ alios positi colores, velut & purpurei in albis, aut in nigris lanis. adhuc aūt in splēdore tali, aut tali. Quapp & Variegatores florū aiūt se peccare, operātes ad lucernā sæpe, & decipi accipientes alios p alijs. Quare igiť tricolor, & q ex
H his apparet coloribus solū Iris, dictū ē. Dupla aūt & lāguidior coloribus est illa, quæ ambit, & positiōe colores exopposito hēt positos, ppter eandē cām. cū. n. longius protenditur visus, sicut quod lōgius videt, & quod hic codē mō. Debilior igiť a·superiori refractio fit, quia à remotiori

*a.l. exteriori.

fit refractio. quař minor icidēs, K colores facit languidiores apparere, & econuerso etiā, quia amplior à minori, & interiori circūferētia incidit ad Solem. propinquior enim visus existens, refrāgitur à circunferentia propinqſsima primę Iridi. propinquissima autem in exteriori Iride minima circunferentia. quare hæc habebit colorem puniceum. cōtigua autem, & tertia secundum proportionem. Exterior Iris, in quo B, interior, in quo A. Colores autem, in quo C. Puniceus, ī quo D Viridis. in quo E. Purpu L reus. Flauus autem apparet, in quo F. Tres autem non adhuc fiunt, neq; plures Irides, quia & secunda fit languidior, vt & tertia refractio valde debilis fiat, & impotens sit peruenire ad Solē.

Descriptio colorum Iridis.

I



M

A *Iridis figuram, vel semicircularem, vel semicirculo minorem esse: Et quibus ipsa magis, minusque appareat anni temporibus. Et hæc omnia per Perspectiuas demonstrationes.* Cap. 4.

QVod autem neque circulum possibile sit fieri Iridis, neque maiorem semicirculo portionem, & de aliis accidentibus circa ipsam, ex descriptione erit consyderantibus manifestum. Hemisphærio enim existente super orizontem circulum, in quo A, centro autem k, alio autem quodam oriente signo, in quo G, si quæ à k lineæ, secundum conum excidentes faciant velut axem, lineam, in qua GK, & à k ad M copulatæ refrangantur ab hemisphærio ad G super maiorem angulum, ad circuli circunferentiã incident lineæ, quæ à k. Et si quidem in ortu, aut in occasu astri, refractio fiat, semicirculus assumetur circuli ab orizonte, super terram factus. si autem supra, minor semper semicirculo: minimus autem, cum in meridie fuerit astrũ. Sit enim in oriente primum vbi G, & refracta sit KM ad G, & planũ eiectum sit, in quo A, quod à triangulo, in quo GKM. Circulus igitur sectio erit sphæræ: qui maximus sit, in quo A: differet enim nihil, si quodcunque eorum, quæ super GK, secundum triangulũ KMG, eiectum fuerit planum. Lineæ igitur ab iis, quæ GK, ductæ in hac ratione, non constituentur ad aliud, & aliud punctum quàm semicirculi, in quo A. D


Quoniam enim puncta G K data sunt, & quæ K M data vtique erit, & quæ MG. quare & ratio eius, quæ MG, ad MK. Datam igitur circunferentiam tãget M. sit itaque hæc, in qua NM. quare sectio circunferentiarũ data est, apud aliud autem punctum, quàm ipsius MN circunferentiæ, ab eisdem punctis eadem ratio in eodem plano non consistit. Extra ponatur igitur quædam linea, quæ D B: & scindatur vt MG ad MK, sic quæ D ad B. maior autẽ,
E quæ MG, ea, quæ MK: quoniam super maiorem angulum refractio coni: sub maiori enim angulo subtenditur trianguli MKG. maior igitur est & ipsa D ipsa B. Adducatur igitur ad eam, quæ B, in qua F, vt sit quod D ad B, quæ F ad D. deinde quod F ad KG, quæ B, ad aliam fiat, quæ K P: & à P ad M copulet quæ PM. erit igitur P. polus circuli, ad quẽ lineæ, quæ à k incidũt. erit enim quod quæ F ad KG, & quæ B ad KP, & quæ D ad PM. Non enim
F sit, sed aut ad minorem, aut ad maiorẽ ea, quæ PM: nihil enim differet: sit enim ad PR. eandem ergo rationem GK. & KP, & PR adinuicem habebunt, quã quæ F B D. quæ autem F, B, D proportionales erant: quod quidem D ad B quæ F B ad D: quare quod quæ PG ad PR, quæ PR ad eam, quæ PR. Si igitur ab iis, quæ KG, quæ GR, & KR ad R coniungantur, coniunctæ hæ eandem habebunt

bunt


G bunt rationem, quam quæ G P ad eam, quæ P R. circa eundem enim angulum P proportionaliter & quę trianguli G P R, & eius, qui K R P. quare & quæ G R ad eam, quę K R eandem rationem habebit, quam & quę G P ad eā, quæ P R. habet autem & quæ M O ad M K eam rationem, quam quæ D ad eam, quæ B. quare ambæ á punctis G K non solum ad circunferentiam M N constituentur, eandem habētes rationem, sed & alibi. quod quidem impossibile. Quoniam igitur quæ D, neque ad minorem ea, quæ P M, neque ad maiorem (similiter.n. demonstrabimus) palam est quod ad ipsam vtiq; erit, in qua P M. quare erit quod quæ M P ad P K, quæ P G ad M P. *Si igitur eo, in quo P, polo vtens, distantia autem ea, in qua P M, circulus describatur, omnes angulos attinget, quos refractę faciunt, quæ á K G. Si autem non, similiter ostendentur eandem habere rationē, quę alibi, quam in semicirculo constituuntur. quod quidem erat impossibile. K

*a.l.addit hęc verba & reliqua quę M G. ad eam quę M K.

H *Descriptio iridis semicircularis.* L




I M



Si igitur circūducas semicirculum, in quo A, circa diametrū, in qua G K P, quæ á G K refractæ ad id, in quo M, in omnibus planis similiter se habebunt, & æquã lem faciēt angulum, qui K M G. & quem etiam facient angulum quæ K P, & P M, super eam, quæ G P, semper ęqualis erit. Trianguli igitur super eā, quę G P, ęquales ei, qui G M P, consistunt. horū autem perpendiculares ad idem signum cadent eius, quæ O P, & ęquales erunt. cadant ad O. Centrum ergo circuli O: semicirculus autem, qui circa M N abscectus est ab

A ab orizonte. Iterum sit orizon quidem, in quo A C, oriatur autē supra hunc, G. axis aūt sit nūc, in quo G P. Alia igitur omnia similiter ostendentur, vt & prius. Polus autē circuli, in quo P, erit sub orizonte, eo, in quo A C, eleuato puncto, in quo O. In eadem autem & polus, & cētrū circuli, & terminantis nunc ortum, est enim iste, in quo G P. Qm̄ autem supra diametrū, quæ A C, qd K G, centrum vtiq; erit sub orizonte priori eius, in quo A C, in linea K P, in quo O. Quare minor erit superior sectio semicirculo, in qua B S T (nam Q S T semicirculus erat, nunc autem intersectus est ab A C orizonte, itaque Q S disparens erit) eleuato ipso Sole. Minima autem, cum in meridie. quanto enim superius G, tanto inferius & polus, & centrum circuli erit. Quòd autem in minoribus quidem diebus, ijs, qui post æquinoctium autumnale, contingit sēper fieri Iridem, in longioribus aūt diebus, ijs, q ab æquinoctio altero ad æquinoctium alterū, C circa meridiem non fit Iris, causa est, quia quæ ad Vrsam sectiones omnes maiores sunt semicirculo, & semp ad maiores: quod autem est immanifestū, paruū. quæ aūt ad meridiem sectiones æquinoctialis, quæ quidem sursum sectio, parua: quæ autē sub terra magna: & semper in maiores quæ longius. Quare in ijs, q̄ ad æstiuas versiones diebus, pp magnitudinem sectionis, anteq̄ ad medium veniat sectionis, & D ad meridianum O, infra iam penitus fit T: propterea q̄ longe à.1.P. distat à terra meridies, propter magnitudinem sectionis. In ijs autem diebus, qui ad hyemales versiones, quia non multum super terram sunt sectiones circulorū, contrarium necessariū fieri. modicū. n. eleuato, in quo G, in meridie fit Sol.

Descriptio Iridis semicirculo minoris.



E

Caput Tertium Auerrois. De Iride

NVnc aūt loquēdū est de Iride. Iste aūt arcus apparet semp in opposito Solis, cum fuerit Sol propinquius orizonti ort⁹, vel occasus, & fuit ibidem nubes diaphana, grossa: & maxime in diebus longis: i die F bus aūt breuib⁹. videtur in tota die. Et figura ei⁹ semp apparet rotūda, sed nō completā sphera, sed vel medietas sphęræ, vel minor medietate. Et vnt semper in hoc arcu tres colores: color Rubeus, declinans parum ad pauonaceū, & ē maior: Alius autem similis Porrali colori, & est medius. Tertius autē Subrubeus, quasi commixtus, & est minor. Et aliquando apparet in quibusdā horis inter

G inter maiorem, & mediũ color Croceus occultus. Et nunquam vidim' ĩ vna hora ƀ hoc arcu plus duob'. Intrinsecus aũt, & est propinquior, ordo colorum ĩ eo est, sicut dixit: & iste est, qui videtur ſm plurimũ solus, seu distinctus. Extrinsecus autẽ, ordo colorum ĩ eo est opposito modo, idest, quòd maior in ipso est color quasi mixtus subrubeus, & minor est rubeus. Et iste arcus secundus est debilis apparentiæ semper. Hæ sunt dispositiones, quæ apparent de hac iride. Et debemus nos procedere ad assignationem causarum in quolibet istorum, ſm quod

H est possibile nobis. Et dicam' ꝙ iste arcus nunquam appareat, nisi ĩ opposito solis cum fuerit ibidẽ nubes grossa, diaphana, manifestum est ĩ scientijs Mathematicis. Nam agens illam reflexionẽ est radius Solis ab illa nube ad visum. hoc autem perficitur in parte determinata inter Solem, & aspicientem, & nubem, & vt sit cum hoc nubes ſm aliquã figuram, & aliquam dispositionẽ. Figura autẽ, ſm quã esse debet in hac apparentia, vt declaratum est ibidem, est vt sit conuexum sphæræ. Nã declaratum est in Mathematicis ꝙ impossibile est vt reflectatur radius cir-

I cundans rotam ad vnum locũ met, nisi sit hæc rota, seu circulatio in cõuexo corporis rotundi. nam radius reflectitur super angulos rectos ex omnib' partibus: & cum fuerit possibile vt reflectatur à puncto ad pũctum aspicientis plus vno radio, sicut est dispositio corporis conuexi, accidunt ex hac apparentia in vna re multę similitudines. In superficie aũt simplici, seu plana impoſſe ẽ hoc: & iã declarauerũt hoc Mathematici. talis igiť figura ẽt est illa, quæ accidit nubi. Dispositio autẽ, ſm quam

K oportet vt sit, & tunc sit possibilis ĩ ea apparentia, est vt sit ęqualiũ partium tersum, grossum. & non apparet ĩ ea aliquid, nisi habeat has duas dispositiones simul. & hęc tersitudo seu illustrabilitas possibilis est ĩ nube, cum fuerit propinqua dispositioni, vt fiat ex ea aqua. Et ideo apparet iste arcus, cùm ĩcipit subpluere, seu parum pluere. Auicenna autem putauit quod hoc speculũ non est ps nubis, sed est aer aquosus, qui fit in figura, ſm quã poſſe est euenire ex illo talis apparẽtia: & quod introit',

L seu habitudo nobis in hac apparẽtia non est per modum subiecti, sed habitudo sua de hac apparentia est habitudo corporis tincti, positi sub diaphano & tunc fit speculum. Et testificatur sup hoc, ꝙ ipse vidit hoc signum in locis montosis sine nubibus. & hoc est ꝑpterea, quia mons steterit in posteriori huius apparentiæ loco nubis. Et, si est, sicut dicit, non est impoſſe vt sit hęc apparẽtia ſm has duas dispositiones, ita vt sit speculũ aliqñ nubis, sicut est dispositio in speculis ferreis, & vt sit aliqñ non in parte nubis, sicut est dispositio in speculis vitreis. Et significat

M possibilitatem huius apparentię in acie diaphano, siue fuerit ps nubis, siue nõ. Sed fuit nubes ĩ posteriori illius. Nam, cum tu stas ĩ oppositũ Solis in principio vmbræ, & postea tu facis paꝝ guttatim cadere aquã, apparet in ea ſiſe huius signi. Et sit apparet ĩ aquis, q̃ guttatim cadunt à remis in nocte in mari. Et aer humidus ĩ hoc toto habet habitudinẽ aquę: & maxime cum appropinquatus sit naturæ aquæ. Et iã narrauit

A Auicē. ꝙ ipse vidit hoc signum, seu apparentiā in balneo, in quo intrabat Sol secundū dispositionē, secundū quā possibile est hoc fieri. & hoc sine dubio fuit ꝓpter humiditatem huius balnei, & propinquitatē eius ad naturā aquæ. Et iā ego, & multi ex socijs meis vidimus istū arcum ĩ tēpore caloris magni: sed ipse apparebat turbidorū colorū, quasi occultus. Et hoc accidit mihi in terra calida, ita quòd propter motum hui⁹ caloris excitata fuit societas, in qua ego fui. Et iā vidi ipsum aliquando in superficie occultū à visu. Et etiā B vidi ipsum ĩ sup̃ficie æquali: & fuit īter me, & ipsum quasi mēsura duorum brachiorū: & fuit illud, quod apparebat ex ipso, in terra cōiunctū cū eo, q̃d apparebat ex nube. sed ipse fuit parū debilior. Et iā vidi ipsū ĩ linea meridionali ĩ nube. & illud, quod illuminabat ei, fuit orientale respectu illi⁹: & Sol ĩ horizōte oriētali ipsi⁹, vel sub ipso. Iste est sermo de dispositione prima, secundū quā oportet vt sit aer, & tūc sit possibilis in ipso ista apparētia. Situs aūt, ſm quē debet esse nubes, & Sol, & aspiciens ponatur hic positione per modū exordij. Et dicamus ꝙ iā declaC ratū est in Perspectiua quod situs, ĩ quo est possibilis hęc apparētia, est vt sit cētrū nubis, & visionis nostrę super lineam radialem exeuntem à corpore lucidi ad nubē: & vt sit cū hoc vis nostra in intermedio centri nubis, & nubis: & vt sit cum hoc vis nostra propiquior nubi, & sit cētro eius. nā ſm hoc situ est possibile vt sint ang ulreflexionis ęquales. Exēpli gratia, ponam⁹ nos lineam A B, lineam radialem, & ponamus punctum A. lucidum, & punctum B pū- ctum, ad quem completur linea, & D ponamus centrū punctum C, & locum visus nostri punctū E inter C B, & exeat A B arcus circulariter in rotunditate nubis, & sit ille arcus B B, & sit linea, exiens à lucido, refracta ab arcu B, à puncto, à quo possibile est vt sit linea reflexa ab ipso, ꝑueniens ad E, qui est punctus visus nostri ab locū, in quo possibilis refractio, & est locus, in quo sunt anguli reflexi ęquales. & ponamus pūctū illū esse L, & hanc lineā, exeuntē à lucido, lineā A L, & reflectatur radius ab L ad E, qui est punctus visus nostri, cum fuerit situs ĩ hoc pū- E cto ex linea A B, & in loco, ĩ quo sit posse ei angul⁹ B, nō erit ęqualis angulo H L E. Et manifestū est quod non cuilibet puncto lineę A B accidit hoc: sed declaratū est in Perspectiua ꝙ iste punctus est de necessitate inter centrum nubis, i. inter G, & cū hoc ēt est propinquior nubi. Et, cùm fecerimus stare lineā A L in linea A B, & circūuoluerimus AB, sicut diameter lineę A L, fiet de necessitate magna pars rotundi, siue medietas, siue minus. Et, si redire faciemus illā ad locū suū, causatur rotūditas, seu circulus: sed arcus semper apparet quasi medius circulus, vel F minor medio circulo. Et nos debemus hoc cōsiderare in causa hui⁹. nā Perspectiui putāt ꝙ non est impossibile secūdū quod dat ars eorū, vt appareat iste circulus completus magis q̃ medius circulus. Et dicam⁹ ꝙ, cū fuerit Sol sup horizōtes, apparet ex ipso semp medietas circuli, cū fuerit nubes cōiuncta horizonti: & hoc, q͞a centrū rotunditatis, seu circuli reflexionis est de necessitate in superficie orizontis. Nam circuitus com-

G communis in superficie ei⁹,& in su
perficie orizontis vadit in cētro ei⁹,
& est diameter eius, diuidēs hoc in
duabus partibus, vna medietas illi⁹
super orizontem,& reliqua sub ip
sum: & hęc omnibus sitibus accidē
tibus ad cētrum circuli reflexionis
à puncto centri partis nubis,& pun
cto signi Et pose est vt accidat cen
trū huius circuli in intermedio duo
rum punctorū centri nubis,& cētri
visus, aut in intermedio puncti vi-
sus,& partis diametri euntis in cen-
trum nubis,& puncto visus, donec
H cessat ad nubem Et pose est vt sit cē
trū huius circuli pūctus visusmet,
sicut videbitur postea. Assignatio
autem causę huius perfectę ſm con
syderationem Mathematicā est cō-
ueniens ei, qđ videtur ex hoc. Cum
autem Sol fuit altus in orizōte, aut
sub ipso, apparet ſm principia ma-
thematica ꝙ possibile est, vt videat
circul⁹ reflexionis aliqñ pfectus, ali-
qñ medius, aliqñ minor medio, ali-
qñ maior medio. Nam, cum nos ite
rum posuerim⁹ figuram primam,
& posuerimus lineā euntem in luci
do centrum nubis,& visus, & cētrū
circuli reflexionis lineam A C E B,
I & est lucidum punctus A,& imagi-
nati fuerimus hūc altum super ori-
zontem,& punctum C centrum nu
bis,& punctum F visus,& punctum
B partem huius diametri, quæ pue-
nit ad sphæricitatē nubis,& postea
extraxerimus à puncto B arcū, secū
da conuexio sphęricitatis nubis pro
cedens in superficie in centro sphæ
ricitatis,& est arcus E L B, & punct⁹
L est punctus reflexionis,& radi⁹ re
flexus est L E,& lineā E B est commu
nicans superficiei triangulari A L E,
& superficiei orizontis, cùm imagi-
nati fuerim⁹ eas iam intersecare. & K
prolōgatur hęc linea, donec perue-
niat circulos B B super punctū C G,
& exeat C C L, & est columna cadēs
super sphęricitatem nubis, diuidens
angulos radij ī duas partes, sicut de
claratum est in alio loco. & manife
stum est ꝙ linea E C G, cùm fuerit
lucidum ſm hunc situm, ꝙ ipsa erit
super terrā,& linea B E erit sub ori-
zonte &, quia superficies circuli re
flexionis stat super lineam A B, quę
est diameter eius, est pose in centro
huius circuli, seu sphæricitatis vt sit
punctus visus in alio situ: & hoc, cū
linea radij reflexi, cadit super A B, se L
cundū angulos rectos, i. super lineā
L E.&, si fuerit angulus A E L H, D A
erit centrū sphæricitatis super lineā
E C,& hoc est manifestū in Geome-
tria. Cùm aūt fuerit linea A B,& cir
cundederit triangulū A L, apparet
de circulo reflexionis magis, q̄ me-
dietas sphęricitatis. & secundū hoc
non est remotum, si lucidū sit mul-
tum altū super orizōte, vt appareat
prope sphæricitatem completā, vel
sphęricitas cōpleta. Sed, si fuerit an-
gulus A H L dilatatus, tunc centrum
sphęricitatis cadit de necessitate su-
per lineam E B sub orizōte,& appa- M
ret minor media. & hoc est, ad qđ
dicunt fundamenta mathematica.
Aris autem narrauit ꝙ illud, quod
apparet sensui ex hoc, est oppositū
huius. Nos autem debemus consy-
derare de hoc, & dicamus quod pos
sibile est imaginari hanc opinionē,
quam dicit. Cum fuerint cētra sphę
ricitatum reflexionis cadētia semp
inter punctum visus, & extremitatē
diametri adiūcti sphęricitati nubis,
& est in hac figura linea F B:&, cum
eleuat lucidum super horizontem,

A erit linea z a sub orizonte, & apparet arc' minor medio circulo. & hoc faciliter potest imaginari. Sed causa, quare nō accidit ī nube reflexio, nisi sm hunc situm tantum, videtur vt sit, quia nubes est similis, vel prope similis, i. quod centra earum sunt vnum apud sensum: & hoc propter similitudinem, quam habent in naturis earum. & similiter punctus visus est vn' apud sensum, & cùm fuerit distantia intermedia inter pūctū visus, & pūctum nubis vna, nō prouenit ex ordinatione nubis ex reflexione, nisi vnus situs ex illis sitib': & hoc est manifestum in Perspectiua. Cur autē determinata fuit hæc B apparentia secundum hūc situm ex tribus, est propterea quia declaratū est in Perspectiua q illę est situs, in quo est habitudo lineæ, quæ est inter lucidum, & centrum nubis, quæ est super lineam, & quæ est inter cētrum, & visum habitudo maior, q̄ sit in alijs duobus sitibus: & hoc est propter distantiam lucidi, & paucitatē distantiæ intermediæ inter pūctum visus, & centrum nubis. Iā igitur declaratum est ex hoc veritas illius, quod habet per sensum. & hoc C non est oppositum ei, quod declaratū est in perspectiua. illic enim fuit sermo de illis sitibus, secundum q subiectum huius signi est corp' diaphanum, factum secundum hāc figuram rotalem, quodcunq; corp' diaphanum fuerit: hic autem ē sermo de ipso secundum q ipsum est pars nubis, de cuius consuetudine, seu natura sit vt sint illæ figurę circulares in eo similes: & sic cōmunicant in subiecto, tñ consyderatio eorū de hoc est sm duos modos diuersos. Et ex hoc declarabit propinque causa in hoc, q iris non apparet in D meridie in diebus longis, sed apparet in hac hora in diebus breuibus. Nā in diebus longis est arcus meridiealis, & cum appropinquat Sol, erit sphęricitas ex qua possibilis est reflexio sub terra. In diebus autem breuibus pp propinquitatem arc', seu circuli, meridie non accidit hoc in ipso: & est possibile apparere hęc iris tunc in qualibet hora diei. Declaratum est igitur ex hoc sermone in quo situ est figura huius signi: & dedimus causam in hoc, quod accidit ei ex magnitudine, & paruitate, sm q possibile fuit cognitioni nostræ. Remansit autem super nos de E dispositione eius loqui de coloribus H apparentibus in ea. Sed quod debemus prius dicere de hoc est q specula parua nō ducunt similitudinem, seu figuram rei, & ducunt colorem eius. Et de eo nō apparet figura Solis in illa nube, in qua ē color: & et, si apparet in hoc similitudo eius, apparet cōiuncta in circuitu arc'. nā reflexio in corpore cōuexo ab vno speculo, seu apparentia ad vnū aspiciens est magis, q̄ per vnum pūctū. Et ideo apparet vnum corpus in similibus speculis multę apparentię, F seu similitudines coniunctę. & hoc totum declaratum est in Perspectiua. Ibidem et apparet q specula I clarorum colorum ducunt colorē rei sicut est: non clara aūt ducunt colorem rei: & iam admiscetur p colores eorum species admixtionis, & apparet ei color medi', sicut est dispositio in colore vere commixto. hoc autem non solum accidit, cùm fuerit speculum non tersum, & politū, sed et, cùm fuerit sm multā distātiā, & aspiciēs ad ipsum ē debilis visus.

G nam debilitas apprehensionis facit apparere in re visa turbidinẽ, & obscuritatem, quãuis nõ sit ita. & hoc totũ manifestum est per sensum. Et, cùm hoc sit ita positũ, dico ꝙ radi⁹ Solis cùm reflectitur ab illa nube, & causat illam apparẽtiam, vel speculum, manifestũ est, quod illi colores fiunt ex admixtione radij Solis, cũ color illius speculi, siue est in speculo color, aut apparet in eo ꝓpter distantiã eius à visu, aut per has duas res simul. Et, cùm declaratũ est hoc, manifestũ est ꝙ radius, qui illuminat in speculis turbidis, & admixt⁹ est color eius cum colore, & nõ potest visus distinguere inter illa. & qđ

H causat in sensu spẽs colorũ ſm mensuram illius admixtionis ex eis est pauonaceus, & ex eis croceus, & viridis, seu poralis, & alij ab his. Subrubeus aũt, & pauonaceus ambo sunt vna species: sed diuersificãtur in magis, & min⁹. nam Pauonaceus nigredo in eo est maior, quam sit in subrubeo. Croceus autẽ producit ex admixtione albedinis, & paucæ nigredinis. Poralis aũt, seu viridis ex admixtione crocei, & nigri. & hoc totum manifestum est sensu. Et, cùm declaratum est hoc videt ꝙ colores ordinati I iride sunt huius generis. sed debem⁹ cum hoc complere cau-

I sam horum colorum in iride, & apparet ꝙ color subrubeus iridis interioris est propinquior lucido, quã viridis, & viridis quam pauonace⁹, cum fuerit lucidum exiens à sphęricitate nobis. & hoc videtur ex eis, q̃ declarata sunt in libro 13. Euclidis. &, si sint isti colores diuersificati ꝑ additionem nigredinis, & multitudinẽ, & paucitatẽ luminis tm̃, iã causa apparet de hoc, & erit maior apparens pauonaceus, quia ipse est ꝓpinquior lucido: & ꝑ illud ẽt, quod K cadit à radio super arcum maiorẽ est maius. Medius autem est viridis propterea quia ipse est magis distãs q̃ maior, & radius cadens super ipsum etiam est maior: sed arcus minor, ꝓpterea quia est remotior ab illis, & magis niger apparet pauonaceus. & etiã propterea quia radij cadentes super ipsum sunt pauciores. & hoc est, quod apparet ex dictis expositorum, quorũ libri peruenerũt ad nos. Et iam Auicẽ. carpit eos sup hoc, & dixit: Sed fratres nostri Peripateticorũ nihil dixerunt de dispositione ordinis colorum, nam ipse putauit quod viridis diuersificatur à subrubeo, & pauonaceo. Et iste homo nihil dicit đ hac re, sed tm̃ dubitat sup eos. & sine dubio hæc reprehensio magis vere redit ad Arist. nã ipse fuit princeps Peripateticorum.

Auic. contra ꝑipatheticos.

L Nos autem consyderemus de hoc secundũ consuetudinẽ nostram, & dicamus quod Arist. declarauit ꝙ iste color viridis est medius inter subrubeum, & pauonaceũ. Medium aũt dicit ſm duas species. Vnum eorum ſm veritatem, & prius, & est mediũ inter duo contraria, cuius esse consistit in complexione duarum extremitatum, & ipsum ſm quiditatem est diuersum à duabus extremitatibus. Secundum aũt dicitur similitudinarie, & ſm posterius, & ẽ mediũ inter duo contraria ſm quantitatẽ tantum, sed diuersificatur à duob⁹ extremis secundũ magis, & minus. & magis conueniens est vt verbum Arist. hic intelligatur de primo cũ hoc, quod color viridis ẽ ex hac specie prima, de qua dicitur medium prius. Et, cum hoc sit ita, color viri-

Defensio Arist. per Auerroi.

Media est ſm duas spẽs. vide M idem. 6. phy. 12.

dis

A dis, qui apparet in iride est de necessitate productus inter croceitatem subrubei, & nigrediné pauonacei: Et signum in hoc, ꝙ croceus inuenitur subrubeo, est quia iam apparet aliquñ iste color in iride medius Iter subrubeum, & viridem: Iam igit́ videtur ex hoc sermone quod hæc intentio, quæ habet́ ex manifesto verborum Arist. est illud mer, quod apparet ĩ esse. & ideo dicit Arist. ꝙ est compositus ex duobus: & quod pictores non possunt facere sic huic propter diminutionem artis à natura. Et, si hoc voluerunt expositores,

B quorum verba peruenetût ad nos, sed diminuta fuit intellectio huius vel propter translationem, vel propter aliam causam, verum est: &, si voluerunt illam aliam intentioné, iam declinauerunt ab intentione Arist. expresse. &, quomodocunq; sit, Auic. debebat extrahere Arist. à numero Peripateticorum, & non dicere sermonem sic absolute. Cur autem colores in iride exteriori sunt opposito modo ordini colorum iridis interioris, f. illi, qui sunt in extremitatibus eorum, est propterea, ꝗa circulatio minor huius iridis est ꝓpinquior nobis, quam maior: & ap

C parétia colorum in hac iride est ꝑ causam propinquitatis, & remotionis à visu, & non per causam propinquitatis Solis, & distantię eius, sicut est in iride prima. nam puncto reflexionis accidunt duę res oppositę, & est quod ꝓpinquior ex eis ad Solé est remotior à visu, & econtra, f. ꝙ propinquior ex eis ad visum est remotio a lucido. Iris autem interior, propter propinquitatem ei' à reflexione, est diuersitas in propinquitate visus minus maior q̃ diuersitas in distantia lucidi: sed in exteriori propter magnitudinem eius res est opposito modo. Cur autem non apparent ex eis plures duabus, hoc est propter vnam duarum rerum. Nã iam declaratum est in Perspectiua ꝙ impossibile est vt sint in vna superficie, nisi duæ de his iridibus, vel quia nubes nõ est dispositio eius profunditatis, vt fiat in ipsa tertia iris, vel quia, si fiat, non apparet. Nam non in quacunq; reflexione causatur apparentia, neq; in quacunq; propinquitate, & distãtia, sed in angulis determinatis, & in distãtia determina-

D

E ta. & hoc per reflexionem ad virtuté lucidi, & debilitatem ei', & grossitudinem nubis, ex qua reflectit́ radius; & subtilitatem eius, & distãtiã aspicientis ab hoc, & propinquitaté eius. Dictum igitur est à nobis de Halo, & de Iride: & causas dispositionum apparentium in eis dedim' secunmdum intellectum nostrum.

Postea autem dicit Commentator in illo loco, ponendo verba philosophi ista. Hæc sunt res famosæ de iride, & de columna: sed causę eorum est vna in genere: & hæc est refractio, quę accidit radio Solis ab aqua super parietem, sup quẽ non cadit radius Solis directe. Dicit: Et

F hoc, ꝙ dixit, ꝙ causa iridis est apparentia, manifestum est per se. nam hæc apparentia accidit nobis, cùm sumus inter lucidum, & corpus, à quo fit refractio. & declaratum est in Mathematicis, quòd hęc apparétia accidit, cum fit centrum lucidi, & centrum sphærę nubis, & punct' visus, seu visionis super vnã lineã, & fuerit centrũ nubis in medio pũcti visionis, & centri lucidi, & fuit visus propinquior nobis, quàm ip-

G sest centrum nubis: nam impossibile est vt sint trianguli, quos facit refractio, æquales: nisi cũ fuerit basis eorum vna: sed fuit necesse vt sit centrum nubis inter centrum lucidi, & punctus visus, seu visionis: quia anguli reflexionis, propterea q sunt æquales, oportet vt circundet cum diametro p angulos equales, s. diameter supficiei nubis sphericæ: sed etiã fuit necesse vt sit superficies, ex qua fit refractio sphærica: quia impossibilis ẽ refractio à circuitu sphęræ ad vnũ locũ, nisi in corpore concauo: propterea quia triãguli refractionis stãtes super superficiem, ex qua refranguntur super angulos rectos, si esset superficies, in qua ẽ circuitus refractionis æqualis, nõ eẽnt trianguli cõmunicantes in basi, ita vt sit refractio finita a puncto ab illa basi, quæ est pũctus visionis & similiter acciderit, si eẽt superficies cõuexa, hoc autem, quod adiunxim⁹, est id, quod declaratũ est de hac apparentia in Perspectiua, & non est de hac scientia. H

Item in eadẽ media dicit. Et, postquam narrauimus causam iridis, & quomodo fit, necesse est nobis dicere qua: e est hoc, q nunquam apparet magis q̃ medietas circuli, sed apparet vel medietas circuli, vel min⁹. I

Inquit: Et dicam q causa in hoc ẽ q, cùm irradiatur de nube ea radio Solis, cùm videtur hęc apparentia, est medietas circuli tñ, vult dicere, cùm fuerit Sol super hemisphæriũ, propterea quia hoc cẽtrum cadit in hoc loco iter nostrum visum, & nubem dispositam ad hanc apparẽtiã, s. supra lineam egredientem, procedentem ad tria puncta, cẽtrum superficiei nubis, & punctum visus, seu visionis, & punctum centri circuli tridis. & iste locus est, á quo prouenit reflexio. &, cũ posuerimus q hęc reflexio est in ipso. & q Sol iá fuit valde eleuat⁹ super hemisphæriũ, sicut si imaginati fuerimus reflexionem per se remanentem, & Sol iam fuit altus, accidit parti lineæ dictę, i quę est inter visum nostrum, & nubem, esse sub hemisphærio: & similiter cẽtro sphæræ radii, & apparebit tunc de iride minus medietate circuli. cũ igitur ascendit Sol, desinit apparentia circuli, seu sphæræ: quia tota ingreditur sub hæmisphærio. & ideo non apparet iste circulus ĩ meridie, & maxime apud solstitium æstiuale pp magnitudinẽ arc⁹ altitudinis in illa hora. Sed in hoc, quod dixit, accidit quędam difficultas. Nã declaratũ est in Mathematicis, q possibile est vt sit hæc reflexio: ex qua producit hęc Iris secundũ tres sit⁹. K L Dubium.

Vnus eorũ est situs, quem dixit Aristo. & est, vt sit centrũ circuli reflexionis ĩter visum, & superficiẽ sphæræ nubis. Et secundus situs est, vt sit punctus visus idẽ cum centro huius met circuli. Et situs tertius est, vt sit casus centri circuli reflexionis iter centrum nubis, & visus: & hoc, quãdo sol eleuat sup hemisphæriũ possibile est apparere in hoc loco circulus totalis, vel maior pars eius. quo modo igitur dicit Aris. q non apparẽt de iride nisi medietas circuli, vel minus? Et dicam⁹ quòd videt quòd hæc apparentia nõ contingit á quacunq; reflexione accidenti. nam reflexio diuersificatur secũdum fortitudinem, & debilitatem. sed fit hæc apparentia in angulo, seu parte determinatę quantitatis ex angulis reflexionis. Et signum in hoc est, q isti M Solutio.

A isti colores semper apparēt fm vnā dispositionem, non differentes fm magis, & minus. &, si produceretur à quacūq; reflexione accideret radio Solis à nube ad visum, s. ex angulis diuersis, diuersificarent colores eius fm magis & minus: apparentia āt, & occultatio non differt in qualitate, seu fm qualitatem. Et hanc rem iam declarauit ipsam Arist. cūm dixit, φ hæc apparentia nō contingit in propinquitate Solis valde. Et, cū hoc sit ita, etiam nō contingit ī magna distantia à Sole, sed contingit cum distantia determinata, & reflexione determinata, s. determinatæ B quantitatis, & ideo colores illius nō diuersificantur. Et, cūm hoc sit ita, sequitur vt non appareat de iride nisi medietas circuli, vel min⁹. & hoc vel semper, vel in pluribus. &, si valde raro apparet magis q̄ medietas circuli, vel circulus, hoc est per accidens in speculo, ex quo fit hęc reflexio. & videtur vt sint colores in illa iride fm diuersitatem colorū, quæ sunt in iride assueta, s. in apparētia, & occultationē. Et dixi hoc: quōiā dixit mihi aliquis, in quo confido, ex C maioribus sociorum nostrorū, φ ipse vidit iridem in aliqua hora circulū completū, vel quasi completum.

Et per hoc, φ diximus de assignatione causę, est sermo in figura ei⁹ naturalis, & si nō sermo de figura, in eo φ figura, s. quomodo causatā reflexione, est manifestus. & noluit Arist. admiscere has duas intentiones, vt declaratum est. hoc igitur ipse hic consyderauit eius, fm φ proprium est, seu fm φ appropriatur sciētiæ Naturali: & ideo fuit difficile Auencenā dare causam in hoc. Inqt: Etiam diximus numerum colorū iridis in eo φ dictum fuit, & dixim⁹ D φ fm plurimum sunt tres, Vineus, & Viridis, & Pauonaceus. fortasse apparet color inter tres vineū, & viridē, & est Citrinus, seu Zefarane⁹. color autem vineus est extrinsecus eorum: postea sequitur ipsum viridis: postea sequitur viridē pauonaceus. Inquit: Et causa in hoc est, φ color extrinsecus, seu exterior ē magis lucid⁹, quia irradiatio Solis multiplicatur ī hoc arcu magis, qa est propinquior Soli, & maioris circulationis, sed sequeretur fm assignationem huius causæ, vt sit vltim⁹ arcus minus lucid⁹ medio, si posuerimus corpus, seu colorem medium E produci à lumine, & colore nubis. & vl'r videtur φ arcus prim⁹, & vltimus differunt fm magis & minus: sed viridis est medium inter eos. & ideo oportet dicere de istis duobus aliquid, ad φ ipse producit secundū sensum inter albedinem vinei, seu subrubei, & nigredinem pauonacei. absq; hoc sit diuersitas coloris eius causa, φ id, quod radiat à Sole, seu id, super quo radiat Sol, est minus q̄ id, quod radiat figuram exteriorem. nam sequeretur secundū hanc F causam, vt sit id, quod radiat supra vltimum minus id, quod radiat supra medium: & dispositio non est ita. Et ideo cōtradicit Auicenna in causis colorum iridis secūdum hāc causam expositorib⁹, & dicit φ causa viriditatis nō est admixtio luminis ī nigredine nubis. nam id, quod sequitur ex hac admixtione, est color rubeus, quamuis diuersificetūr secundum magis, & minus. sic est dispositio in primo colore iridis, & vltimo. sed color medius, qui est viridis, causatur ex admixtione coloris

G albi cum colore nigro: & iste color albus, qui causatur illic, causat̃ propter guttas aquę cadentis, seu fluētis. &, cùm admiscetur albedo hui⁹ coloris cum nigredine nubis producitur viriditas inter ipsos, nā aqua multotiens recipit hunc colorem. Et videtur vt sit hæc opinio Aristo. Nam ipse iam dixit in prædictis ꝙ color albus causatur a guttis aquę. & videt̃ vt causa huius sint ista duo simul. & ideo etiā declarauit in alio loco, ꝙ causa hui⁹ medij est admixtio, & vl'r, cùm posuerimus speculū esse simile in qualitate, difficile est

H dare causam diuersitatis colorū in iride. & cùm posuerimus ipsum diuersum, facile est hoc. sed, cùm sint isti colores ordinati, difficile est dare causam, propter quam iste ordo est necessarius ī diuersitate eorum, s. in hoc, ꝙ ipsi permanēt semper secundum vnum ordinē: & maxime, qñ nos voluerimus congregare de hoc inter id, quod apparet in ista iride, & in iride secunda, ꝗ apparet cū ipsa in quibusdam horis, nā ordo colorū in hac iride sentit̃ ſm ordinē contrarium in iride prima, s. ꝙ sentitur, seu apprehenditur in ipsis ꝙ color

I pauonaceus obscurus, & extrinsecus, & subrube⁹ est vltimus intrinsecus, seu interior: sed medius inter ipsos est ſm vnam dispositionem in duabus iridibus simul. Et ideo videtur ꝙ mediū inter eos sit vel res cōplexionata, seu composita inter duas extremitates, vel ꝙ sit color ei⁹ diuersus a colore duarum extremitatū, s. vt sit aqueitas dominans sup ipsum. velut sint hę duæ res simul. Et vr̃ ꝙ vmbra habet introitum in productione colorum, & maxime viridis, s. ꝙ producuntur ex complexione, seu compositione obscuritatis vmbræ, & albedine fluxus aquæ,

K & vmbra causatur posterius a superficie prima. & ideo vt dicit fluxu, in fluxu, seu casu aquarū, quarū pars sit in vmbra, & pars in Sole, apparēt colores diuersi. Inquit: Sed iris, quæ apparet in nocte á Luna, non est sicut illa, quæ appaeet in Sole. nam ipsa apparet decliuior ad albedinem, & causa in hoc est obscuritas noctis nā ignis, vt putatur, apparet albior in loco obscuro, ꝗ̄ ipse apparet in loco lucido, ita vt inuenimus in isto textu. Et hoc indiget consyderatione. & magis verisimile

L est, vt sit causa in albedine eius debilitas luminis Lunę, & dealbatio luminis iridis.

De Parelio, & Virgis. Cap. 5.

EAsdem autē dictis causas existimādū & d͛ Parelio, & virgis. Fit. n. Parelius quidē, refracto visu ad Solē. Virgæ autē, propter ea ꝙ incidit talis existens visus, qualem dixim⁹ semper fieri, cū propè Solem existentibus nubibus, ab aliquo refrāgitur humidorum ad nubem. Videnť. n. ip-

Iuxta Sol. Iteratus Sol.

M sæ quidem incoloratæ nubes secundum rectū aspectū intuentibus: in aqua autē Virgis plena nubes. veruntamen tūc quidem in aqua videtur color nubis eē: in virgis autem intra ipsam nubem. Fit autē hoc, cùm inęqualis fuerit nubis consistentia, & hac quidem spissa, hac autē rara, & hac quidem magis aquosa, hac aūt minus, refracto. n. visu

A ſu ad Solē, figura quidē non vī. Color aūt, quia in inæquali apparet fulgidus, & albus Sol, ad quem refractus eſt viſus, hic quidē puniceus vī, hic aūt viridis, aut flauus. differt.n.nihil p̄ talia videre, aut a talibus refractum. vtroq; n. modo apparet colore ſimile. quare, ſi & illo modo puniceum, & iſto. Virgæ igitͬ fiūt, propter inæqualitatem ſpeculi, non figura, ſed colore: Parelius autem, cum q̄ maxime æqualis fuerit aer, & ſpiſſus ſiīr. quapropter apparet albus: ęqualitas.n. B ſpeculi facit vnum imaginis colorē. refractio aūt ſimul totius viſus, propterea q̄ ſimul incidit ad ſolem à ſpiſſa exiſtente caligine, & nondū quidem exiſtente aqua, propè aūt aquam, colorē, qui in Sole ineſt, apparere facit, ſicut fracto ab ære polito ꝓpter ſpiſsitudinem. quare, qm̄ color Solis albus eſt, & Parelius apparet albus. Propter hoc idem autem magis aquæ ſignū eſt Parelius, q̄ Virgę. magis.n. ſignificat aerem efficaciter ſe habere ad ge-

Parelius certior Pluuiæ index, quā virgæ.

C nerationem aquæ. Auſtralis autem Boreali magis: quia magis auſtralis aer in aquam permutatur, q̄ qui ad Vrſam. Fiunt aūt, ſicut diximus, & circa occaſus, & circa ortus, & neq; deſuper, neq; deſubter, ſed ex laterib⁹ & Virgæ, & Pareliȷ̄: & neq; propè Solem valde, neq; longe penit⁹. Propè. n. exiſtentē Sol diſſoluet conſiſtentiam: longe aūt exiſtente viſus non refrangetͬ, a paruo

D enim ſpeculo longe protēſus debilis fit. quapropter & Areæ nō fiunt ex oppoſito ſolis. Surſum igitur ſi fiat, & propè, diſſoluet Sol. ſi aūt longe, minor viſus exiſtens, q̄ vt faciat refractionē, nō incidet. In latere aūt ſub Sole eſt tm̄ diſtare ſpeculum, vt neq; Sol diſſoluat, viſuſq; totus ſimul veniat. quia ad terram cūm fertur, non pertingit, tanquam quod p̄ immenſum feratur. Sub Sole autē nō fit, propterea q̄ prope terram diſſoluitͬ vtiq; à Sole. ſurſū aūt in medio cœli viſus diſpergitur. Et omnino, neq; ex latere E in medio cœli fit. viſus.n. nō ad terram fertur. quare paucus p̄tingit ad ſpeculum, & refractus fit omnino debilis. Quæcunque igitur opera accidit exhibere ſegregationem in locis ȷ̄s, q̄ ſuper terram, tanta ferè ſunt, & talia.

Caput Quartum Auerrois.

De Solibus, & Baculis.

Soles autem, qui apparent in noſtris lateribus Solis ſm figuram Solis, & diſpoſitionem eius, fiunt ēt a reflexione radij Solis ex ſpeculis, q̄ F ſunt ſm diſpoſitionē, & ſitum, ſm quem eſt poſſibile vt fiat hæc apparentia: & hoc cognoſcetur propinquè ab illo, qui vidit nos, & ſcit illa, quę hic ſcripſimus. Baculi etiam, q̄ apparent propè Solem, cauſa in coloribus, qui apparent in eis, eſt ipſa met cauſa in coloribus iridis. Hæc autem duo ſigna ego nunq̄ vidi: & non memoro ea niſi ſm q̄ iudicant de his verba Philoſophi, ſ. Soles, & Baculos.

A **SVMMA TERTIA.**

De his quæ in terræ partibus inclusa generantur.

Qvæcunq; autem in ipsa terra, inclusa terræ partibus operatur, dicendum. Facit enim duas differentias corporum, propterea quod duplex natura est & hæc, quemadmodum & in sublimi. Duæ enim sunt exhalationes, illa quidem vaporosa, hæc autem fumosa, vt diximus. duæ autem & species eorum, quæ in terra fiunt. nam hæc quidem fossibilia, illa autem metallica. B Sicca igitur exhalatio, igniens facit fossibilia omnia, vt lapidum genera incliquabilia, & Sandaracam, & Ochram, & Minium, & Sulfur, & alia talia. Plurima aũt fossibilium sunt, hæc quidē pulvis coloratus, illa autem lapis ex tali consistētia factus, velut Cinnabari. Exhalationis autem vaporosæ, quęcunq; metallica sũt, & sunt aut fusilia, aut ductilia, vt ferrum aurum, æs. Facit aũt hæc omnia exhalatio vaporosa, cùm includitur, & maxime ĩ lapidib⁹ C propter siccitatē in vnũ coarctatur. & concrescit, velut ros, aut pruina, cùm excreta fuerit. hic autem, antequam excreta fuerit, generantur hæc. Quapropter hęc sunt quidē vt aqua, sunt autem vt non. potentia. n. materia aquę erat, est autem nō amplius. Neq; ex aqua facta ꝓpter quandam passionem, sicut humores. neque enim sic fit, hoc quidem æs, illud autem aurum: D sed antequam fiant, concreta ex halatione, singula horum sunt. Quapropter & igniuntur omnia, & terram habent. siccam. n. habent exhalationem. Aurũ autem solum non ignitur. Cōmuniter igitur dictum est de omnibus his, sigillatim autem considerandum intendentibus circa vnumquodque genus.

Aurum non vri.

AVERROIS SVMMA IN QVARTVM LIB. E METEOROLOGICORVM.

Qvia intentio sua propria fuit loqui de eo, quod accidit ex duobus vaporibus, s. sicco, & humido, cùm fiunt intra terram de generationibus, & sunt metalla, & postea loquetur de plantis, & animalibus. Et vniversaliter, propterea quia intentio sua fuit loqui de corporibus homogeneis, quæ componuntur ex elementis prima compositione, & narrare differentias vniversales eorum. Et iam declaratum est de F dispositione horum corporum in libro Generationis, & Corruptionis quod sunt composita ex quatuor elementis famosis, & quòd hæc quatuor sunt elementa per virtutes actiuas, & passiuas eorum. Declaratum est etiam ibidem quòd virtutes actiuæ sunt calidiras, & frigiditas, passiuæ autem humiditas, & siccitas: & quòd generatio illorum corporum homogeneorum est per admixtionem illorum elementorum:

2. de Gñone, & Corruptione. 49. & 50.

rum:

A rum: Ipse autem nunc vult memorare species operationum virtutum actiuarum in his corporibus homogeneis, & species virtutum passiuarum, quę sunt in eis, quasi differentiæ, & formæ. & narrat quomodo est habitudo earum in generatione ad virtutes actiuas, s. quo attribuunt cogelatio. v.g. & liquefactio caliditati & frigiditati, & q̃ sũt corpora, quib' euenit aliqua ex speciebus harum virtutum passiuarũ.

2. de Gen. t. c. 8. Qualitatũ primarũ q̃ actiuæ, B & q̃ passiuæ dicant, de qua re in primo textu.

ET incœpit prius in rememoratione illius, quod declaratũ est in libro de Generatione, & Corruptione, s. q̃ virtutes, per quas elemẽta sunt elẽta, sunt hæ virtutes quatuor, s. caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas, & q̃ reliquę dispões, productæ in rebus generabilibus, & corruptibilibus, attribuunt quatuor virtutibus tm̃: & hoc primo, & per se. Et testificatur in hoc, q̃ caliditas, & frigiditas sint potẽtiæ actiuæ in cõpositis, illud, quod apparet ex operationibus earũ in eis de congregatione, & diuisione, & retentione, & determinatione receptionis figurę, & alijs ex operationibus earũ. Et significat etiam q̃ humiditas, & siccitas sunt virtutes passiuæ illud, quod vr̃ de eis, q̃ sũt recipiẽtes has operationes à calido, & frigido. Et C dicamus q̃ de proprietate caloris ẽ coniungere homogenea cõuenientia, & retinere ipsa: frigiditatis autẽ proprietas est cõiungere inæqualia, & retinere ea: sicut de ꝓprietate humiditatis ẽ vt sit facilis retineri ab alio, & obediẽs recipere passionem absq; hoc, q̃ retineat formam, quã recipit, aut habeat retentionẽ ex se: & appropriatur siccitati q̃ ipsa diffi culter retineat ab alio, retinetur autẽ ex se, tenens formam, quam habet. D

Digressio, qua q̃rit quo prædictæ definitiones verificant in ipsis simplicibus.

Sed esse illorum corporum in corporibus compositis, vel compositorum, ex parte humiditatis, & siccitatis est manifestum, Nam apparet de dispõne eorum, q̃ ipsa recipiunt terminum, & figurã pp humiditatẽ, & retinent ipsam ꝓpter siccitatem. Quomodo aũt attribuũtur istę potentiæ passiuæ ad simplicia, s. in q̃ sunt simplicia, & quę est intẽtio difficultatis passibilitatis i eis, & facilitatis, ita vt sit cõueniens esse illius, quod acceptũ fuit in definitionib' eorum in omnibus corporibus simplicibus, & compositis, indiget consyderatione. Nã ignis est siccus, & E nõ difficulter retinetur ab alio: imo videmus ipsum multotiens fieri in ipso figuram fm̃ figuram continentis ipsum. & sic nõ inueniuntur elementa simplicia difficilia recipere retentionem, & figurã à caliditate, & frigiditate pp siccitatem, neq; facilitas receptionis inest eis pp humiditatem: nam non est de cõsuetudine eorũ, seu de natura, ipsa existentia simplicia retineri, quædã a quibusdam, neq; habere figurã, & firmitatem, sed inuenitur in eis similis passio à potentijs actiuis, fm̃ q̃ componuntur, & admiscẽtur, & generant. & corrũpuntur. Et dicamus q̃ intentio facilitatis passionis in corpo- F ribus istis humidis est obedientia eorum ad recipiendum augmentũ in quãtitate, & diminutione. nã aqua, & aer vr̃ de dispositione eorũ q̃ ingrossantur, & mollia fiunt pp calorem, & frigus. Mollefactio autẽ, & grossitudo nihil aliud est, nisi augmentũ quãtitatis, & diminutio eius. Mollefactionem aũt cõsequit subtilitas: duritiã aũt cõseq̃t grossitudo.

Intentio

G Intentio aũt subtilitatis, & grossitudinis est facilitas separationis formę à mã, & difficultas eius, nam corpora subtilia faciliter corrũpuntur, grossa aũt econtrario huius. Grossitudo autẽ aëris est, cum appropinquatur naturæ aquę: sed grossitudo aquę est cum appropinquat natura terrę: sicut est dispõ in niue. Mollefactio aũt amborum est per oppositum huius. & ideo terra, quia est in fine duritiei, seu cõpactionis, & grossitudinis, non põt recipere quantitatem minorẽ. &, quia ignis etiam est in fine mollefactionis, & subtilitatis, non recipit quantitatẽ maiorẽ.

Corpora subtilia faciliter corrũpunt.

Idẽ de terra, & igne 2. de Aïa. cõ. 97.

H Et videtur dici ꝙ hæc est intentio difficultatis passionis in his corporibus simplicib⁹, & facilitatis ei⁹, quę est causa in facilitate receptionis cõpositorum in recipiendo figurã, & terminũ, & in difficultate illius, ita ꝙ sunt dñæ inuentæ in eis causa eorum, quæ inueniunt in eis in cõpositis: sicut declaratũ est in libro de Generatione, & Corruptione. Et iam egressi sumus ab illo, in quo fuim⁹. nam hæc inquisitio de dispositione elementorum magis videtur ꝙ esse debet in illo libro.

De opõnibus priarũ qualitatum. de quibus a prĩo tex. vsque ad 88.

I Redeamus ad quod fuimus, & dicamus ꝙ, cùm posuerim⁹ ꝙ generatio fit per actionẽ virtutum actiuarũ, & passionem passiuarum, manifestũ est ꝙ generatio inuenit, cùm dominatæ sint virtutes actiuæ sup passiuas, & duxerunt eas ad formam. & corruptio est p oppositum huius, idest cùm dominatæ sint virtutes passiuæ super virtutes actiuas conseruantes, & deficit forma generati. Et hoc apparet consyderando. Nam istæ virtutes actiuæ ducunt illas passiuas virtutes, vt ponãt eas secundũ dispositionẽ, fm quã sit possibile eis recipere formã diuersam ab eis in specie. & dũ cõtinuat illa forma conseruãs illas potẽtias passiuas in dispõne, fm quã consuetudo eorũ est retinere formã, remanet generatum. cum aũt debilitata sit forma à conseruatione illius dispositionis, quæ est in materia, disponitur materia ad recipiendum aliam formã, & corrumpitur prima forma. Dispositio aũt materię est de necessitate pp mutationẽ non conuenientem accidentem formæ, quæ est in materia.

K

L Et forma, quæ est mã, fm ꝙ ipsa est forma complexionalis, proueniens à virtutibus actiuis, quod est de necessitate vel calor, vel frigus, vel ambo. sed declarabitur fere ꝙ est caliditas. nã esse generationis est à caliditate. nam cõmixtio nõ potest esse nisi per ipsam: generatio aũt nõ est nisi per complexionẽ, & mixtionẽ, sicut declaratum est. &, si frigiditas habet introitũ in generationẽ, hoc est aliquo modo. Et, cũ hoc sit ita, forma transmutans materiã ad recipiendum aliquã formam, & separare faciens primã, est de necessitate calor. sed tñ respectu corporis corrupti est extrane⁹, & putrefactio, respectu aũt generati ex ipso est nãlis.

M Iam igitur declaratũ est ex hoc ꝙ calor est duplex, naturalis, & extraneus: & ꝙ generatio fit p calorẽ naturalẽ, corruptio aũt per extraneũ.

Calor est duplex, nãlis, & extrane⁹.

Causa aũt productionis huius caloris extranei in re est vna duarum rerum. Vna catũ, quæ est per se, & ẽ calor extrinsecus, cùm fuerit nõ cõueniẽs calor in naturali, nam frigefacit ipsum, & dissoluit ipsum, & iõ videtur putrefactio multiplicari in ęstate. Efficiens aũt huius secũdaria

Duplex cã putrefactionis primaria & p se: & secũdaria & quasi p accidens.

intentio-

A intētione est frigiditas caloris naturalis, & congelatio eius. nā cùm ipse fuerit debilis, non potens congregare materiā, & dominari sup ipsam, putrefit materia: sicut vr̄ hoc accidere corporibus mortuorū, & senum, & vlt in reb⁹ inanimatis frigefactis. Et multotiens accidit hoc materiæ pp humiditatem. & hoc pp facilitatem passionis eius ab extrinsecis, & pp eius debilitatem in retinēdo formam. Et ideo dixit Hippocrates, & alij Medici ꝙ causa putrefactionis ē caliditas, & humiditas, & hoc, quia ipsi non distinxerunt illud, qd est per se, ab illo, quod est p accñs.

Quō hūiditas causa sit putrefactionis.

B Et postq̄ declaratum est ꝙ generatio fit p calorem naturalem, & corruptio p extraneum, & per frigiditatem, & declaratū est qūo fit calor extraneus, consyderādum est de actionibus vniuscuiusq; horū trium, s. caloris naturalis, & extranei, & frigiditatis. Et dicamus ꝙ, caloris naturalis operatio in rebus passibilibus, de quarum cōsuetudine est procedere ad perfectionē, est prima decoctio: & postea alia decoctio, & est qñ apparet in re quędam corrugatio, seu maturatio, & postea digestio. Nam vr̄ ꝙ digestio est perfectio generati, pp actionē caloris naturalis in materia conuenienti. & hęc pfectio est C in ipsa forma, & natura. Et hoc totum videtur p consydetationem, & inquirēdo in rebus naturalibus, & artificialibus. Nam vr̄ ex iam dictis ꝙ generatio non fit, nisi p admixtionem, & complexionē: admixtio autem, & cōplexio fiunt per decoctionem: decoctio vero fit p calorē naturalem: & aduentus formæ cōplexionalis in materia est pfectio operationis caloris: & hoc vocat̄ digestio. hoc aūt impoſſe est quin pręcedat ipsum corrugatio. Et hoc totū D apparet in generatione animaliū, & plantarum, & nutricatione eorum, & augmētatione. Nam fm modū, fm quem fit augmentatio augmentabilis, & nutricatio eius, fit generatio eius. & inter hęc nō est dfia, nisi quia augmentatio, & nutricatio est generatio in tpe. altera aūt est generatio in forma, & in specie. Et hoc etiā apparet. Nam res decoctæ sunt res complexionabiles, seu admixtę, habentes humiditatē. res enim simplices, sicut aqua, nō decoquuntur: neque res siccæ, sicut terra. Et decoctio in talibus rebus euenit eis, cum E habent stabilitatem, & grossitudinē corporis. & hoc in eis, de quarū cōsuetudine est admisceri, & coniūgi. & dissoluitur ex eis illud, quod nō est de sua consuetudine decoqui: sicut apparet hoc accidere in ægritudinibus in hora, in qua recipiūt corrugationem, seu maturationem: & hoc totū est æquale, seu conueniēs ei, quod acceptum est ī definitione opationis caloris naturalis. Declaratū igitur est quæ sit operatio caloris naturalis in generationib⁹: & ꝙ ipsæ nō complentur nisi cum ipso.

Caloris aūt extranei operatio prima, & per se in rebus, in quibus ē calor extraneus, est cùm dominat̄ sup illas indecoctio, vel combustio. Nā F de cōsuetudine, seu natura coloris extranei est extinguere naturalē, & resoluere humiditates subiectas ei, & accendunt̄ illæ res, & comburūt, sicut accidit hoc in febribus, quę vocantur cōbustiuæ. Aliqñ autem calor extraneus, cū sit debilis, facit indecoctionē, & corruptionem, sicut accidit in febribus phlegmaticis putridis,

Quę sit caloris extranei opatio ptia.

tridis, & multotiens in fine febrium combustiuarũ. Sed hæc operatio in est ei p accidens, pp debilitatem caloris naturalis & dominium frigiditatis. Frigiditas autẽ, operatio sua primo, & p se, & in eo ꝙ frigiditas, est priuatio operationis caloris naturalis, & ẽ indecoctio, & corruptio ẽ bi. indecoctio aũt opponitur corrugationi. corruptio aũt cibi digestioni & siẽ, cùm dominatur operatio eius, cessat generatio: vel est causa in corruptione, sicut est dispõ in senibus. & hoc totũ manifestum est per se, & clarum consyderando. Sed frigiditas & si operatio sua per se, & primo est in corruptione, tñ ipsa & videtur coadiunare calori naturali in generatione aliquo modo. & hęc secundaria intẽtione. Nam quilibet calor accidẽs est naturalis vnicuiq; enti, sed calor determinatus enti determinato. Calor aũt diuersificatur in augmẽto, & diminutione, seu intensione, & remissione: additio aũt, & diminutio inuenitur in eo, sm ꝙ admiscetur ei ex frigiditate: ipsa .n. coæquat ipsum, ita vt sit conueniẽs enti, cui ipse est calor naturalis. Et ẽt frigiditas descendit, seu cõseruat calorem generati, ne exhalet, seu vaporet; nã hoc est de consuetudine ei⁹: & facit eum redire intra generatũ. Et pp hoc, digestio hominum morantium in terris frigidis est melior digestione hominũ morantium in terris calidis: & fit fortior digestio ĩ hyeme, q̃ in æstate. Apparet etiam alio modo. Nares artificiales assimilãtur rebus naturalibus: & apparet ꝙ in rebus artificialibus sunt quędã operationes, quæ perfici nõ possũt, nisi vtendo his duabus virtutibus; Nam faber, verbi gratia, cùm facere vult securim, aut aliud, non est possibile ei hoc, nisi calefaciat ferrũ in igne, ita vt reddat molle, vt sit ei possibile recipere figurã. sed mollities, eueniẽs ei ab operatione caloris, opponitur ei, quod ipse intendit de duritie eius vt incidat. & ideo ponit ipsum in aquã, postq̃ compleuit figuram eius, donec sit durum. Intentio ergo quæsita de his in istis non completur p caliditatem solam, sed p frigiditatem: sed tñ, sicut diximus, sm modũ coæquationis. Et sic huius Medici faciunt, cùm administrant aquas frigidas volendo exire apud partẽ vltimam balnei. Et hoc ideo, quia intentio eorũ prima est remouere superfluitates vltimæ digestionis, & illud, quod retinetur in porositatibus cutis illius, seu sorditiem. & hoc tñ ponunt suam intentionẽ, vt non dissoluat calorem naturalem. Hæc aũt intentio non cõpletur, nisi faciendo has duas res simul. Et sm hanc viam est cõgelatio, seu ingrossatio in arte decoctionis. nã hoc cõplet corrugationẽ, & distinguit partes rei coctę, donec ascendat oleum. verbi gratia, & descẽdat inferius res aquosa. &, cùm hoc sit ita in reb⁹ artificialibus, manifestũ est ꝙ reb⁹ naturalibus magis conuenit hoc. Et hæc est causa, ꝙ inueniuntur in corpore animalis calores diuersi, sicut calor sensitiuus, verbi gratia mordicatiuus. sed hoc magis perfecte declarabimus, cùm cõsyderabimus de dispõne animaliũ, si Deus voluerit.

Quõ frigiditas ĩgressum hẽat ĩ generatione.

Primus modus.

Secundus modus.

Vide idẽ 8. Ph. c. 4.

I am igitur dictæ sunt spẽs virtutum actiuarum, & quæ sunt operationes earum in generationibus.

De spẽb⁹ virtutum passiuarũ de q̃bus a textu. 28 vsq; ad 48

NVnc aũt loquẽdum est de speciebus virtutũ passiuarum. Et dicam⁹ ꝙ humiditas, & siccitas, vt in

in

A in definitionibus eorũ dictum est, sunt principia qualitatũ passiuarũ. Impossibile nanq; est rem, quæ admiscetur, pati, nisi pp humiditaté, & retinere formam illius passionis, nisi p siccitaté. Nam humiditas, cũ admixta fit siccitati, recipit siccitas terminũ, & figurã, & siccitas, cùm admixta sit humiditati, ipsa habet firmitaté, & retinet figuram, & terminum: sicut apparet in arte figulorum. Et ex hoc apparet φ aqua, & terra dominant in generatione corporum homogeneorum: & ideo inuenitur semper in his duobus elementis: propterea quia aer, & si sit humidus, ipse non admiscet terræ,

Impossibile é reã, q admiscet, pati nisi pp humiditaté. Idem. 1. de Gen c. 38 & t. c. 85.

B sicut admiscetur aqua cũ ipsa. Et, cùm hoc sit ita, & declaratum est φ virtutes passiuæ sunt hæ duæ virtutes, procedendũ est ad numerũ eaɤ, & ad assignationẽ causarum harũ in cõpositis ex parte, i. ex parte virtutũ actiuarum. Et dicamus φ corpora homogenea diuersificãtur colotibus, saporib⁹, & odore, & vl'r in sensibilibus quinq; sensuum. diuersificantur ét in signis, in passionib⁹, quę appropriant eis: sicut congelatio, seu coagulatio, & obscissio, & reliqua: & hęc sunt formæ eorũ, quæ se habent de istis sicut dñæ. Et hæ dñæ famosę de eis sunt circa decem

C & octo. Quædam enim sunt congelabilia, & nõ congelabilia. Quædã liquefactibilia, & non liquefactibilia. Quædã miscibilia, & quædã nõ miscibilia. Quędam mollia, & quędam nõ mollia. Quædã pastabilia, & quædã non. Quædam inseparabilia, & quædã separabilia. Quædam cõpressibilia, & quędã non. Quędã expressibilia, & quædã non. Et quędam latificabilia, & quædam non.

D Et quędã extensibilia, & quędã nõ. Et quędam flexibilia, & quędã nõ. Quædam frãgibilia in duas partes, & quædã non. Quædam minutim frangibilia, & quędã non. Quędam scissibilia, & quædam non. Quædã inscissibilia, & quędam non. Quædam cõbustibilia & quædam non. Quędam fumosibilia, seu vaporabilia, & quædam non. Et loquamur primo de congelatione, & liquefactione. & qa congelatio, seu coagulatio est quędam siccitas, & liquefactio qdã humiditas, debemus prius loqui de eis. Et apparet φ siccitas accidit rebus, de quarũ consuetudine

E est exiccari à caliditate, & frigiditate. & ita apparet etiam φ res liquefiunt à duobus his. & nos debemus consyderare de hoc. Et dicamus φ siccitas producitur à calore primo, & p se, nam de cõsuetudine, seu natura caloris est consumere humiditatem aqueam, quæ est i admixto, ita vt dominetur aqua, & accidat ei siccitas. Et causa in hoc est, qa humiditas aquæ, ,ppterea q̃a est coniuncta i radice suæ generationis cũ frigiditate, & de natura caloris ẽ corrumpere frigiditaté, sequitur de necessitate vt corrumpat humiditaté aquæ, & exiccet ipsam. Quòd auté frigiditas facit siccitaté locũ habet cõsyderationis. Nam sua operatio

Quõ exiccatio attribuat calori, & frigori.

Quõ frigiditas faciat siccitatem.

F prima, & p se est humiditas. Et causa etiam in hoc est, quia humiditas aquea de natura ei⁹ est associari cũ ea frigiditaté, sequitur de necessitate, cùm dominat forma frigiditatis in re, de cuius cõsuetudine est recipere humiditaté, vt humefiat. & cũ fortificatur hæc, fit aqua. Sed veritas de hoc est φ nõ quælibet frigiditas facit hoc, sed frigiditas, quę est

in

G in materia humida, & est frigiditas aquea. frigiditas aūt, quæ est in materia sicca, sua operatio prima, & ꝑ se est siccitas. nā agēs, in eo ꝙ agēs, agit in passum, ita ꝙ faciat ipsum similem ei in specie, & forma. Iam igit declaratum est ex hoc, ꝙ frigiditas ē ſm duas species, frigiditas aquea, & frigiditas terrea: & declaratū est ex hoc ꝙ frigiditas terrea exiccat ꝑ se, sicut de consuetudine caliditatis igneæ est facere hoc: frigiditas aūt, quę est in materia humida, non est possibile vt exiccet, nisi per accidēs.

Et accidit calori, qui est in corpore, in quo dominabitur postea frigi-H ditas, ingredi in profunditate eius, & agere humiditate sua, donec corrumpatur, & putrefiat: & iam dissoluit humiditatē corporis, & exiccatur illa humiditas, & dominatur in eo siccitas. Et manifestum est ꝙ similem operationē huic operationi, quę est per accidēs, cōmunicant in ea duæ species frigiditatis, s. aquea, & terrea. Iam ergo declaratū est ex hoc sermone quō siccitas attribuat his virtutib⁹ actiuis. Quōmodo autem attribuitur humefactio duob⁹ apparebit ex hoc modo. habitudo enim eius ad frigiditatem est per se nota ſm ea, quę iā diximus. Sed habitudo eius ad calorem, secūdum ꝙ

Quō humefactio attribuat caliditati & frigiditati.

I ipsa ē humiditas aquea, impossibile est hoc de ipso ꝑ se: sed ꝑ accidēs hoc est possibile, sicut dixim⁹, de frigiditate ꝙ ipsa exiccat, cūm dixim⁹ ꝙ exsiccat per accidens, idest ꝙ accidit ex ipso siccitas, cūm ipsa est causa in esse caloris intra compositum, & incarceratione eius in ipso, ita ꝙ inuenietur siccitas. Ita dicimus hic, ꝙ calor agit humefactionē ꝑ hoc, ꝙ habet operationem in inuētione causę humefactionis per se. nam de K consuetudine caloris est transmutare partes siccas cōgelatas, seu ingrossatas rei ad voporem humidum, vel omnes, vel quasdam, & congregare cum hoc frigiditatem inter compositum: & transmutantur illæ partes in aquam velociter. &, si prouenit operatio ad corpus compositum in omnes eius partes, fluit, & distillat: &, si prouenit in quasdam eius partes, mollificat, & humefit. Et, postquā declaratum est ex hoc sermone qualiter attribuit humiditas, & siccitas in corporibus cōpositis homogeneis, debemus nos trāsferre ī L sermone de cōgelatione, seu coagulatione, & alijs. Et manifestum est ꝙ quædam corpora ingrossantur, seu congelantur à frigido, sicut ferrum, & æs: & quędam coagulantur à calido, sicut sal, & fictile. Et quædam eorum, quæ coagulantur per calidum, liquefiunt per frigidum, sicut sal, & quędam non, sicut fictile: & similiter quædam congelantur à frigido, & liquefiunt à calido, sicut ferrum, & quędam non, sicut multi lapides minerales. Et similiter videtur quòd quædā horum corporum non coagulantur ab aliquo istorū, sed ingrossantur ab aliquo istorū, M vel à caliditate, sicut sperma, vel à frigiditate, sicut lutum, & quædam istorum ingrossantur à duobus, sicut pix: nam ipsa ingrossatur à calido, & à frigido. Et quędam res non cōgelantur à frigido, donec ingrossentur à calido, & congelentur à frigido, sicut vinum coctum: & quædam res à numero istorum congelantur, seu coagulantur, sicut serositas lactis. illa autem, quæ liquefiūt, quædam sunt, quę fluunt, & stillāt,

sicut

A sicut cera, & alia quædam mollificantur tantũ, sicut cornua, & alia: & nos dicem⁹ de causa vniuscuiusq; harum differentiarum oppositarũ: & quæ corpora appropriantur vnicuiq; earum. Sed congelatio horũ corporum, quæ congelantur à caliditate, & à frigiditate, manifesta est ex eis, quæ iam dicta sunt, loquẽdo de siccitate. & hoc, quia causa cõgelationis de necessitate est siccitas, & iã diximus quomodo accidit à duobus illis, s. à caliditate, & à frigiditate. Et etiam causa liquefactionis manifesta est per iam dicta, cùm liquefactio sit quędam humiditas. &
B iam diximus de hoc. Sed quæ corpora congelantur à calido, si congelatio, seu coinspissatio debet vocari congelatio, sunt illa corpora, in quibus terra est magis q̃ humiditas, sicut fictibile, & sal nitrum: illa autẽ, quę congelantur à frigiditate, non sequit̃ de necessitate vt sit terra magis dominãs in eis. & ideo res quædam, quæ congelantur à frigido, liquefiũt à calido, & fiunt aqua, itaq; ꝙ dicitur ꝙ de natura frigiditatis ẽ cõgelare liquefactum. Sed terra est magis dominans in eis, quæ non li
C quefiunt à calido, sed mollificantur tantum: vel in eis, quę non mollificantur, & à fortiori ꝙ nõ liquefiũt: sicut multi lapides minerales. Et postquam declaratum est de rebus, quę coagulantur à calido, & congelantur à frigido, iam remãsit super nos dicere cur quædam, congelata, seu coagulata à calido, liquefiunt à frigido: & quędam, quæ congelant̃ à frigido, liquefiũt à calido: quibusdam autem accidit oppositũ huius. Dicamus autem ꝙ illud, quod coagulatur à calido, & est de cõsuetudine frigidi liquefacere illud, aut illud, quod cõgelatur à frigido, & de
D consuetudine calidi est liquefacere illud, res in hoc est manifesta. nã de consuetudine contrarij semper est facere oppositum actioni eius contrarij. Sed cur in quibusdam talib⁹ hoc non potest fieri, est propter materiam tantum. nam hic sunt res coagulatę à frigido, postq̃ egit in ipsa etiam caliditas: &, cùm agit frigiditas in ea, & redit caliditas in profunditatem eorum, donec liquefiũt, & iam exiccata est humiditas eorum, & non remanet in eis, nisi pars terrea, sicut diximus in vna causarum,
E qua frigiditas exsiccat. Adueniente aũt caliditate postea in eis non põt eas humefacere. nã nõ possunt produci in eis partes aereæ, dispositæ vt fient aquę. & ita etiã sunt hic res coagulatæ à calido, quas aqua nõ potest liquefacere pp fortitudinẽ siccitatis, & stricturam pororum eorũ, & vniuersaliter propter difficultatẽ eorum ad recipiendum humiditatem, sicut fictile coctũ: ipsum enim non liquefit ĩ aqua, nisi cùm fuerit diminute coctum, aut nõ coctum.

F Declaratum igitur est ex hoc sermone quę est causa congelationis, & liquefactionis, & quę corpa sunt cõgelabilia, & dissolubilia: & quare quędam, quę congelat frigus, liquefacit calor, & quædam nõ: & quędã quę coagulat calor, liquefacit frig⁹, & quædam non. Causa aũt ingrossationis quorundam istorũ corpoꝝ sunt etiã caliditas, & frigiditas: sed caliditatis operatio est per se tantũ. Nã ingrossatio nihil aliud est, nisi admixtio partium terrestrium cum aqueis, vel aerearum cum aqueis. Et cõtemperantur cum eis tota con tempe-

In eis, q̃ si liquefiũt a calo, terra magis dominat.

G temperatione, seu complexione per decoctionē, donec fit aggregatū ex eis habēs firmitatē, & grossitudinē: sed non peruenit ad terminū congelationis: nam elementū aquę in eis est magis q̄ sit in cōgelato. Exemplum illius, quod ingrossatur à calido, pp admixtionem partiū aerearum cū aqueis, est sicut butyrum, & sperma. Exēplum autē illius, quod ingrossatur à calido pp admixtionem partium terrestrium cū aqueis est sicut lac coctum, sed illud, quod ingrossatur pp admixtionē elemēti aquei cum terreo, manifestum est. nam ingrossatio est aliqua congelatio, seu coagulatio. coagulatio aūt,

H in eo quod coagulatio, fit in genere partium terrestrium, & exiccatione elementi aquei. Sed illud, de quo oportet cōsyderare, est ingrossatio, quę fit pp aquam, & aerem. nā aer, quia est subtilior aqua, impossibile est imaginari ingrossationē pp admixtionem eius cum aqua, intātum q̄ quidā putauerunt q̄ hoc tm̄ appàret sensui nō vere. Et ipse errauit in hoc. nam vī q̄ butyrū habet firmitatem corporis, & inuenitur fm dispositionē retinentem figuram. & quod apparet de hoc, cū nos posuerimus radices, quę iam dictę sunt, est

Quid sit coagulatio. & cōsyderādā inter eā, & inter īgrossationē.

I q̄ istæ res, & si sit elementū aeris, & aquę, quę dominaꝰ super illas, firmitas tn̄, quę est in eis, est de necessitate pp illud, quod admiscetur cū eis ex partibus terrestribꝰ, quāuis sint paucę in eis. ipsę enim sunt causæ ī grossationis primo, & p se. sed tamē elementū terreum paucū, quod admiscetur cū elemēto aqueo multo solū non prouenit ex hoc coagulatio, neq; grossitudo. nam caliditas exsiccat illud elementū aqueum, & consumit ipsum, anteq̄ admisceātur

K illę partes terræ in eo admixtione, ex qua contemperātur, seu complexionantur oēs, ita vt fit eis firmitas, sed, cum admiscetur cum elemento aqueo alementū aereum multū, & cōplexionanꝰ complexione tali, q̄ non pōt calor separare ea, aut difficile est separare ea, & fuerunt ibidē partes terre paucę, ex hoc ē talis species ingrossationis. nam calori, qui est cōtemperans elementū terreum in eo, cū elemento aqueo, non accidit dissoluere aquā totam ante admixtionē terrę cum ipso. nā aqueū est admixtū cum aereo, & complexionatū cum eo: & calor contempe-

L rat, seu cōplexionat illud totum terreum cū aqueo, & aereo, & decoqt ea, donec habēt firmitatē aliquam. & fm hunc modum debemus intelligere īgrossationē ex aere, & aqua, non q̄ sit aer materia per se, sed fm modum, quē diximus: sed attribuūt ingrossationē ex his rebꝰ ad aereū, & aqueum, cùm ipsa sint dominantia sup aes. & accidētia, quę accidūt in his corporeis homogeneis, attribuuntur prædomināti in eis ex elementis. Iā igitur declaratū sit quæ est habitudo ingrossationis cum calore, & quæ sunt res, q̄ ingrossanꝰ.

M Sed qūo fit ingrossatio à frigiditate, hoc est duobus modis vnus eoꝝ per se, alius aūt per accidens. Per se aūt est, cùm transmutanꝰ partes aereæ in re, quę ingrossatur ad aqueā, & fit grossum propter hāc causam. Hoc aūt accidit ī rebꝰ aereis aqueis fortis vnionis, sicut oleū. sed reliquę res aereę, in quibus non est conglutinatio, neq; sunt fortis vnionis, accidit eis à frigiditate oppositū huiꝰ, idest frigiditas dissoluit ex eis illud, quod

Quō īgrossatio cau sēt p se à frigore. & in quibus rebus.

A quod ingrossatum est à caliditate, sicut sperma. Nā, cùm accidit ei frigiditas, dissoluit ab ipso calorem, & separantur partes eius, & recedit aereum, & remanet aqueum, & etiam transmutatur aliquid eius ad aquā.

Sed operatio frigiditatis in grossitudine per accidens est, cum retinetť calor naturalis in corpore rei: sicut videmus brodum ingrossari cū cōgelatione in lateribus interiorib⁹ vasis. Res aūt, quæ ingrossanť à duobus, sunt res aereę aqueę fortis vnionis, sicut oleum. Nam frigiditas ingrossat

B ipsum eo modo, quo diximus: & caliditas etiam hoc facit in eo, nā ipsa addit in admixtione ei⁹, & complexione partium ei⁹, donec fiat grossum ſm quandam grossitudinem. Cur autem quædam res ingrossantur à calido, & congelantur à frigido, sicut sanguis, & gūmi hoc manifestum est: quia caliditas, cū egit in ipsis ingrossationem, & postea aduenit ei frigus, remouet residuum humiditatis earum per dissolutionem illius, qđ remansit ibidem ex calore. Et propter hanc cau

C sam non congelatur sanguis ægrotantis propter priuationem caloris naturalis in eo, & multam humiditatem. Sed res, quæ ingrossantur à calido, & cōgelantur à frigido sine hoc, quod pręcedat cōgelationem eorum ingrossatio à calore, sūt res aqueę & terreæ, nisi ꝙ terrestreitas in eis non est tanta, vt perueniat ex multitudine eius ad terminum, qui sit possibilis coagulari à calido, & ita, cum aduenit eis frigiditas congelet ea: propterea quia illud, quod congelat frigus, non oportet, vt diximus, ꝙ sit multum elementi terrei in eo: sicut sequitur hoc cum coagu-

latur à calido. & ista ambo conueniunt in hoc, ꝙ transmutantur partes rei congelatæ in hora congelationis eius ad naturam terreā quandam. Sed natura terrea, quæ est i cōgelato à calore, nō potest esse in potentia humida: sed terreū, quod facit frigus, est in potētia propinqua humidum: sicut est dispositio in niue, cui ē possibile vt sit aqua in actu. & ideo pluit, seu stillat per calorem paucum aduenientem ei. Sed res, quæ non congelanť ab aliquo istorum, sunt res aquosæ, paucum habentes de elemento terrę, & aeris. E nam ꝙ ipsæ non congelantur à calido manifestum est. nam calor consumit humiditatem eorū, antequā appareat ex ipso grossitudo ex elemento terræ. Causa autem in hoc, ꝙ non congelantur à frigido, cum hoc, ꝙ de natura frigidi est congelare res aquosas, videtur ꝙ sit causa in hoc, quia calor naturalis, qui est in eis, non separatur per frigiditatē, sicut est dispositio aceti, & serositatis lactis: aut erit terreum valde paucum, & est difficile reducere ipsas ad siccitatem. Iam declaratum est ex hoc sermone, quæ sunt res congelabiles, & non congelabiles, ingrossabiles, & non ingrossabiles, liquefactibiles, & non liqfactibiles, humidæ, & nō humidæ. Et hæc sunt maiora de differentijs oppositis horū corporum. Debemus post hoc procedere ad sermonem aliarum differentiarum, quas narrauimus. Dicamus igitur ꝙ miscibilia sunt illa inter quę aduenit humiditas ab extra & humefiunt. & hoc propter apertiorem pororū eorum. Et horū aūt quædam sunt cū hoc velociter passibilia: & hoc est sicut butyrum: &

(D, F in margin) De miscibilib⁹, & nō miscibilibus.

G quędam non ſunt velociter paſſibilia,& non liqueſiunt, ſicut lana: & quędã res in principio ſuæ miſcibilitatis liqueſit ſicut ſal nitrũ. Immiſcibilia aũt ſunt illa, in quibus non peruenit humiditas interius ab extra.& hoc,vel propterea quia nõ habet poros,vel ſi habent ſunt parui, ſeu ſubtiles,vel tortuoſi,aut ſecundum hæc ambo. Res autem molles ſunt illę, in quibus profundatur digitus, & ſuperficies earum remanent:in diſpoſitione, ſm quam nõ ſeparantur,ſeu non diſcontinuanť, ſicut eſt diſpoſitio in aqua,econtrario autem huius eſt lapis durus. Et H illę duæ ſpecies diffiniũtur,ſeu terminantur per relationem ad tactũ.

De molli & duro.

Paſſibilia autẽ de his ſunt illa,quę cum hoc, ꝙ profundatur in ſuperficie eorum digitus, non redeunt ad illud, in quo fuerunt. Expreſſibilia ſunt illa.in quibus profundatur digitus,& poſtea redeũt, ſicut eſt cõſuetudo lanę &,cum non redeunt, vocantur compreſſibilia. Sed extẽſibilia ſunt illa, quæ poſſunt trahi ex vno latere,& elongantur,& non inciduntur: & ſunt vniuerſaliter res I cõglutinatiuę,ſeu res,in quibus eſt aliqua conglutinatio. Sed res,quæ ſunt conglutinatiuę, in quibus iam admixta eſt humiditas cũ terreſtreitate admixtione multa, & difficulter ſeparanť, & ſeparatio earum eſt difficilis. Et ideo poſſibile eſt vt non ſeparetur. nam coniunctio, & vnio ſunt de neceſſitate propter humiditatem: ſeparatio autẽ; & diuiſio eſt propter ſiccitatem,&eſt oppoſitum huius. Latificabilia autẽ ſunt illa, quæ fiunt lata per verberationem mallei:& ſunt illa, quæ mouetur ſecundũ tres dimenſiones ex vna verberatione, ſicut eſt cõſuetudo plumbi. ipſum enim,cùm verberatur, recipit augmentationẽ in longitudine,& latitudine,& diminuiť in profunditate. Inlatificabilia,ſeu indilatabilia ſunt ecõtrario huius. Flexibilia aũt ſunt illa,quę poſſunt à rectitudine redire ad flexibilitatem,ſicut virgæ humidæ,& calami. Frangibilia aũt ſunt illa,quæ diuidũtur ad partes magnas. Et minutim frãgibilia ſunt oppoſita iſtorũ,ideſt ꝙ ipſa diuiduntur ad partes paruas.

Quid paſſibile. Quid expreſſibile. Quid extenſibile. Quid latificabile. K Quid flexibile.

Cauſa aũt in hoc eſt diſtantia pororum rerum frangibilium quorũdam à quibuſdam,& propinquitas L eorum in minutim frãgibilia. Sciſſibilia aũt ſunt illa, quę diuiduntur ſm longitudinem. Inciſſibilia ſunt illa,quę diuiduntur ſecundum latitudinem. Et cauſa in hoc eſt cauſa poſitionis filorum,ſeu villorum,ex quibus componũtur hæc corpora.

Quid frãgibile. Quid ſciſſibile.

Corpora autẽ combuſtibilia ſunt illa,in quibus ſunt vię pertranſitionis, & recipiunt ignem, & humiditas conueniens,& humiditas illa eſt aerea,nõ aquea, ſicut eſt diſpoſitio in ligno olei vocati: aut ſunt in eis partes fumoſæ velociter accenſibiles, ſicut eſt diſpoſitio in ligno vocato. M Et quædam iſtorũ combuſtibiliũ inflammãtur,ſeu faciunt flammam. & hoc vel propter humiditatem aeream, quæ eſt in eis,vel propter fumoſitatem. Quædam autem eorũ non inflammãtur propter dominium terrę in eis,ſicut carbones, & lapis durus,qui cõburitur,donec fiat carbo, & ferrum. Fumoſibilia aũt,ſeu vaporabilia ſunt illa,in quibus cum ignis agit, reſoluiť ex eis humiditas admixta fumoſitati. & hæc humiditas,cùm dominať partibus

A tibus fumosis, vocatur vapor: sicut est dispō de illo, quod descendit ab oleo, & adipe: &, si est pauca, vocaſ fumus, seu exhalatio, qđ est nomen generis eius, sicut est dispositio in lignis, quę comburuntur. Hæ sunt differentię, quibus cognoscuntur, seu distinguuntur homogenea.

De cognitiōe tēperaturarū corporū homogeneorū de qb' à tex. 48. vsq; ad finem libri.

ET ex his potest homo peruenire ad materiam cuiuslibet corporum homogeneorum, idest ad mēsuram, quę est in eis de aqua, & ex terra, & quæ istorum dominatur in vnoquoq; illorum, & quę sit causa agens vniuscuiusq; istorū, & maxime in his differentijs magnis, quæ B inueniuntur in eis, s. congelatione, & dissolutione, & priuatione istorū. Et similiter possibile est peruenire ex his differentiis ad mensuram caliditatis, & frigiditatis in eis. Et iō conueniens est vt ea, quę declarata sunt de his hic, s. de cōplexionibus, seu admixtionibus eorum per has differentias adiungi rebus, quæ dictæ sunt in inuentione hominis ex se in complexione simpliciū per ratiocinationē, ita vt compleatur illa pars artis medicinę. & nos dabimus hic regulas generales, ita ꝙ, cū nos procedimus ad sermonem vniuscu C iusq; corporum homogeneorum, erit nobis possibile dare omnes causas eius, s. materiā, & efficiens, & formā: & etiam hoc principiū, ex quo potest homo peruenire ad materiam omnium corporū homogeneorū.

Et dicamus ꝙ illud, quod coagulatur à calido, elementum terreum dominatur in eo: & maxime illud, quod non pōt liquefieri à frigido,

Illud aūt, quod congelatur à frigido, si caliditas ingrossat hoc pri', & fuit ingrossatio terrę cum aqua, terreum dominaſ ſup ipsum, sicut lac B coctū, & similia eis. Sed illud, quod habet grossitudinē ex admixtione aeris in aqua, aer est prædominans sicut oleū, & ideo natat ſup aquam.

Sed illud, quod congelat frigidū, anteq̄ ingrosset ipsum calidū, quod dominatur ſup hoc, est aqueū. Res aūt coagulatę grossę, siue grossities ei' siue à calido, siue à frigido, sunt admixtę ex elemento aqueo, & terreo. sed terreū multotiens ingrossaſ à calido: & hoc in eo, qđ facit grossum ex partibus terreis: & aqueis. Sed illud, quod coagulaſ à calido, vel à partib' aereis, aer dominaſ super ipsum. & hoc ēt apparet ex lique F factione. Nā res, quas liquefacit frigidum, & facit eas colare, seu fluere, siccitas dn̄atur super ipsas, sicut sal, & sal nitrū; & res, quas colat calidū, & liquefacit, humiditas dn̄atur ī eis. & hoc, cū non accidit eis dissolutio propterea ꝙ calidū ingrossat ea, anteq̄ congeleſ à frigido, sicut multa metalla, quę liquefiunt. Res autē, quas caliditas quasi molles facit sīn absq; hoc, ꝙ liquefacit eas, dominatur in eis siccitas. Res aūt, q̄ non cōgelantur neq; à calido. neq; à frigido, super eas dominatur aqueum. G Nam causa in hoc, ꝙ ipsę non congelanſ à calido, est quia humiditas illa consumitur, anteq̄ ingrossatur, & à fortiori vt coagulatur pp paucitatē elementi terrę in eis, propterea quia illud, quod coagulaſ, oportet vt sint in eo partes terræ. Quōd autem nō congelatur à frigido, est etiam per paucitatem partium terrestrium in eo. nam illud, quod cōgelatur, in ipso sunt quodāmodo partes terrestres. Vel causa huius est, qa caliditas earum nō separatur ab eis

 propter

G propter fortitudinem admixtionis eius in eis. Et per has tres possumus peruenire in cognitionem elementorum passiuorum prædominantiũ in vnoquoque istorum corporum. Et aliquando possibile est peruenire ex hismet rebus in cognitionem aliorum, scilicet quæ virtus ex virtu tib' actiuis dominat' magis in vnoquoq; eorũ. Res autem attribuuntur calido, & frigido duob' modis. Vnus eorum, vt sint in rebus secundum naturam, alius autem, vt sint in eis accidentalia.

Res attribuunt' calido, & frigido duobus modis.

H Calor autem naturalis ipse est forma rei, & similiter frigiditas naturalis aliquo modo. Calor autẽ accidentalis est sicut putrefactio, & sicut calor accidens quibusdam rebus ab extrinseco, donec fiant calidę in actu. Et secundũ hos modos etiã inuenitur frigiditas accidentalis. & cũ hoc sit ita, illud ergo, quod coagulatur, & induratur à calore naturali, ipsum etiam est de necessitate calidum. Et similiter illud, quod ingrossat calidum, & maxime, partes aereę sunt in eo magis: illud autem, quod congelat frigus,

I propterea quia frig' sit, seu facit in rebus complexionatis, seu quæ coadmiscentur secũdaria intentione, sine dubio calor ante hoc ingrossauit eas. Et, cùm hoc sit ita, ipse sunt terreę frigidæ, sicut ossa, & cornua; & cùm fuerit ingrossatio in eis ex admixtione partium terrearum, & aquearum. Illud autẽ, quod ingrossatur ex admixtione aerearum, & aquearum, est de necessitate calidũ: & si frigidum congelet illud, sicut adeps, & pinguedo. & omne illud in quo dominatur aqueum, est frigidum, dum non accidat ei caliditas extranea, & similiter terra. Et per illud met possumus peruenire ad causam agentem. Et manifestum est

K q̃ formæ istorũ corporum nõ sunt aliud, nisi complexio, seu commixtio media in vnoquoq; eorum, ex qua sequitur aliquod accidẽs de his accidentibus, quæ narrauimus: & ideo nos nõ indigemus ponere hic de causis agentibus nisi elemẽta, & corpora cœlestia, vt declaratũ est, Sed corpora organica indigent alio principio ingredi in eis. nam hominem sicut d. Arist. producit ipse homo, & Sol. Et propter propinquitatem istorum corporum homogeneorum ad materiam non apparẽt differentiæ eorum, sed attribuũtur semp ad illud, quod sequitur ex calido, & frigido, vel humido, & sicco & alijs differentijs, quas numeraui mus.

Quæ differẽtię in corpibus homogeneis sunt latentes.

L Sed corpora organica composita ex his, differẽtię in his apparẽt magis. nam formę eorum non sunt complexionales, nec attribuuntur complexioni, seu coadmixtioni, sicut pes, & reliqua membra. & ideo, cùm remouentur ex his mẽbris formę eorum, per quas sunt organica, dicitur de eis nomen æquiuocę: sicut manus, quę dicitur ð manu hominis viui, & mortui.

M Et, si nos desyderamus scire omnes species compositionis, nos prius debemus loqui de magis simplicibus ea eis, & sunt corpora homogenea. post hoc loquendum est de compositis secũda compositione. Et propterea quia corpora homogenea sunt duorum modorum: vnus est q̃ ita est dispositus, q̃ non cõponatur ex eo aliud, sicut mineralia: & de hoc debemus loqui separatim, & propriè, & dare omnia, ex quibus constituitur vnaquæq; species sensibilis: & non est, sicut

A sicut quidam putauerunt, quòd iste sermo sufficit de illo, quod remansit ex hoc, sicut iste sermo non sufficit in cognitione quid sit sanguis, & caro, & alia membra homogenea, quę inueniuntur in animalibus. & hæc est alia species, seu alius mod⁹ corporum homogeneorum. & ipsa vniuersaliter est disposita, seu præparata ad hoc, vt sit membrum organicum, sicut manus, & pedes. & ideo, cùm inueniuntur istę partes homogeneæ sine composito, aut q̃ iam desinit forma compositi, dicit de eis illud nomen ęquiuoce cum eis, quę inueniuntur in composito, sicut caro, quæ dicit de carne mor-
B tua, & viua. Compositio igitur est ei quasi forma, & ipsum est quasi materia. & sicut materia non est de consuetudine eius separari à forma, ita est dispositio in hoc. &, cùm hoc sit ita, loquendum est de hac specie homogeneorum, cùm loquetur de organicis. & hoc in libro de Animalibus. Plantæ autem sunt tã quam medium inter has duas species, sed magis propinquum est vt enumeretur in secunda specie compositionis. nam ipsum est quodam modo organicum. & ideo consyderatio de eo debet esse post minera-
C lia, & ante animalia Et in hoc complet⁹ est sermo in aggregatione sermonum sciẽtificorum ex Quatuor libris Aristotelis vt promisimus. Gloria Deo nostro.

Et in hoc completur summa Auerrois in libro Meteororum.

ARISTOTELIS METEOROLOGICORVM LIBER QVARTVS.

Cum Auer. media Exposi.

SVMMAE LIBRI.

In Prima agit de operationibus Actiuarum qualitatum.
In Secunda de speciebus, a passiuis qualitatibus prodeuntibus.
In Tertia de Passionibus, ac differentijs similarium corporum, à passiuis qualitatibus prodeuntibus.
In Quarta de cognitione Temperaturarum corporum similarium.

SVMMAE PRIMAE.

E *Qualitatum primarum quæ actiuæ, quæ passiuæ dicantur.* Cap. 1.

QVoniam autẽ quatuor determinatæ sunt causæ elementorum, harum aũt ſm coniugationes, & elementa quatuor accidit eẽ: quarum duæ quidem actiuę caliditas, & frigiditas, duæ autem passiuæ siccitas, & humiditas. Fides autem horum ex inductione. Videntur enim in omnibus
F caliditas quidẽ, & frigiditas terminanter, & copulantes, & trãsmutantes & ea, quę eiusdem generis, & ea, quæ non eiusdem generis, & humectantes, & exsiccantes, & indurantes, & mollificantes. Sicca autem, & humida terminata, & alias dictas passiones patientia, & ipsa ſm se, & quęcunq̃ cõmunia ex ambob⁹ corpora cõstant. Adhuc autem

G ex rationibus palam est, quibus definimus naturas ipsorum. Calidum enim & Frigidũ, vt actiua dicimus. concretiuum enim sicut actiuum aliquid est. Humidum autem, & siccum passiua. Facile terminabile enim et difficile terminabile eò, quòd patitur aliquid natura ipsorum, dicitur. Quòd igitur hæc quidem actiua sunt, hæc autem passiua, manifestum est.

Postquã diuisum est quòd principia elemẽtorum, quæ sunt secundum modum formæ, sunt quatuor,
H *sicut est numerus elementorum, ex quibus componuntur: & duo sunt actiua, & sunt calor, & frigus: & duo paßiua, & sunt humidũ, & siccum. Et signum huius est, quòd calor, & frigus sunt ambo, quæ componuntur res ad seinuicẽ, & admiscent, quousq; res noua generetur: & vniuersaliter ista duæ potẽtiæ, & virtutes sunt, quæ mutant creaturas conueniente in genere vnam in aliam. Sed siccitas,*
I *& humiditas sunt paßiuæ in seipsis istarum duarum qualitatum, & per illas duas patiuntur omnia composita. Et signum huius est. quòd etiam Antiqui definiunt cũ istis distinctionibus illas, & nominauerunt illas nominibus istorum: & dixerunt quòd calor, & frigus erant virtutes operãtes, & humiditas, & siccitas erant virtutes operatæ: & definierunt Humidũ* K *facile ad separationem ab aliquo per aliquod graue concludi per se, & definierunt Siccitatem per contrarium. & volo dicere quòd sit graue separari ab alio, leue concludi in se. sed definierũt frigus quòd aggregat homogenea, & homogenea: definierunt calorem quòd aggregat homogenea, & separat heterogenea. Et postquam hoc certum est, iam manifestum est quòd principiorum simplicium duo sunt actiua, & duo paßiua.* L

Debes scire, quòd non debemus dubitare in hoc, quòd diximus, & quòd humiditas, & siccitas sunt passiua, & frigus, & calor actiua. quoniam inuenimus illa quęlibet agere sibi similia. siccum enim generat siccum, & humidum humidum: sicut facit calidum calidum, & frigidum generat frigidum. Quoniam hæc prædicta propositio de passiuis, & actiuis non consyderabatur nisi in comparatione actionis indiuiduorum mixtorum, & passiuo- M
rum ad se, in hac mixtione fuit inuentum quòd calor, & frigus sunt quæ coniungunt: & applicant elementa rerum ad seinuicem, & admiscent, quousq; generetur ex illis elementis res noua. & fuit humidum inuentum, cum quo recipit res passionem caloris, & frigoris, & mixtionis: & siccitas, cum qua recipitur incorporatio, & statio in se. & illa igitur comparata fuerunt ad actionem, & illa ad passionem.

Quid

A *Quid Generatio simplex, & corruptio. Et de Putrefactione multa.*

Cap. 2.

Determinatis autẽ his sumendum vtiq; erit operationes ipsorũ, quibus operant̃ actiua, & passiuorũ species. Primo igitur vniuersaliter simplex generatio, & naturalis trãsmutatio harum virtutũ est op⁹, & opposita corruptio ſm naturã. Hę igitur plãtis insunt, & aĩalibus, & partibus ipsorum. Est autem simplex, & naturalis generatio transmutatio ab his virtutibus,
B cum habeãt rationem ex subiecta materia vnicuiq; naturæ, hæ autem sunt dictæ virtutes passiuæ. Generant autem calidum, & frigidum, dominantia materiæ: cùm autem non dominant̃, secundum partẽ quidem inquinatio, & inconcoctio fit.

Et postquã manifestum est quòd ista sunt actiua, & duo passiua, tã conuenit quòd rememoremur modos operationum actiuarum, & modos passiuarũ. Et dicamus quòd
C *generatio, & corruptio absoluta naturalis est mutatio, quæ accidit rebus compositis materialibus secundum proportionem mẽsurarũ, & mixtionis harum virtutum ad se inuicem in subiecto compositi.*

2 Et hoc est manifestum in omnibus rebus compositis viuentibus, q; scilicet generatio inuẽta est in illis, quando duę virtutes actiuę in composito vincunt virtutes duas passiuas in illo, mouẽtes illas, & reducẽtes illas ad complementũ, & corruptio accidit, qñ prohibent virtutes passiuæ formas actiuas, ne moueãt ad complementum, & illud per cõtrarietatẽ, quę est inter alias. Et generatio vr̃ est, quando non est contrarietas inter actiuas, & passiuas: & corruptio est, qñ est contrarietas inuenta, & vincunt virtutes passiuę. & hoc apparet per inductionẽ in omnibus compositis artificialib⁹, & naturalibus. & dixit. D

Simplici autem generationi contrarium maxime cõe, putrefactio. omnis enim ſm naturam corruptio, ad hoc via est, vt sene E
ctus, & ariditas. finis enim omnium horum marcedo: nisi aliquid violentia corruptum fuerit natura cõstantium. est enim & carnem, & os, & quodcunq; combussisse, quorũ finis secundum naturam corruptionis putrefactio est.

ἀυανσις.

Et propter victoriam virtutum passiuarum super actiuas euenit putrefactio, quæ est causa corruptionis, & dissolutionis partium compositi. & ideo putrefactio absoluta est contraria generationi absolute, & per illam est corruptio naturalis: sicut putrefactio in sene multum, & est vetustas magna. F

Et victoria siccitatis interficientis, quousque fiat illud, quod euenit in rebus, s corruptio illis, & putrefactio, est illud, quod euenit cineribus. & generata naturalia non destruunt̃, nisi p mutationẽ, q̃ vincit 3

G super actiuas ĩ istis generatis. & pp hoc euenit eis actio putrefactionis, & dissoluuntur partes eorum, sicut accidit carni, & ossi, & alijs, quæ destruunt modo naturali, nõ per violentiam, nec extra, sicut ea, quæ cõburunt. quia illa non corrũpuntur, aut submergũtur p putrefactionẽ.

Quapp humida primo, dein de sicca tandẽ fiũt putrescentia.

Et generata, quæ sunt corpora, corrumpuntur aut propter victoriam humiditatis in illis in principio, & post siccitatis in fine.

Et illud est, quia putrefactio pri-
H mo fit propter victoriam humoris super illas, & post definit in fine pp victoriam siccitatis in illis.

Corrupt. Ex his enim facta sunt, & terminatũ fuit humido siccũ, operantibus actiuis. Fit aũt corruptio, cũm id, quod terminat, dominet ipsum terminans pp continens: quinimmo propriè dicit putrefactio, ĩ ŋs, quæ ẽm partes corrumpuntur, cũ separata fuerint à natura. Quapropter & putrescunt oĩa alia, excepto igne. etenim terra, & aqua, & aer pu-
I trescunt. omnia enim hæc sunt materia igni.

Et quando sunt ambo, s. siccum, & humidum in mensura cõmuni, & in modo, quo vincunt virtutes operatiuæ super illa, & miscent illa, quousq; habeat substantiam, & statum proprium in composito, tunc fit illud generatum. Et illa est intentio eius, quod dicitur, quòd generatio est, quando vincit terminans terminatũ: & corruptio est, K
quando vincit terminatum terminans. Et elementum est causa generationis prima, antecedens operans, & separans in rebus compositis ẽ ignis. & illud est, quia aer, & aqua, & terra destruũtur per ignem: & elementa omnia sunt subiecta igni: & ignis est operans in illa, & vincens illa.

Et postq̃ res est sic, debet esse modus ignis ad alia elemẽta in generatione compositorũ. & modus suus L
cũ illis est in gradu formæ in cõpositis, sicut ipse est forma illorum. & postq̃ res est sic, tunc oẽ mixtũ habet calorẽ proprium in se ẽm suam naturã, qui est calor ei ẽm similitudinẽ formę volo dicere q calor cõcludit materiã, & terminat ipsam.

Putrefactio. Putrefactio aũt est corruptio eius, quæ in vnoquoq; humido. propriè, & ẽm naturam caliditatis, ab aliena caliditate. hæc aũt est, quæ ambientis. Quare, q̃m ẽm indigentiam patitur calidi, quã aũt indigens tali virtute frigidum omne, ambæ vtiq; causę M
erũt, & putrefactio cõis passio, & frigiditatis propriæ, & caliditatis alienæ. Propter hoc enim & ficciora fiunt. quæ putrescũt omnia, & tandem terra, & fim⁹. Exeunte enim proprio calido, coeuaporat quod secundum naturam humidum. & inducens humiditatem non est amplius. inducit enim trahens propria caliditas.

A *Putrefactio autē est corruptio caloris naturalis, qui est in generato, quando humefit res cum humiditate accidentali, & corruptio eius propter calorem extraneum existentem a natura: & est calor, qui est in aere circunstanti. Et quādo priuatur generatum calore suo naturali, mutatur, & corrumpitur: & conuertitur in frigidum tunc, & fit priuatio caloris naturalis, & victoria frigoris, & post ipsum supersunt duæ causæ cor-*
B *ruptionis.*

6 Dixit: Et qñ putrescūt res per calorem extraneum, & humorē extraneum, desiccantur partes rei, & arescunt, & conuertuntur in terram, & arenam. Et causa ei⁹ est, quia calor naturalis, qñ mortificatur, & dissoluit̄a generato, dissoluit secum cum dissolutione sua humiditatē naturalem, quæ conuertitur in vaporē, & tunc dissipatur generatum illud. Qm̄ calor naturalis est comprehendens, & retinēs humiditatem naturalem, & concludens ipsam. & quādo calor naturalis recidit a genera-
C to, non est retentor humiditatis naturalis, qui est comprehendens ipsam, & tunc dissoluitur, & arescit generatum, & post desiccatur, & dissipatur.

Et in frigoribus autem min⁹ putrescūt, q̄ in æstu.

Et principium causæ putrefactionis est frigus modicum, quod accidit generato.

7 Dixit: & stringit calorem extraneum non naturalem in generato: D & operatur calor extrane⁹ in illo generato, & putrefacit ipsum. &, si nō esset constrictio illius frigoris in calorem extraneum generati, & prohibitio ei⁹ à dissolutione, calor ille extraneus dissolueretur a re, in qua esset, & separaretur a re, antequàm putresceret.

In hyeme enim paucum est ī ambiente aere, & aqua calidū. quare nihil potest.

Et non habet calor extraneus in hyeme putrefacere res tantum, quantum in æstate. Et causa huius est, quia frigus in tempore hyemis E *habet posse magnum super aquam & aerem.*

8 Dixit: Et illud, quod est in reb⁹, est per calorem aeris, ſ per calorē extraneum res parua, & nō habet posse putrefacere res. & propter hoc illud, quod corrumpitur in hyeme p viam putrefactionis, festinat in re illa corruptio, quę est per congelationem, & desiccationē, propter victoriam frigoris super illam rem, quādo destruitur calor naturalis per calorem extraneum. & pp illud infirmitates hyemales sunt huiusmodi. F

In æstate autem amplius.

Sed in æstate ē putrefactio magis, quàm in hyeme.

9 Et illud est, quia multum est de calore extraneo in illo tempore: & hoc est propter calorem aeris circūstantis res. & propter hoc non festinat in generatis corruptio, quæ est propter victoriam congelationis, & desiccationis, quę eueniūt post putrefactionem paruam, sicut festinat

in

G in eis I hieme: sed festinat in eis putrefactio, quæ est per dissolutionē, & putrefactionem, & cōbustionē, & vīt illa putrefactio, quæ est p humiditatem extraneā, non illa, q̄ est propter siccitatem extraneam.

Et neq; quod congelatū. magis.n.frigidū, q̄ aer calidus.non igitur vincitur. mouens autem dominatur. Neque feruens, aut calidum.

*Et frigiditas aquæ est maior, quàm calor aeris, & intensior. & ideo admiscetur aer cū aqua, & tē*H *peratur, & admiscetur cum ea. et si essent æquales, & æquipossens, & parificarentur, non admiscerentur, nec temperarentur. & operās, & mouens res est quod comprehendit, & circundat res, & coniungit.*

10 Et vult dicere, fm q; mihi videt, q; causa in temperando, & admiscēdo contraria, est quia potentiæ sunt I æquales: & illud ē in quolibet quatuor elntorū. &, si illud nō esset, nō temperarent, & admiscerent p motorem. quia, si potentiæ essent æquales, non operaretur vna in aliā sibi comparem. &, si sic esset, nō eēt hoc posse aliquod virtutū actiuarum, & non tunc esset effectus. Et ideo necessarium est, si sit commixtio, q; sit vnum duorū elementorū fortioris operis in vna qualitatum contraria tū, q̄ suum compar, si sit contratiū in duabus qualitatibus: vel in vna qualitate tm̄, contraria sit vna potētior altera, si non habent contrarietatē ad se inuicem, nisi in vna quali

Si fit commixtio, ne cessariū ē vt vna q̄litatū cōtrariarū sit potentior. d 10 Met. c. 23 & 1. Cę c. 7. & 2. de Gñatio. & Cor. c. 48

tate tm̄.* Et propter hoc necessariū est q; non sint tm̄ inuentæ in duobus elementis duę qualitates substātiales eis I fine Et exēplū huius est. qm̄, si ignis esset calor, & siccitas eēt I eo in fine, & sic frigiditas, & humiditas in aqua, nunq̄ tēperarētur, & admiscerent ignis, & aqua, & facerent aliquid. & propter hoc, q; siccitas ignis non est in fine, nec humiditas in aqua, potuit esse q; vnū esset potentius: & ideo admiscent se. Et quando dicit q; operans est constringens, & comprehēdens res, sic voluit dicere q; operatur proximus mixtioni elementorum in compositis erit calor operans, & faciens, vel inuentus in seminibus: & ille est in genitis: vel calor inuentus in elemētis. &, si voluit dicere extremā operationem rerum frigidarum, licet sit temperamentum, dicere volet Iuentum in elemētis in locis suis, & mixtionem. &, quia non inueniuntur in locis suis simplicia. & pura, tūc erit operatur motus corporum cœlestium. K L

*Necessariū ē q; si sint tm̄ in uentæ in duobus elntis duę qualitates subalesI fine.

Minor.n. q̄ in aere caliditas, ea, quę in re. quare nō dominat, neq; facit transmutationē vllā. Similiter autem & quod mouetur, & fluit, minus putrescit quā quod non mouetur. debilior.n. M fit motus, qui ab ea, quæ in aere, caliditate, quam qui in re præexistit. quare nihil facit per mutari.

Et calor, qui est in aere, est minor calore naturali, quē admittit res I sui perditione. & propter hoc non est calor aeris comprehendens, & constringens rem suam, sicut facit

A *cit naturalis in illa. Et corruptio rei mouentis per calorem aeris circunstantis est minor, quam corruptio rei quiescentis.*

11 Vult dicere q in quiete coniunguntur duo. vnum est mortificatio caloris naturalis: & aliud est confirmatio caloris extranei i ipso ad operandum fixe in illam rem quiescentem, effectus enim augentur ex operante in quiete. & ideo ea, quæ fiũt, indigent quiete, quandiu fuerint in locis eorum propriis, & ideo vituperant, & redarguunt Medici motum post cibum.

Effect⁹ augentur ex operante i quiete.

B Eadẽ aũt causa, & quare multum minus, q̃ paucũ putrescat. in maiori. n. amplior est ignis ꝑprius, & frigidũ, q̃ vt dominentur, quę in circũstante, virtutes.

Et quoniam calor aeris est debilior, quam calor naturalis, perseuerat, & non festinat ĩ eis corruptio propter calorem aeris.

12 Et propter hoc, quãto magis paratior est res pati ab aere, & calefieri ab ipso, tanto magis erit putrefactio eius præparata, & citius quam

C res, quæ debiliter calefit per aerem. Quapropter & mare, secũdũ partem quidẽ diuisum cito putrescit, totũ autem non. Et aliæ aquæ eodem modo. Et animalia fiunt in ĩjs, quæ putrescunt, propterea q, quæ segregatur, caliditas, naturalis existens consistere facit segregata.

Mare diuisum celerius putrescere.

Et propter istam rem fætet aqua maris, quæ recedit ab illo, & mutatur. & hoc non accidit vniuersæ aquæ maris. D

Et causa in hoc est: quoniã aqua diuisa propter frigiditatem eius par uam citius calefit ab aere calefactione fortiori quam suum totum. Et vniuersaliter huius est causa: quoniam pars rei, quando diuiditur a re, festinat in eam corruptio citius quam in suum totum. & hoc est in animalibus, & vegetabilibus, & aliis. 13

De Concoctione, & inconcoctione.

Cap. 3.

QVid igitur est generatio, & qd corruptio dictũ est. Reliquũ est E aũt dicere contiguas species, quascũq; dictę virtutes operanť ex subiectis natura constantibus iã. Est itaq; calidi qdẽ concoctio. concoctionis autem maturatio, elixatio, assatio, Frigiditattis autem incõcoctio. huius autem cruditas, inquinatio, tostio. Oportet autem existimare non proprie hæc dici nomina. rebus non posita sunt vniuersaliter similibus. quare non has, sed tales oportet putare esse dictas species. Dicamus F autem ipsarum vnaquæq; quid est. Cõcoctio igitur est perfectio a naturali, & proprio calido, ex oppositis passiuis. hęc autẽ sunt propria vnicuique materia.

πέψις πέπανσις ἕψησις ὄπτησις ἀπεψία ὠμότης μόλυνσις στάτευσις.

Cõcoctio.

Et postquam manifestũ est quid sit generatio, & corruptio, conuenit vt manifestem⁹ illud, quod pertinet illis. & ẽ eius propriũ de operibus

G *ribus istarum virtutum, quas prædiximus, quòd sunt causæ generationis, & corruptionis in rebus naturalibus. Incipiamus in digestione, & dicamus quòd opus caloris est digestio.*

14 Et digestio fit in decoctione temperata. sed frigus opus ei⁹ est cõtrarium huic operi. & illud est, quia ipsum prohibet digestionẽ: & sua ꝓhibitio est cum cruditate, & priuatione digerendi. Dixit Arist. Et, qa hoc, quod ostẽdit super ipsum, hoc nomen est infinitum, conuenit ad-
H huc ꝙ faciamus intelligere hoc, qd ostendit dicere distinctiones explanantes. Et dicamus, ꝙ Digestio est complementum, quod fit per calorem naturalem per passiones rerũ contrariarum, s. ꝙ digestio est complementum passionis, & mixtionis rerum contrariarum, quę admiscẽtur, & temperantur cõplexione propria in re qualibet generata.

Cum enim cõcoctum fuerit & perfectum est, & factum. & principium perfectionis à caliditate propria accidit. Quãuis per aliquod exteriorũ auxiliũ ꝑfectum sit, vt alimentum simul
I concoquitur, & per balnea, & per alia talia. Sed principium, q̃ in ipso est, caliditas.

Et potest esse quòd sit illud complementum, & est digestio per extraneum calorem admixtum temperatum calori naturali: sicut est digestio hominis in comedendo, mel, vel res calidas, comestas, vel bibitas.

K Et certum est ꝙ omne generatũ habet vnum modum mixtionis: & 15
sua perfectio, & complementũ est eius digestio. & ideo, q̃n est digesta materia cuiuslibet generati, explicata est ei⁹ inuério, & pfecta. & cõstat ꝙ complemẽtum, & explicatio materiæ mixtæ, quod est digestio, ẽ per calorem naturalem, & propriũ in illo generato. Et hoc manifestũ est in cibatione. q̃m cibatio ſm qd est generatio, & non est differentia inter generationem ſm partẽ, & generationem ſm totum. Et illud est, ꝙ istæ iuuantur a digestione aliorũ cibariorum cum calore extraneo, L
qui est in eis. verũtamen operans digestionẽ oĩbus modis ẽ calor nãlis.

Cibatio se cũdũ qd ẽ gñatio.

Finis autem his quidem natura est, natura aũt, quam dicim⁹ vt formam, & substantiam.

Et complexio rei, quæ venit per digestionem, est sua forma, & substantia, quæ nominatur natura.

Et illud est, ꝙ subiectũ digestionis 16
conuertitur, q̃n iam digestũ est, ad formam operantis digestionem & ad naturam suã: sicut cibaria, q̃, quando digesta sunt, conuertunt̃ in calorem naturalem in similitudinẽ speciei caloris digerẽtis illa cibaria.

His autem in subiectam quã M
dam formam finis est concoctionis, cũm tale fiat, & tm̃ humidũ, aut assetur, aut elixetur, aut putrefiat, aut alio quodam modo calefiat. tunc. n. vtile est, & concoctum esse dicimus. sicut mustum, & quæ in tuberculis constant, cum factum fuerit pus, & lachryma, cũm facta fuerit sordes, sil̃r autẽ & alia. Accidit aũt om-

A omnib⁹ hoc pati, cùm victa fuerit materia, & humiditas. hæc enim est, quæ terminatur ab ea, quę in natura, caliditate. quandiu enim insit in ipsa ratio, natura hoc est. Quapropter & sanitatis signa, quæ talia, & vrinæ, & egestiones, & omnino superfluitates. & dñr concocta esse, qa indicent caliditatem propriã dominari humido.

Sanitatis indicia.

Et illud est, quòd, quando admiscetur cum illis humor, qui est potens digeri, fit digestio, secundum quòd conuenit. sed quando non est B *humiditas maior, quàm conuenit, nec minor, nec etiã similiter opus operantis est excedens, nec magis, nec minus: sed & constat quòd subiectum stabilitũ est operi digestionis in ipsum per calorem naturalẽ, quando mutatur, aut assatur, aut putrescit. sicut mustum. quod stabilitum est digestioni, quando bullit, & feruet, & sic multi fructus stabiliuntur digestioni, quãdo maturescunt. Et, quando completa est digestio in rebus, quæ digeruntur,* C *separantur ab eis superfluitates, quæ non expediunt corpori: sicut vrina, sudor, & egestio, & sic sanies spissa lachrymalium in ægritudinibus oculorũ. Et ideo dicitur quòd ista cibaria, quando veniunt ad suum finem, quòd sunt maturata, & digesta: quia digestio in eis est completa, quando calor naturalis vicit super ipsa, & separauit ipsa ab ĩdigestis separatiõe perfecta* D

Et illud quidem est, quãdo non remansit de illis aliquid, quod non est conueniẽs ad essendum. partem digesti. & filr non relinquit in re digesta aliqua pars illarum superfluitatũ, s. res, qñ conuenit vt sit pars digesti, & hoc opus completum est p victoriam caloris naturalis sup materiam, in qua operatur, & propter potentiam super eam.

Necesse autem est quæ concoquuntur crassiora. & calidiora esse. calidum. n. efficit tale melioris molis, & crassi⁹, & sicci⁹. concoctio igitur hoc est. inconcoctio autem imperfectio est ꝑpter indigentiam propriæ caliditatis. indigentia autem caliditatis frigiditas est. imperfectio autem est oppositorum passiuorum, quæ quidem est vnicuiqꝫ natura materia. concoctio igit̃, & inconcoctio determinatę sint hoc modo. E

Inconcoctio.

Et, quando digeruntur res, inspissantur, & ingrossantur, & calefiunt, & arescunt, postquam fuerunt frigidæ. operatur autem illis siccitatem, & spissitudinem calor naturalis. et hoc, quod prediximus, est opus caloris naturalis. Sed opus frigoris, quod prohibet digestionẽ est diminutio complementi digestionis, quæ est per calorem naturalem. & hoc est, quod diminuit calorem naturalem. & res inuentæ per huiusmodi opus, s. frigoris sunt F

non

A *non finita, neq; completa. & illa vniuersaliter sunt cōtraria rebus, quæ generantur per calorem naturalem in diminutione, & in complemento, propter contrarietatem virtutum operantium in ipsas, similiter in complemento, & diminutione. Et hæc ē definitio digestionis, & indigestionis.*

18 Quia principium digestionis in istis est apparitio prima bonitatis: & finis digestionis est complementum illius bonitatis.

B *De Speciebus concoctionis, & inconcoctionis, Maturatione s. & Cruditate, Elixatione, & inquinatione, Assatione, atq; Testione. Cap. 4.*

Maturatio autē est cō coctio quædā. concoctio enim alimēti in his, quę circa fructū, Maturatio dicitur. Qm̄ aūt concoctio perfectio quædā est, tunc maturatio perfecta est, qn̄ semina, quę in eo. quod circa fructū, possunt efficere tale alterū, quale ipsum. etenim in aliis perfectū sic dicimus. eius igitur, qđ circa C fructum, hęc maturatio. Dicunt aūt & concoctorum alia multa, matura, fm eandē quidē formā: trāslatione aūt, propterea ꝙ nō sunt posita, sicut dictū est prius, nomina fm vnāquāq; perfectione circa ea, quæ terminant a naturali caliditate, & frigiditate. Est aūt tuberculorū, & pituitę, & talium maturatio a naturali calido inexistentis humidi concoctio. impossibile.n. est terminare non dñans. D Ex spirituosis igitur aquosa, ex talibus aūt terrestria consistunt, & ex tenuib⁹ semper crassiora fiunt, quæ maturat̄ oīa. Et hęc qdem in ipsam natura ducit secundum hoc, hęc autem eijcit. maturatio igitur dictum est quid est.

Et digestio habet latitudinem aliquam inter principium, & finē quando diuersificatur in eis secundum magis, & minus, sicut in fructibus. Et ista finis, s. est nominatus in omnibus nomine deriuato a E *complemento. Et certe conuenit rei generatæ nomen complemēti, quādo habet vigorem semen eius, & granum generādi suum simile. Et aliter dicitur maturatio per similitudinem ad maturationem naturalē illud, quod generatur per opus caloris naturalis in humorem extraneum in corpore animalis: sicut reducitur apostema ad saniem albam, & conuertuntur humores in illis ad saniem illam. & quando digeruntur res subtiles aereæ, alte* F *rantur primo ad aqueitatem, & post aqueitatem ad terrestreitatē, & post inspissantur, & ingrossantur: & illud est, quod proprietas mutationis est quod ispissat res subtiles. &, quando digeritur res, conuertit natura partem eius ad ipsum, cuius est natura. Et eijcit similiter aliquam partem illius rei, &* expel-

A *expellit ab illo corpore. & hæc expulsio est deassimilatio. & ideo nō potest esse in aliquo generato, quin appareat superfluitas materiæ.*

19 Volo dicere ad corpus rei, cuius ē natura. & hæc est ei assimilatio.

Cruditas. Cruditas aūt est cōtrarium. Contrariū aūt maturationi incōcoctio alimēti in eo, quod circa fructum. hoc aūt est interminata humiditas, quapropter aut spirituosa, aut aquosa, aut eorū, quæ sunt ex ambobus, est cruditas. Qm̄ aūt maturatio pfectio quædā est, cruditas imperfectio B erit. Fit aūt imperfectio, propter indigentiam naturalis calidi, & incommensurationem ad humidum, quod maturatur.

Et postquam narrauimus de digestione completa, nunc narremus de indigestione, & immaturitate, & quæ sunt. Et dicamus quòd cruditas est contraria digestioni, et maturitati, quā præmisimus, quæ est inuenta iu fructibus, & etiam alijs rebus. Cruditas autē, & im- C *maturitas sunt propter multitudinem humiditatis extraneæ in re. Et cruditas est per remissionē paruæ ventositatis in re digesta, & aquitatis. & illud, quia digestio, postquam est complemētum passionis materiæ, & decoctionis eius, erit cruditas decoctiōis diminutio in materia, & complementi passionis eius. Et vniuersaliter prohibēs operationē maturationis, postquā res ē cruda, ē diminutio caloris naturalis, & victoria humiditatis.* D

20 Sed qn̄ calor, & humor sunt proportionati in mensura, tunc maturescit res cruda. calor autē maturat rem humidā, qn̄ non admiscet cū illo siccitas. maturitas. n. ē à calore naturali, & humore naturali: sicut putrefactio est a calore accidentali cum humiditate accidentali.

Nullū aūt humidū ipsum fm se maturat sine sicco. A q. n. non incrassat, sola humidorū. accidit āt, aut eo ꝙ calidū sit paucū, aut qa qđ terminat humidū multū.

Et omnes res humidæ inspissantur per calorē, præter aquam solū. E

21 Et illud est, quia calor est ī ea parum, & humiditas multa: & vlr terminatum in ea, & est qualitas passiua vincens, & terminans illa, & est qualitas agens deuicta.

Quapropter & tenues humores, eorū, q cruda sunt, & frigidi magis, quā calidi, & inesibiles, & impotabiles. Dr āt & cruditas, sicut & maturō multis modis. vn̄ & vrinæ, & egestiones, & destillationes crudæ dn̄r, pter eandē cām. eo. n. ꝙ non victa sunt a caliditate, neq; consistunt, cruda omnia appellātur. F

Et omnes succi crudi sunt frigidi, & non calidi, neq; comesti, neq; potati. Etiā inuenitur cruditas, & priuatio immaturitatis in rebus multis manifestis. Sūt. n. quędā iuēta ī superfluitate per effectū, sicut vrina, & egestione, & mucilagine, & hoc est in ægritudinibus.

G Quia quodlibet istorũ est tenue,
11 subtile, & clarum pp diminutionẽ
operationis caloris naturalis ĩ ipm.

Longe autem procedentib⁹,
& fictile crudum, & lac crudũ,
& alia multa dicuntur, si, cũ pos
sint transmutari, & consistere à
caliditate, non passa sint. Qua-
propter aqua elixata dicit, cru-
da autem non, quia non incras-
satur. Maturatio igitur, & crudi
tas dictum est quid, & propter
Elixatio. quid vtrunq; ipsorum. Elixatio
autem est fm totum quidem cõ
H coctio à caliditate humida ĩ exi
stentis interminati in humido.
Dicitur autem nomen proprie
solum in his, quæ elixant. Hoc
autem vtiq; erit, sicut dictũ est,
spumosum, aut aquosum.

*Et est inuenta cruditas in rebus
artificialibus sicut inuenitur ĩ va
se fictili, & in lateribus, & simili
bus. Sed cruditas dicta ĩ rebus istis
non est talis, qualis ea, quæ dicitur
in rebus naturalibus. & sunt qua
dam res, quæ nõ recipiunt vel ma
turitatem, vel cruditatem, sicut
I aqua, quæ nec ingrossatur, nec ĩspis
satur. Iam rememorauimus quid
maturitas, & quid cruditas, &
quid est digestio.*

12 Quia digestio, & substantia dige
stionis est temperantia æqualitatis
caloris, & humoris, qui reperiuntur
in corpore terrestri præparato ad ge
nerationem. & generata, in quibus
generatur maturitas, sunt cõuenię-
tia illi, & præparata ad receptionem
illius, & res ꝑpatatæ ad receptionẽ
maturitatis sunt res spirituales. qm K
omnes huiusmodi sunt, quæ matu
rant, & digerunt per opus spiritua-
lis caloris ĩ humiditatẽ aquosam, s.
caloris naturalis ipsorum spirituũ,
videlicet rerum aĩatarũ. & illud est,
quia digestio temperata in illis, est
dicta fm prioritatem.

Cõcoctio aũt fit ab eo, qui in
humido, igne. Quæ. n. in sartagi
nibus, assantur. ab extrinseco. n.
calido patiuntur. in quo aũt est
humido, facit illud magis siccũ,
in seipsum reassumẽs. Quo aũt
elixatur contrarium facit, excer L
nitur. n. ex ipso humidum a cali
ditate, quæ est in extrinseco hu-
mido. Quapropter elixata sic- Elixata assis aridiora.
ciora sunt, ꝗ̃ assa. non. n. attra-
hunt in seipsa humidum, ꝗ̃ eli-
xãtur. dominatur. n. extrinseca
caliditas ei, quę intus est. Si aũt
vinceret quę intus, traheret vti-
que in ipsam.

*Sed res & tostæ, & assatæ sũt
res, quæ arescunt, & desiccant an
te maturationem per operationem
caloris extrinseci extranei in illis,
non caloris naturalis. nam proprie
tas est caloris extranei quòd dissol M
uat humiditates, & cõsumat eas,
antequam perueniat res ad matu-
ritatem. sed & hoc extrinsecum
in apparenti. Sed res digestæ ma-
turitate, accidit eis cõtrarium hu-
ius. quia non desiccatur in eis ante
digestionem extrinsecus apparẽs:
quia humiditas in eis consumitur,
& desiccatur proportionaliter in-
tus,*

A *tus, & extra simul, sicut in alijs operationibus naturæ, econtrario arti. Et ideo sunt res tostæ, & assatæ aridæ, & siccæ in apparenti extrinseco plus, quam res maturatæ. & habent plus de humore intus, quoniam calor extraneus propter grossitiem suam non habet victoriam in eo, quod est intra.*

24 Sicut euenit in digestione cōpleta, & naturali, vbi æqualitas est intus, & extra.

Est autem non oē corpus eli-
B xabile. neq; n. in quo nullū est humidū, velut ī lapidibus, neq; in quibus inest quidem, sed non pōt vinci ob spissitudinē, vt in lignis: sed, quæcunq; corporum habent humiditatē passibilē ab ea, q̄ est in humido, ignitione.

Et non omnes res digeruntur, & maturantur. & hoc, quia res siccæ, in quibus non est humor, nec maturantur, nec digeruntur, sicut
C *lapis siccus, in quo non est humor. & sic non digeruntur res siccæ raræ pōderosæ. vt lignū, & similia.*

25 Et sil̃r densę, q̄m nō recipiunt humorem superuenientem, nec retinerent in semetipsis propter cōstrictionem suarū partiū, & adunationem earum. sed res, quę maturātur, sunt in quibus est humiditas passiua caloris inuenti in ipsis.

Dicitur autem & aurum elixari & lignū, & alia multa, fm. formam quidem *eandē, sed trāslatione. non enim paria posita sunt nomina differentijs.

*a. l. non eadem.

Et iam dictum est quòd aurū, & lignum de: oquitur, & maturescit, quando generatur. sed hoc dictum est propter similitudinem, & non secundum veritatem. D

Volo dicere q maturatio melius: & plus dicta est de animalibus, quā de vegetabilibus: & in vegetabilib' plus, quam de minera. 26

Et humida quoq; elixari dicimus, velut lac, & mustum, cùm qui in humido sapor in formam aliquam transmutetur ab eo, q in circuitu, & extrinseco igne calefaciēte, quare modo quodam sil'e dictæ elixationi facit. E Finis autem non idem omnibus, neq; his, quæ elixant̄, neq; his, q̄ cōcoquunt̄: sed his quidē ad esum, his autem ad sorbitionē, illis vero ad alium vsum. q̄m & medicamenta elixare dicimus. Quare quęcunque crassiora possunt fieri, aut minora & grauiora, aut hæc quidem ipsorum talia, hęc autem cōtraria, ꝓpterea quòd F disgregata hæc quidem incrassantur, illa autem attenuantur, sicut lac in serum, & coagulum, omnia elixabilia sunt. Oleū autem nō elixatur ipsum fm seipsum, quia horum nullū patitur. Secundum elixationem igit̄ dicta cōcoctio, hoc est. & nihil differt, in instrumentis artificialibus, aut naturalibus si fiat: propter eandem enim causam omnia erunt. Inquinatio aūt inconcoctio quidem, contraria aūt elixationi, Erit aūt cōtraria primę

Elixabilia quæ.

Inquinatio.

G dicta, incōcoctio eius, quod in corpore, interminati, ꝑpter defectū caliditatis, quæ in humido, quod circū. Defectus aūt cū frigiditate ꝙ ille dictū est. fit aūt ꝑpter motū al: ū. expellitur.n. concoquens. Et defectus autem aut ꝑpter multitudinē frigiditatis in humido, aut ꝑpter multitudinem, quæ in eo, quod elixatur. tunc.n. accidit eam, quæ in humido caliditatem ampliorē quidem esse, ꝙ vt non moueat, minorem aūt, ꝙ vt æquet, & simul cōcoquat. Quapropter, du

H riora quidem inquinata fiunt, elixatis. humida autē distermi nata sunt magis. Elixatio igit̄, & inquinatio, dictum est & qd

Assatio. est, & ꝑpter quid est. Assatio autē est cōcoctio à caliditate sicca, & aliena. Propter hoc, & si quis elixans faciat transmutari, & cōcoqui non ab humidi caliditate, sed ab ea, quę ignis, cùm cōpletū fuerit, assum fit, & nō elixatum: & excessu adultum esse dicit̄. A sicca āt caliditate fit, cū

I siccius fit, cōpletū. quapropter & exteriora sicciora interioribus: elixata aūt contrarium. Et opus est in manufactis magis assasse, ꝙ elixasse, difficile.n. exteriora, & interiora ęqualiter calefacere. semp.n. ꝑpinquiora igni exiccant̄ citius: quare & magis. coeūtibus igit̄ exterioribꝰ meatibus, non pōt excerni intus existens humidū, sed includit̄, cum meatꝰ clausi fuerint. Assatio igitur, & elixatio fiunt quidē arte,

sunt autē, sicut dicimus, species K vīr eædem, & natura similes.n. ꝙ fiūt passiones, sed inominatæ. imitat̄.n ars naturā. qm̄ & alimēti i corpore cōcoctio sīlis elixationi est. etenim in humido, & calido à caliditate corporis fit. Et inconcoctiones quædam sīles inquinationi. Et aīal nō fit in ipsa cōcoctione, sicut quidā aiūt, sed in excretione, ꝙ putrefit in inferiori aluo, deinde ascēdit sursum. cōcoquit̄ n, in superiori vētre, putrescit aūt in inferiori excretū, ꝑpter quā aūt cau

Aīal i cōctione nō nasci.

L sam dictū ē in aliis. Inquinatio igit̄ elixationi cōtrariū. Ei aūt, ꝙ vt assationi dictæ cōcoctioni, est qdē aliqd oppositū sīle, minus aūt nominatū. Erit āt vtiqꝫ si fiat Tostio, sed nō Assatio ꝑꝑ

Tostio. defectū caliditatis. quę accidet vtiqꝫ aut ꝑpter paucitatē exterioris ignis, aut ꝑpter multitudinē aquæ, ꝙ in eo est, qd assat̄. tunc.n. amplior quidē est, quā vt non moueat, minor aūt, quā vt cōcoquat. Quid igit̄ est cōcoctio, & incōcoctio, et maturum, M & cruditas, & elixatio, & assatio. & contraria his dictum est.

Et iam dictū est, maturum quidem de re naturali, sicut maturū de lacte, & de non naturali, sicut maturitas succi vuæ, & aliarum rerum, quæ maturantur per calorem exteriorem aeris, s. per calorē extraneū. & istud est propter similitudinē ad maturitatē naturalē. Et maturitas naturalis vniuersa-

liter

A *liter est diuersa à maturitate, quæ est per calorem extraneum, quia finis vtriusq; diuersus. Et illud est, quia finis rerũ maturatarum sunt diuersi. & quòd faciunt homines. sic, est diuersũ: & est, quia aliquid est comestũ, & aliquid potatũ, & aliquid, quod non est comestũ, neq; potatum. & medicinæ iam dictũ est in illis, quòd sunt maturæ, quoniam sunt inspissatæ, & ingrossatæ. Et aliqua res in sui maturitate*
B *inspissatur, & aliqua pars eius non. & subtiliatur aliqua pars eius, sicut lac, cuius substãtia casealis inspissatur in decoctione, & subtiliatur substãtia aquosa, & separatur in ipso. Sed oleũ non maturatur, nec decoquitur, nec ingrossatur: Decoctio igitur completa, & digestio est illa, quæ fit per maturationem completam prædictam. & res, quæ sunt valde digestæ, & decoctæ sunt debiliores, & fluxæ magis, quam res, quæ nõ sunt val-*
C *de digestæ. & res, quarum digestio nõ est completa, in fine sunt duriores. & assatæ habent posse magnum in calore, & siccitate. et res assatæ calor apparens in illis est fortior, quam interior calor: & in maturatis interior calor est fortior, quam calor apparens. Et in rebus euenit assatio duabus de causis. Vna illarum causarum est siccitas materiæ suæ: & secunda est potentia caloris, sicut accidit rebus siccæ materiæ, quando approximantur igni. Et priuatio assabilitatis euenit duabus de causis. Vna illarum est, diminutio caloris, quæ euenit rei ex extrinseco, scilicet caloris extranei: & secunda erit multitudo aqueitatis, quæ ad miscetur cum re passiua.* D

Sed alterabit, antequã recipiat figurã inspissationis, & destruetur. 17

SVMMA SECVNDA.

De speciebus, à passiuis qualitatibus prodeũtibus. E

De Siccitate, ac Humiditate, passiuis corporum princi[*pi*]*js, Duritieq;, & Mollitie.* Cap. I.

Passiuorũ aũt humidi, & sicci dicẽdũ species. Sunt aũt principia quidẽ corporũ passiua, humidũ, & siccũ, alia autẽ mista quidẽ ex his. ex quocũq; aũt magis, huius magis secundũ naturã sunt, vt hæc quidẽ sicci magis, hęc aũt humidi. oĩa aũt hęc, hæc quidẽ actu esse aũt, hæc ãt in opposito. habet aũt sic liquatio ad liquabile. Quoniam aũt humidũ quidem bene terminabile, siccũ autẽ difficile terminabile, simile F aliquid obsonio, & cõdimentis ad inuicem patiunt. humidum enim sicco cã est vt terminetur, & vtrunque vtrique velut gluten fit. sicut & Empedocles fecit in Physicis, farinam aqua conglutinans. & propter hoc ex ambobus est terminatũ corpus. Dicuntur autem elemen- Empedocles.

G torũ propriĳssime,siccũ quidem terrę.humidũ autẽ aq̃. Propter hoc oĩa terminata corpora hic nõ sine terra,& aq̃.cuiuscũq; ãt plus,ſm potentiam huius vnũquodq; vr̃. Et in terra,& ĩ aqua aĩalia solum sunt, in aere aũt,& in igne non sunt, quia corporũ materia, hæc.

Et postquam manifestauimus quid est digestio,& quid est cruditas,& quid est assatio, & quid est tostio: & sunt opera virtutũ operãtiũ,quæ sũt calor,& frigus: narre-
H *mus modo opera duarum virtutũ passiuarũ,quę sũt humiditas,et siccitas.|Et dicamus quòd initiũ passibilitatis est humidum in generatis,& siccũ. & illud est, quoniam oĩa generata corpora passiua sunt composita ex humido,& sicco: sed diuersantur corpora per victoriam humidi ĩ aliquibus, & sicci super aliqua: Et causa in essendo corpora composita ex istis duabus virtutibus est, quia humiditas, sicut prædictũ est, facilis est ad separationẽ,*
I *& siccitas est grauis ad separationem. & quãdo complexionantur, patiuntur vnũ ab alio, & arescit tunc humidum,& humefit siccũ, & humidũ remollit siccum, quousque conuertatur in viscosum, sicut glutinum. Et istud iam dixit Empe. in sermone de Naturalibus, & assimilauit illud, quod euenit per mixtionem humiditatis cũ siccitate in corporibus, quousq; fiat vnũ,* K
& difficultatem in separatione assimilauit dicto glutino.

Ad similitudinem eius, quod accidit farinę,q̃n admiscetur aqua mixtione forti,q̃m illa farina efficitur multum viscosa,quia humor aquę profundat⁹ in ea facit partes siccas contangere se adinuicem:& siccitas facit humidum recipere corporeitatem,& difficultatem separationis.sicut est dispositi ĩ visco,& glutino. q̃m ipsum fit inspissatum,& adunatum per humorem,& efficitur graue ad separationem propter siccitatem:& siccitas,quæ in ipso admiscetur,est causa retentionis in ipso glutino in seipso, & causa suæ formæ figuratæ:& humiditas ẽ causa adunationis, & mixtionis. 28

L

Corporalium autem passionũ,has primas necesse inexistere terminato,duritiem, aut mollitiem. necesse.n.quod ex humido,& sicco,aut durum esse, aut molle. Est autem Durus quidẽ quod nõ cedit in seipsum,ſm superficiem: Molle autẽ,quod cedit,non circumobsistẽdo. aqua enim non mollis:nõ.n.cedit cõ- M pressione superficies in profundum,sed circumobsistit. Simpl'r igitur durum, aut molle,q̃d simpliciter tale,ad alterum autem, quod ad illud est tale. Adinuicẽ igitur indeterminata sunt per magis,& minus. Quoniam autem ad sensum omnia iudicam⁹ sensibilia, palam quòd & durũ, & molle,& simpliciter ad tactũ determinauimus, tãquam me-

Durum.

Molle.

A dietate vtentes tactu. quapropter excedens quidem ipsum, durum, deficiens autem, molle esse dicimus.

Tunc est manifestum ex hoc quòd humiditas, & siccitas sunt principia generatorum corporalium, & generationis corporum materialium. & hoc ideo, quia humidum est illud, quod facit acquiri adunationem, & vnitatem, & vicinitatem: & siccitas iuuat vt acquiratur compositio, & B *retentio, & difficultas separationis. Et non est dictū in aqua quòd sit mollis: quia molle est illud, quod cedit superficie in profundū: sed aqua, quando comprimitur, diuiditur in partem dextram, & sinistram, & non cedit in profundum per compreßionem.*

29 Et postq̄ est de necessitate quòd generentur hæc corpora per mixtionem humidi cum sicco, & elementum siccum est terra, & elemētum humidum est aqua, tunc est de necessitate quòd omne corpus C generetur grossum passiuum ex aqua, & terra, & omne genitum est conueniens elemento, quod vincit in ipso non alijs elementis. Et signum victoriæ istorum duorum elementorum in generatis est inuentio animalium in aqua, & terra: ista duo elementa locant ipsum animal, sed non alia elementa. Et causa huius est victoria istorum duorum elementorum super ipsum: sicut sua mansio in istis duobus mōstrat potentiā eorū in ipso.

Causarum Concretionis, & liquefactionis consyderatio. Cap. 2. D

NEcesse aūt durū, aut molle esse terminatū corp⁹ proprio termino, aut t. n. cedere, aut nō, adhuc cōcretum esse hoc. n. definitur. Quare, quoniam omne quidem terminatum, & consistens aut molle: aut durum: hæc autem concretione sūt: omnia vtiq; erunt corpora & composita, & terminata non sine concretione. De concretione igitur dicendum. Sunt itaque causæ, quæ circa materiam, duæ, E agens, & passio. agens quidem, vt vnde motus, passio autem, vt forma. quare & concretionis, & diffusionis, & exsiccationis, & humectationis. Agit autem agens duabus virtutibus, & patitur patiens passionibus duabus, sicut dictum est. agit quidem calido, & frigido: passio autem aut præsentia, aut absentia calidi, aut frigidi. Quoniam autem concrescere exsiccari aliquo modo est, de hoc dicamus primo. Patiens itaq; aut F humidum, aut siccum, aut ex his. Ponimus autem humidi corpus, aquam: sicci autem, terram. hæc enim humidorum, & siccorum passiua. quapropter & frigidum. passiuorum magis, in his enim est. etenim terra, & aqua frigida supponuntur. Actiuum autem frigidum, vt; corruptiuum. aut secundum accidens: sicut dictum est prius.

G aliquando enim, ꝙ vrere dicitur, & calefacere frigidum, non vt calidum, sed quia congregat, aut quia circumobsistit calidū.

Et postquam manifestum est illud, tunc corpora corrumperentur, nisi esset generatio illorum cū congelatione, quæ est inspissatio. Et dicamus quòd causa passibilitatis materiæ sunt duo, s. operans mouens, & opus, quod accidit ex illo in passiuū, quod est opus ipsius passiui. &, quia operans hic est calor, & frigus, & illud quidem frigus
H *accidit materiæ, quando deficit calor, & calor accidit eidem, quādo deficit ei frigus, & est manifestū ex modo operis eius, & est congelatio, quæ est desiccatio aliqua, tunc conuenit vt incipiamus determinare siccitatem, s. quomodo generetur per istas duas virtutes operantes, scilicet calorem, & frigus, et quæ res incipiant hoc accidens ab illis, et consequuntur hoc accidens.*
I *Et dicamus quòd omne corpus passiuum non oportet esse sine victoria humidi in ipso, et sicci, quæ duo sunt terra, et aqua. Et, quia ista duo elementa sunt frigida: euenit de necessitate quòd sit in omni generato de virtutibus actiuis virtus frigoris: et frigus substantialiter operatur in generatis corruptionem: et si accidat vt iuuet aliquando ad generationem.*

K Sicut est eius prohibitio ab assatione, & facit congelari humidum corpus post complementum digestionis, & facit corruptionem effectuum generatis similiter duobus modis, si accidit. & illud est, quia constringit calorem in profūdo rei, quousque adurit res, & diuidit partes eius. & substantialiter illud est, quia deperdit calorem naturalem, qui est in re. & accidit ex hoc destructio contradictionis partium generati ex exhalatione, & exitu humiditatis naturalis à re propter recessum caloris naturalis. 30

L Exsiccantur autem quæcunque sunt aqua, & aquæ species, aut habent aquam siue superinductam, siue connatam. Dico autem superinductam quidem, velut in lana: connatam autem velut in lacte. Aquæ autem species talia, vinum, vrina, serum, & omnino quæcunque nullam, aut paruam habent subsidentiam.

M *Et generata, et humida aquosa arescūt arefactione naturali, s. per se, aut arefactione accidentali, s. extranea. Et arefactio accidentalis est sicut spongia humefacta, qua arescit per calorem accidentem ei extrinsecus, non per suam naturam.*

31 Et Arefactio naturalis est sicut res humida, quæ inspissatur, & ingrossatur, & arescit in semetipsam per suam substantiam, & per suam naturam.

Non

A Non propter viscositatem. quibusdam enim causa non subsidendi aliquid viscositas, sicut oleo, aut pici.

Et res viscosæ non arescunt propter viscositatem, quæ est in eis, sicut oleum, & pix, & cera.

32 Et fuit sicut propter hoc humor, qui est in eis, non spargitur, neque dissoluitur per virtutem operantem.

Exsiccantur autem omnia, aut calefacta, aut frigefacta. ambo autem calido, & ab interiori

B caliditates, exteriori.

Et res humidæ arescũt aut propter frigus, aut propter calorem.

33 Et desiccatio propter frigus erit, quia frigus retinet calorem intus in re, & ille operatur in humorem, qui est in re.

Etenim quæ infrigidatione exsiccantur, sicut vestimentum, si fuerit separatum ipsum secundum seipsum humidum, ab interiori calido coeuaporare faciente humidum exsiccatur, si

C paucum fuerit humidum, exeunte caliditate à circunstante frigido. Exsiccantur igitur, sicut dictum est, omnia, aut calefacta, aut frigefacta. & omnia calido, aut interiori, aut exteriori, coeuaporare faciente humidum. dico autem extra quidem, sicut quæ elixantur, intra autem, quando ablato humido à caliditate, quam habet, D consumptum fuerit expirante. De exsiccatione igitur dictum est. Humectari autem est, vnum quidem, aquam fieri consistentem, vnum autem liquefieri concretum. Horum autem in aquam cogitur frigefactus spiritus. De liquefactione autem simul, & concretione erit manifestum.

Et arescit illa res, sicut accidit panno, qui arescit per frigus. & hoc est, quia res, quæ habet paruũ humorẽ, quãdo apponitur præsen- E *tialiter frigus in ipso calore inuento in ipsa, causa petens centrũ plus ponit ibi, quam sparsus per totum. plus.n. potest super partem, quam super totum. & sic vigoratur parte centri, cuius humidũ consumit. uigoratur.n. tunc calor, et arefacit rem. Et eodem modo accidit calori, quando contrariat ipsum frigus, et dissoluitur a re, et quærit locum proprium, et cum dissolutione sua dissoluitur humiditas inuenta in illa re, & sic arescit desiccatio-* F *ne, quæ est per calorem substantialem. & illud est, sicut ĩ rebus, quæ desiccantur per calorem ignis, qui circundat illas. & sunt quædã genera, quæ humefiunt post congelationem, aut quia alterantur in aquam, aut quia liquescunt permanente sua substantia, & forma.*

G Et pix, & cera, & generata, &
34 quæ liqueſcunt per calorem, congelantur per frigus. & ideo, quando infrigidantur, congelantur.

De Concretione, Liquefactione, & Incraſſatione: Et de his, quæ hæc vel patiuntur, vel non patiuntur, & quomodo. Cap. 3.

Concreſcunt autem quæcunq; concreſcunt, aut aquæ exiſtentia, aut terræ, & aquæ.

Et res, quæ congelantur poſt liquefactionem, non poteſt eſſe quin
H *ſint de natura aquæ, ſicut nix, aut ex natura aquæ, & terræ.*

35 Sicut quando vincunt aqua, & terra, vt lapides, qui liqueſcunt.

Et hęc aut frigido, aut calido ſicco. quapropter & ſoluuntur contrarijs, quæcunque ſoluuntur concretorum à calido, aut à frigido. quæ enim à ſicco calido concreuerunt, ab aqua ſoluūtur, quæ eſt humida: quæ vero à frigido concreuerunt, ab igne ſoluuntur, qui eſt calidus.
I Concreſcere autem quędam vtique putabuntur ab aqua, vt mel elixatum. concreſcunt autē non ab aqua, ſed ab eo. quod in ipſa eſt, frigido. Quæcunque igitur ſunt aquæ, non concreſcunt ab igne. ſoluūtur enim ab igne. idem autem eidem ſecundum idem nō eſt cauſa contrarij. Amplius, dum abſcedit calidum, concreſcunt quare palam

Idē eidē ſm idē ñ eſt cā contrarij.

ꝙ dum ingrediť ſoluenť: quare, K
faciente frigido, concreſcunt. Quapropter & non incraſſanť talia concreta. Incraſſatio. n. humido quidem abeunte fit, ſicco autem conſiſtente.

Et coagulari cuiuſlibet rei coagulabilis non pōt eſſe quin ſit aut per calidum, aut per frigidum. & res congelatæ, quæ liqueſcunt, & diſſoluūtur, vt eſt congelatio per calorē, diſſoluuntur per aquam, vt ſal: & illæ, quæ congelantur per frigus diſſoluuntur per ignē. iam cogitauerunt multi homines, pro- L
pter hoc, quòd natura aquæ eſt congelari. & innuunt ratione ad hoc ex melle, quod congelatur, quando ponitur intra aquam frigidam, & aqua frigida non facit congelari mel, per naturā ſuā fluidā currentem, ſed per frigus ſuum. Et res aquæ humidæ in ſua natura ſunt res, quæ diſſoluuntur per ignem, et nō condenſantur per ipſum, quia vna, et eadem res nō operatur duo contraria in vno ſubiecto.

Et aliquæ res congelantur, quā- M
do priuantur à calore congelatio- 36
ne aliqua, & reuertuntur ad naturā ſuam liquefactionis, qn̄ occurrit eis calor, & generata huiuſmodi ſunt, in quibus vincit humor. & propter hoc, qn̄ congelantur, non nutriuntur, ſed deſiccanť, nec habent exceſſum in duritie, ſed accidit eis congelatio: qm̄ opus ſiccitatis, quæ occurrit eis, vincit opus humiditatis, & hmōi ſunt, ſicut ego credo, gūmi.

Aqua

A Aqua aũt humidorũ non incrassatur, sola. Quæcunq; autẽ cõia terræ, & aquæ, & ab igne concrescunt, & á frigido. incrassantur aut ab ambobus, est quidem vt eodem modo, est autem vt aliter. á calido quidem humidum educẽte: euaporante enim humido, incrassatur siccum, & consistit, a frigido aũt calidum exprimente, cum quo humidũ simul recedit, coeuaporante.

Quæcũq; igitur mollia, sed nõ humida, nõ incrassantur, sed cõcrescunt, exeunte humido, velut
B assatum fictile. Quæcunq; autẽ mistorũ humida sunt, & incrassantur, velut lac. Multa autẽ & humectantur primo, quæcunq; aut crassa, aut dura a frigido prę extiterint. quẽadmodum & fictile primo, dum assatur, euaporat. & mollius fit. quapropter, & inuertitur in fornacibus.

Et iam narrauimus ante quòd oẽs res humidæ inspissantur præter aquam, nisi aqua fuerit mixta cum terra. quia tunc aqua congelatur,
C *& inspissatur, vel per ignẽ, aut per frigus: sicut dictũ est quòd desiccatur, & non dictum est quòd inspissatur: sicut argilla, quæ conuertitur in testam.*

37 Et non inspissatur, anteq̃ desiccetur, sed desiccatur, qñ dissoluit calor extrinsecus humorem eius, & humiditatẽ. Sed lac, & suum simile in rebus inspissatur, & ingrossatur: qm̃ operat' in ipso calor ignis. & aliquæ res desiccãtur vltimo per ignem, & humefiunt primo, & post arescunt, D
& durescunt: sicut testa, quæ in initio, qñ ponitur in furno, & igne, exhalat ex ea vapor humefaciens ipsam, & post desiccatur. Et causa huius est, quia calor primo dissoluit illud, quod est in eo, quod remansit de humore in ei' profundo interiori, & humefit pp hoc, & post dissoluitur humor ille, & cõsumitur á calore, & arescit testa. & pp hanc causam gyrant Figuli vasa in furno.

Quæcunq; igitur a frigido cõcrescunt, cõium terræ, & aquæ, plus aũt habentium terræ: quæ quidẽ, quia calidum egreditur, E
concrescunt, hæc liquefiunt calido, ingrediente iterũ calido, velut lutũ, cũm concretum fuerit.

Et omnes res, quas congelat frigus, sunt composita ex terra, & aqua. Et vincit in eis terrestreitas, & dissoluuntur, & mollescunt, quando operatur in eis calor.

Et, qñ recedit ab eis, cõgelantur. 38
& causa huius est, qm̃ calor dissoluit in eis vapores naturales, & conuertuntur in eis, & liquefiunt.

Quæcunq; aũt propter infrigidationem, & calido coeuaporãte omni, hæc insolubilia sunt, F
nisi superabundet caliditas, sed mollificantur, velut ferrum, & cornu. Liquescit aũt & elaboratum ferrũ, ita vt humidum fiat, & iterum concrescat. Et stomomota faciunt sic. subsidet enim & purificatur subtus recrementum. cũm aũt sępe patitur, & purum fit, hoc stomoma fit. Nõ faciunt

G ciunt aũt sępe ipsum, propterea ꝙ deperditio fit multa, & pondus minus purificato. Est autẽ melius ferrum, quod habet pauciorem purificationẽ. Liquescit aũt & lapis Pyrimachus, vt stillet, & fluat. quod aũt concrescit, cum fluxerit, iterum fit durum. Et molæ liquanẽ, vt fluant. fluẽs aũt concretum, colore quidem nigrũ, simile aũt fit calci. Liquescit autem & lutum, & terra.

Ferrũ qđ p̃fiãuus.

Et, quando multum occurrent igni, non conuertetur liquefacta,
H *neq; dissoluta. sed mollia, sicut ferrum, & cornu. Et quando terra vincit super ferrum, est illud ferrũ malum, & diminuitur multũ in igne propter multitudinem kakabre: sed ferrum bonum parum minuitur propter modicum kakabre, & lapis dictus sic dissoluitur per ignem, quousq; liquescat. Et molares lapides dissoluuntur, & currunt. & res, quæ congelantur, obfuscatur calor earum, quando congelantur per liquefactionem suã.*
I *Et causa huius est frigus, quod obuiat illis, vt calx, & similia. Et aliquæ partes terræ, & argillarum dissoluuntur, & aliquæ illarum non dissoluuntur.*

39 Et vult dicere, sicut ego credo, qm̃ multũ occurrerũt igni ĩ principio suæ generationis, anteq̃ congelẽtur per frigus, ꝙ illa nõ liquefiũt post cõgelationem propter ignem extrinsecum, sed mollificantur: qm̃ illud manifestum est ꝙ non liquescunt, sed mollificantur. K

Quæcunq; aũt a sicco calido concrescunt, hæc quidẽ insolubilia, hæc aũt soluunẽ humido. Fictile igitur, & lapidum quorundã genera, quęcunq; ab igne terra cõbusta fiunt, velut molares, insolubilia. Nitrum aũt, & sales solubilia humido: nõ omni autem, sed frigido. Quapropter aqua, & ĩs, quęcũq; aquæ spẽs, liquescunt, oleo aũt non liquescũt: sicco enim calido cõtrariũ frigidum humidum. si igitur coegit alterũ, alterum soluet: sic. n. L contrariæ erunt causæ contrariorũ. Crassantur igiẽ ab igne solum, quęcunq; aquæ plus habent, q̃ terræ. concrescunt autẽ quæcunq; terræ. quapropter & nitrũ, & sales terræ sunt magis, & lapis, & fictile. Maxime autẽ dubie habet olei natura. Si enĩ aquæ, oportebat concrescere a frigido, vt glacies. si autẽ terræ, plus, ab igne, vt fictile. nunc aũt cõcrescit quidẽ a neutro, incrassatus aũt ab ambob⁹ Causa autem est, quia plenũ est aere. qua propter & in aqua supernatat: M etenim aer fertur sursum. Frigidum igitur, ex inexistẽte spiritu aquam faciẽs, incrassat. semper enim cum mista fuerint oleum, & aqua, ambobus fit crassius. Ab igne aũt, & tpe incrassatur, & albescit. albescit qdẽ, euaporante aqua, si quę inerat. incrassatur autem, propterea ꝙ, marcescente calido, ex aere fit aqua.

Vtroq;

A Vtroque igitur modo eadē fit passio, & propter idem, sed non eodem modo. Incrassāt igitur ab ambobus, exsiccatur aūt à neutro. neque enim Sol, neque frigus desiccat, non solum quia viscosum, sed & quia aeris est. Nō exsiccatur aūt *aqua, neque elixatur ab igne, quia non vaporat propter viscositatē. Quęcunque autē mista aquæ, & terræ, sm pluralitatem vtriusque dignum dici: vinum enim quoddam & concrescit, & elixatur, & mustum. abscedit aūt ab omnibus talibus. B dum exsiccantur, aqua. Signum aūt, quod aqua: vapor enim cogitur ī aquam, si quis vellit colligere. quare quibuscunque relinquitur aliquid, hoc terræ. Quædam autem horum & à frigido, sicut dictum est, incrassantur, & exsiccantur. frigidum enim non solū cōgelat & exsiccat, sed & incrassat. exsiccat quidem aquam, incrassat aūt aerem, aquā faciens. concretio autem dicta est quædam exsiccatio esse.

*a.l. oleū

C *Et aliquæ res, quæ congelantur per calorem, & siccitatem, non dissoluuntur per aquā, sicut testa, & species lapidum, quæ fiunt per combustionem terræ, sicut lapis molæ, & eius similia. Et aliqua huiusmodi dissoluuntur, sicut sal, & sal nitrū, & non dissoluuntur ipsa oēs humiditates, sed frigida, & humida, sicut aqua, Sed humida non frigida non dissoluūtur, sicut oleum.*

Et res, in quibus vincit aqueit es, ingrossantur, quādo decoquuntur, solum in igne: non desiccantur neque congelantur, sed generata, in quibus vincit terræ, arescunt, & desiccantur sicut sal, & sal nitrum, testa, & lapis. Et iam dubitauerūt in natura olei oliuæ, & aliorum oleorū, & dixerunt si vincit aqua in oleo, tunc debet congelari per frigus, sicut glacies. &, si terra vinceret, tunc cōdensari deberet per calorē, sicut testa. sed nos videmus quòd neque condensatur, neque arescit ex istis duobus, sed inspissatur per ambo, et deberet arescere ab igne. nūc quidē cōgelatur à neutro: sed desiccatur, et ingrossatur ab ambobus, et inspissatur: quoniā aere plenum est: et ideo super aqua natat istud, et gelidum, exeunte spiritu, congelatur aqua, et inspissatur neque terra, neque aqua vicunt ī oleo: sed oleum īspissatur cum ambob°, et aqua congelatur propter aqueitatem, quæ vincit intra eam. sed oleum non congelatur, quia natura aeris, quando vincit, fit pinguius, et spissius ab igne, sed inspissatur, et albescit propter spatium ipsius longum. Et diximus quòd congelatio est desiccationis species quadā, et quòd congelans per frigidum est in ea vincens aqua. D E F

Et causa, quare est pignus, est, quia calor ignis exterior vincit sup 4° calidi-

G cal'ditatem, quia calor ignis p longum te m pus & trahit, & dissipat calorẽ aeris in oleo, & in recessu aeris declinat ad naturam aquę, & inspissatur, sed arescit pp aquitaté, quæ rarescit p calorem naturalem, & p calorẽ ignis euaporat, & rarescit, & clarescit extra. Sed oleum neq; fugatur, neq, siccatur propter naturá aeris, quę vincit in eo, & est in natura sua aereum. &, qm̃ non exhalat aquosum in ipso pp viscositatem, & quæcunq; admiscentur ex aqua, & aere, fiunt in victoria fm victoriã eius, quod dominat̃ in eo, & denunciatur á vincente, & in æquali
H bus vincentibus æqualiter, denominatur à nośe vtriusq;, & non facit illud algidum cõgelari tm̃, sed inspissat, & desiccat similiter, q a cõgelat aquá, & desiccat, & inspissat aerem, & turbat, & conuertit in aquam.

Quæ spissari nequeant.

Quæcunq; igitur non incrassantur à frigido, sed concrescũt, aquæ sunt magis, vt vinum, & vrina, & acetũ, & lixiuium, & serũ. Quæcunq; autẽ incrassant nõ euaporãtia ab igne, hæc quidem terræ, hæc aũt cõia aquæ, & aeris sunt: mel quidem terrę, oleum aũt aeris, & aquæ. Sunt aũt & lac, & sanguis, amborum
I quidem cõia, & aquæ, & terrę: magis aũt vt plurimum terræ, queádmodũ & ex quibuscunq; humidis nitrũ fit, & sales. & lapides quoq; ex quibusdam constant talibus. Quapropter, si nõ separetur serũ, exuritur ab igne decoctũ: quod aũt terrestre est, cogitur & à coagulo, si aliqualiter decoquat quis, sicut Medici coagulum imponentes. sic autẽ K separatur serum, & caseus. separatum autẽ serum non amplius incrassatur, sed exuritur, sicut aqua. Si aũt aliquod lac non habeat caseum, aut paucũ, hoc magis aquæ, & nõ nutriens. Et sanguis similiter. cõcrescit enim eò q exsiccetur, infrigidatus. Quicunq; aũt non cõcrescunt velut Cerui, tales aquæ magis, & frigidissimi quapropter nõ habẽt villos. villi enim sunt terrę, & solidum. quare, & extractis, non cõcrescunt. hoc aũt est, quia nõ exsiccãtur. aqua enim est quod L relinquitur, vt lac, caseo ablato. Signum aũt est. morbosi enim sanguines nolunt concrescere: sanioſi enim. hoc autẽ est pituita, & aqua, pi pterea q inconcoctũ est, & insuperatũ à natura.

Adhuc aũt, hæc quidem solubilia sunt, velut nitrũ, hæc autẽ insolubilia velut fictile, & lapis. & horũ hæc quidem mollificabilia, velut cornu, hæc autẽ non mollificabilia, velut fictile, & lapis. Causa autẽ, quia contrariæ contrariorũ causæ. Quare, si cõcrescunt duobus, frigido, & sicco, necesse solui calido, & humi- M do. quapropter igne, & aqua: hæc enim contraria. aqua quidem, quæcũq; igne solo: igne autem, quęcunq; frigido solo. Quare, si à duabus accidit concrescere, hęc insolubilia maxime. Fiũt aũt talia, quęcunq; calefacta, deinde frigido cõcrescunt. accidit enim, cùm calidũ exsudauerit

Cõtrariorũ contrariæ causæ. Idẽ infra.

ex iens,

A exiens plurimũ humidum cum primi iterũ à frigido, vt neq; humido det transitum. Et propter hæc neq; calidum soluit. q̃cunq; enim à frigido concrescunt solo, hæc soluit. Neq; ab aqua. quæcunq; enim à frigido cõcrescũt, non soluit, sed quæcunq; à calido sicco solum. Ferrum autẽ, liquefactũ à calido, frigido cõcrescit. quare ad cõcretionem duobus indiget. quapropter insolubile. Ligna autem sunt terrę, & aeris. quapropter visibilia, & non liquabilia, nec mollificabi-

B lia. Et in aqua supernatant, prę-ter ebenum: hęc autem non. alia enim aeris habẽt plus: ex ebeno aũt nigra euaporauit aer, & est plus in ipsa terræ. Fictile autem terræ solum, propterea q̃ desiccatum cõcrescit paulatim. quare neq; aqua soluitur: neq; enim aqua introitus habet, per quos solum spũs exiuit. neq; ignis. coegit enim ipse. Quid igit̃ sit concretio, & liquefactio, & propter quot, & in quibus sit, ductũ est.

Ligna oĩa supnatãt in aqua, p̃ter ebenũ

Et dicamus quòd terra vincit in humidis quibusdam, quæ inspis-

C *santur, scilicet per calorem, et non cõuertitur in summum in vaporẽ, et in quibusdã vincit aer, vt oleũ. & in istis, in quibus vincit terra, inspissantur, et nunquã fuit vapor, vt mel, et sibi simile. Sũt vero lac, et sanguis magis hoc multum terræ, & sal, similiter & lapides quidem, qui neq; liquescunt, neq; desic-cantur per calorem. Sed res, in quibus vincit aqueitas, non inspissantur per calorem, sicut serum. quia illud positum super ignem conuertitur in vaporem, antequam inpissetur. Sed terrestreitas lactis congelatur, & ipsum constringit, & cõgelat, et sugat, sicut terra. sed lac, quod caret coagulo, vincit in eo aqueitas, & non congelatur, sicut lac Camelorũ, in quo vincit aqua, & frigus, et non est in eo terra: sed sanguis cito cõgelatur propter multum terræ in eo, et quia inspissatus* D

E *est per digestionem multam. Et signum huius est morbidus sanguis, qui non potest coagulari, & congelari: quia non est digestum, neque superatum à natura, & cum vincit in eo terra, et aqua. Sed generata naturaliter propter frigidũ, & siccum, et congelata soluuntur per calorem, et humorem, sicut ferrum, quod dissoluitur, sed non liquescit. Sed generata, quæ condensantur calido, et sicco, dissoluuntur frigido, et humido, vt sal, quod dissol-*

F *uitur aqua. Similiter lignum comburitur igne, et non liquefit, neque dissoluitur, quia vincit in eo aer, et terra. Et signum huius est, quia natat super aquam, præter ebenũ, et sibi simile. quia illa submergitur: quia magis in ea vincit terra, quàm aer. et signum huius est nigredo coloris sui. Et iam distinximus,*

G *nus, & explicauimus quid sit coagulatio, quid dissolutio, et ī quibus sit, et quòd aliquod corpus vincens super ipsum est frigus, et in aliquo calor vincit, et ambo simul faciunt coagulari, & faciunt aliqua generata humida, & sicca.*

41 Tunc diuersitas rerum in congelatione, & solutione est sicut in prędictis propter diuersitatem causarū pertinentiū ad illa, aut propter materiam, aut propter seipsas, aut propter actiones, aut propter extrinsecum, quod euenit.

H

SVMMA TERTIA.

De Passionibus, ac differentijs similariū corporum, a passiuis qualitatibus prodeuntibus.

Quibus medijs horū corporum passiones, ac differentiæ dignoscantur, earumq; differentiam enumeratio.

Cap. 1.

EX his autem manifestum est ꝙ a calido, & frigido coguntur corpora. & hæc autem in crassantia, & cogētia faciūt operationem suam. Propterea autē I ꝙ ab his cōdita sunt, in omnib⁹ inest caliditas, aliquibus autē & frigiditas, qua deficit. Quare, qm̄ hæc quidem insunt, propterea ꝙ faciunt: humidum aūt, & siccum propterea ꝙ patiuntur: participant ipsis cōia omnibus. Ex aqua igitur, & terra, similarium partiū corpora cōstant & in plantis, & in animalibus. Et quæ metalla sunt, vt aurum, & argentū, & quæcunq; alia talia, & ex ipsis, & exhalatione ea, q̄ K vtriusq;, inclusa, sicut dictū est in alijs. Hæc aūt omnia differūt ab inuicē, & ad sensus proprios, & eò ꝙ est posse aliquid facere. albū enim, & odorum, & sonorum, & dulce, & calidū, & frigidum, eò ꝙ possunt aliquid facere in sensum, sunt. & alijs magis cōuenientibus passionibus, quę cunq; patiendo dicūtur. dico autem vt liquabile, & concretile, & flexibile, & quæcunq; alia talia. omnia enim talia passiua, sicut humidū, & siccū. His itaq; differt os, & caro, & neruus, & L lignū, & cortex, & lapis, & aliorum vnumquodq;, quod similarium quidem partiū, naturalium aūt corporū. Dicamus autem primo numerum ipsorum, quæ fm potentiam, & impotentiam dicuntur. Sunt autem hęc. Concretile, Inconcretibile. Eliquabile, Inequabile. Mollificabile, Nō mollificabile. Tingibile, Non tingibile. Flexibile, Inflexibile. Frangibile, Non frāgibile. Friabile, Non friabile. Impressibile, Non impressibile. Formabile, Non formabile. Pressibile, Non pressibile. Trahibile, Non trahibile. Ductile, Non ductile. Fissibile, Non fissibile. Secabile, Nō secabile. Viscosum, Fragile. Cōmassabile, Nō cōmassabile. Cōbustibile, Non cōbustibile. Exhalabile, Nō exhalabile. Plurima igitꝰ corporū ferè his differūt passionib⁹: quā āt vnūqdq; horū habeat potentiā, dicam⁹.

Passionū species.

M

Et

A *Et postquam explanatum est et tūc quod humiditas, et siccitas passiua sunt similis caloris, & frigoris, tunc dicamus quòd compositio partium similium, & virtutes eorum sunt ex terra, & aqua. et istæ duæ res sunt in plantis, & animalibus, & mineris, vt in auro, et argento, & quæcunq; sunt alia huiusmodi. Et generatio istorum est ex aqua, & terra, & ex vapore vtriusq;: & consecutio istorum generatorum cū quinq; sensibus est diuer-* B *sa in apprehensione. Et est sicut in candido & nigro, & odore bono et malo, & voce acuta & grossa, & dulci & amaro, & gelido & calido, & aspero & molli, & medijs istorum diuersis in sensu: & in aliquo proportionantur passioni, non operationi, sicut humidum, & siccum, & dissolutum, & currens, et similia. Et cū istis modis diuersantur similia in partibus, sicut os, caro, nerui, lapides. et diuersitas aliarum rerum est per modum opera-* C *tionis, vt est in organicis & vocat alias res mēbra organica. & vniuersaliter oēs res differunt aut secundū passionē, aut per operationē.*

42 Et passiuum est rectum, curuū, liquabile, coagulatū, & cedens pulsui, & resistens, & similia istarum rerum, pp quas euenit diuersitas ī generatis. Et postq̄ rememorauimus in principio sermonis nostri aggregationem virtutum, & proportionum generatorum ad istas res, & re D memorauimus inter passiua congelatum, & non congelatū, & solutū, & non solutum, rememorabimus modo virtutē cuiuslibet illorum.

Et dicam⁹ q̄ aliqua corpora sicca dura, euenit durities, aut ariditas, aut propter frigus, aut propter siccitatem. Et arefactio per siccitatē est, quia humor desiccatur per victoriā siccitatis cōtra humiditatē. sed arefactio per frigus est p hāc causam, quia frigus, qn̄ vincit caliditatē, fugit calor in profundum propter victoriā frigidi, & vincit, & remanet exterius frigidum, & coniungit, & coagulat, & inspissat. Sed dixit Ari- E sto. q̄ iam manifestū est q̄ aliqua corpora arescunt per priuationē caliditatis, & aliqua per priuationem humiditatis. Et potest dubitari sup hoc ex prædictis. quia per frigus cōgelata, per frigus congelantur, aut congelantur per virtutem caloris interioris ibi conualescentis. quia, qn̄ deficit humor, vtraq; istarū duarū causarum, vel ambę simul sunt causa prædicta in causa frigoris facientis cōgelationem. sed & hęc dicitur causa tertia, & ē priuatio caloris ipsius, & coniunctionis partiū, postea per frigus remanens in recessu caloris, vel propter priuationem caloris, vel profundationem eius, vel p F vtranq; viam. & videtur q̄, si hæc causa, quæ dicitur hic, est causa frigoris hic congelantis substantialiter, idest causa congelationis substantialiter, prædicta causa fuit accidentalis & aliquando coniunguntur simul omnes causæ, & tunc corpora, quæ congelantur per priuationem humoris, sunt composita, in quibus vincit terra.

Cuiuslibet

G *num, & explicauimus quid sit coagulatio, quid dissolutio, et ī quibus fit, et quòd aliquod corpus vincens super ipsum est frigus, et in aliquo calor vincit, et ambo simul faciunt coagulari, & faciunt aliqua genera ta humida, & sicca.*

41 Tunc diuersitas rerum in congelatione, & solutione est sicut in prędictis propter diuersitatem causarū pertinentiū ad illa, aut propter materiam, aut propter seipsas, aut propter actiones, aut propter extrinsecum, quod euenit.

H

SVMMA TERTIA.

De Passionibus ac differentijs similarū corporum, a passiuis qualitatibus prodeuntibus.

Quibus medijs horū corporum passiones, ac differentiæ dignoscantur, earumq; differentiam enumeratio.

Cap. 1.

EX his autem manifestum est ꝙ a calido, & frigido coguntur corpora. & hæc autem in crassantia, & cogētia faciūt operationem suam. Propterea autē

I ꝙ ab his cōdita sunt, in omnib⁹ inest caliditas, aliquibus autē & frigiditas, qua deficit. Quare, qm̄ hæc quidem insunt, propterea ꝙ faciunt: humidum aūt, & siccum propterea ꝙ patiuntur: participant ipsis cōia omnibus. Ex aqua igitur, & terra, similarium partiū corpora cōstant & in plantis, & in animalibus. Et quæ metalla sunt, vt aurum, & argentū, & quæcunq; alia talia, & ex ipsis, & exhalatione ea, q̄ K vtriusq;, inclusa, sicut dictū est in alijs. Hæc aūt omnia differūt ab inuicē, & ad sensus proprios, & eò ꝙ est posse aliquid facere. albū enim, & odorum, & sonorum, & dulce, & calidū, & frigidum, eò ꝙ possunt aliquid facere in sensum, sunt. & alijs magis cōuenientibus passionibus, quęcunq; patiendo dicūtur. dico autem vt liquabile, & concretile, & flexibile, & quæcunq; alia talia. omnia enim talia passiua, sicut humidū, & siccū. His itaq; differt os, & caro, & neruus, & L lignū, & cortex, & lapis, & aliorum vnumquodq;, quod similarium quidem partiū, naturalium aūt corporū. Dicamus autem primo numerum ipsorum, quæ fm potentiam, & impotentiam dicuntur. Sunt autem hęc. Concretile, Inconcretibile. Eliquabile, Inequabile. Mollificabile, Nō mollificabile. Tingibile, Non tingibile. Flexibile, Inflexibile. Frangibile, Non frāgibile. Friabile, Non friabile. Impressibile, Non impressibile. Formabile, Non formabile. Pressibile, Non pressibile. Trahibile, Non trahibile. Ductile, Non ductile. Fissibile, Non fissibile. Secabile, Nō secabile. Viscosum, Fragile. Cōmassabile, Nō cōmassabile. Cōbustibile, Non cōbustibile. Exhalabile, Nō exhalabile. Plurima igiť corporū ferè his differūt passionib⁹: quā āt vnūqdq; horū habeat potentiā, dicam⁹. M

Passionū species.

Et

A *Et postquam explanatum est etiã quod humiditas, et siccitas passiua sunt similia caloris, & frigoris, tunc dicamus quod compositio partium similium, & virtutes eorum sunt ex terra, & aqua. et istæ duæ res sunt in plantis, & animalibus, & mineris, vt in auro, et argento, & quæcunq; sunt alia huiusmodi. Et generatio istorum est ex aqua, & terra, & ex vapore vtriusq;: & consecutio istorum generatorum cũ quinq; sensibus est diuer-*
B *sa in apprehensione. Et est sicut in candido & nigro, & odore bono et malo, & voce acuta & grossa, & dulci & amaro, & gelido & calido, & aspero & molli, & medijs istorum diuersis in sensu: & in aliquo proportionantur passioni, non operationi, sicut humidum, & siccum, & dissolutum, & currens, et similia. Et cũ istis modis diuersantur similia in partibus, sicut os, caro, nerui, lapides. et diuersitas aliarum rerum est per modum opera-*
C *tionis, vt est in organicis & vocat alias res mẽbra organica. & vniuersaliter oẽs res differunt aut secundũ passionẽ, aut per operationẽ.*

42 Et passiuum est rectum, curuũ, liquabile, coagulatũ, & cedens pulsui, & resistens, & similia istarum rerum, pp quas euenit diuersitas ĩ generatis. Et postq̃ rememorauimus in principio sermonis nostri aggregationem virtutum, & proportionum generatorum ad istas res, & re- D memorauimus inter passiua congelatum, & non congelatũ, & solutũ, & non solutum, rememorabimus modo virtutẽ cuiuslibet illorum.

Et dicam' ꝙ aliqua corpora sicca dura, euenit durities, aut ariditas, aut propter frigus, aut propter siccitatem. Et arefactio per siccitatẽ est, quia humor desiccatur per victoriã siccitatis cõtra humiditatẽ. sed arefactio per frigus est p hãc causam, quia frigus, qñ vincit caliditatẽ, fugit calor in profundum propter victoriã frigidi, & vincit, & remanet exterius frigidum, & coniungit, & coagulat, & inspissat. Sed dixit Aristo. ꝙ iam manifestũ est ꝙ aliqua E corpora arescunt per priuationẽ caliditatis, & aliqua per priuationem humiditatis. Et potest dubitari sup hoc ex prædictis. quia per frigus cõgelata, per frigus congelantur, aut congelantur per virtutem caloris interioris ibi conualescentis. quia, qñ deficit humor, vtraq; istarũ duarũ causarum, vel ambę simul sunt causa prædicta in causa frigoris facientis cõgelationem. sed & hęc dicitur causa tertia, & ẽ priuatio caloris ipsius, & coniunctionis partiũ, postea per frigus remanens in recessu caloris, vel propter priuationem caloris, vel profundationem eius, vel p vtranq; viam. & videtur ꝙ, si hæc F causa, quæ dicitur hic, est causa frigoris hic congelantis substantialiter, idest causa congelationis substantialiter, prædicta causa fuit accidentalis & aliquando coniunguntur simul omnes causæ, & tunc corpora, quæ congelantur per priuationem humoris, sunt composita, in quibus vincit terra.

G *Cuiuslibet dictarum passionum explicatio. Cap. 2.*

DE concretili igit, & in concretili, & liquabili, et ineliquabili dictum est quidē vīr prius, attamen redeamus & nunc. Corporū enim, quæcunq; concrescunt, & indurantur, hęc quidem a calido patiuntur hoc, hæc autem a frigido. a calido q. dem exsiccante humidum, a frigido autē exprimente calidum. Quare hęc quidē humidi absentia, hęc aūt calidi hoc patiūtur: H quęcunq; quidem aquæ, calidi, quęcūq; aūt terrę, humidi. Quę igitur humidi absentia, ab humido liquefiūt: nisi sic coierint, vt minores relicti sint meatus, q̄ aquę moles. velut fictile. Quęcunq; aūt non sic, omnia humido soluuntur, vt nitrū, sales, terra ex luto. Quæ aūt calidi priuatione, a calido soluuntur, vt glacies. plumbū, æs. Qualia igitur concretilia, & eliquabilia dictū est, & qualia ineliquabilia. Incōcretilia aūt, quęcunq; nō habēt humiditatē aquosam, neq; aquę sunt, sed plus calidi, & terræ, vt I mel, & mustū. nam velut feruentia sunt. Et quęcunq; aquæ quidem sunt, habent aūt plus aeris, sicut oleum, & argentū viuum, & si quid viscosum, velut viscū, & pix. Mollificabilia autē sunt concretorum quæcunq; non ex aqua, velut glacies (omnis enim glacies aquę est) sed quæcunq; terræ magis, & neq; euaporauit totum humidum, sicut in nitro, aut salibus, neq; habet inęquali K ter, sicut fictile, sed sunt trahibilia nō existentia humectabilia, aut ductilia nō existentia aquę, & mollificabilia igne, velut ferrum, & cornu, & ligna. Sūt autem eliquabilium, & ineliquabilium hæc quidē tingibilia, hæc aūt non tingibilia. velut ęs non tingibile, liquefactibile existēs. lana aūt, & terra tingibilia: madefiunt enim. Et æs quidem liquabile, non ab aqua autem liquabile. Sed ab aqua liquabilium, quędam nō tingibilia, velut nitrū, & sales. neq; enim tin- L gibile aliquid, quod nō mollius fiat madefactum. Quędam aūt tingibilia existentia, non liquabilia sunt, velut lana, & fructus. Sunt aūt tingibilia quidē, quęcūq; terræ existētia habēt meatus maiores aquæ molibus, existentibus durioribus aqua. Liquabilia aūt aqua, quęcūq; per totum. Propter quid igitur terra quidem & liquefit, & tingit ab humido: nitrum aūt liquefit quidem, tingitur aūt non? Quia in nitro quidē per totū meatus: quare diuiduntur mox ab aqua M particulæ: in terra aūt permutatim sunt meatus, quare qualiter cunq; susceperit, differt passio.

Concretilia. · Eliquabilia. · Mollificabilia.

Et ista eadem, quæ desiccantur cum priuatione humoris, liquescūt per humorem, nisi tunc vinceret super eam ipsa condensatio partium, in modo, quod sic haberēt tantā duritiē, quod nō posset aqua intrare.

Sed

A *Sed illud, in quo non est tanta condensatio, liquescit, vt sal, & similia. Sed corpora, quæ congelant per priuationem caloris, dissoluuntur per calorem, sicut ferrum, metallum, & similia. Et iam manifestum ē ex hoc sermone, quæ res dissoluuntur, & quæ non, & quæ congelantur, & arescunt: & quæ non congelantur, & nō arescunt. Et dicamus quòd res, quæ non congelantur, sunt res, ī quibus vincit aqua, & non sunt sine terra, sicut mel, & mustū: & omnia quæ bulliūt,*

B *& inspissantur, & non congelantur: & sic res, in quibus vincit aer, sicut oleum, & argentum viuum, & similia non congelantur similiter. Sed res, quæ indurantur, & cōgelantur, sunt illa, in quibus vincit terra, sicut sal, & nitrum, et similia. Et liquabilia, sicut prædictum est, quædam liquescunt per ignem, et quædam per aquam. et res, quæ liquescunt, quædam sunt mollificabilia, et quædam non. et illa, quæ*

C *liquescunt, et non mollescunt, sunt sicut sal. et illa, quæ mollescunt, et non liquescunt, sunt sicut lutum, & lana.*

43 Etiā cōuenit vt dicamus causam istorū, quare lutum mollificatur, & nō liquescit, & lana mollescit, & nō liquescit. Et dicam' ꝙ res, quę mollificanť, & inspissantur, sunt corpora latoꝝ poroꝝ, & viaꝝ & hoc est, quia aqua, cum admisceť cum illis, profundaťin eis ſm totā substātiā, & partes, & ꝑ poros, & mollificanť, & inspissanť partes ei'. Sed sal, licet dissoluať per aquā, sui pori sūt stricti, & calcati, & suæ vię, & nō potest aqua penetrare partes suas. & ideo liquescit, anteq̄ possit mollificari. D

Et vult dicere ſm, ꝙ mihi videť, ꝓ debilitatē caloris, & victoriam aquę sup ipsum. qm̄ lutum non liquescit ꝓ terrestreitatem, & potētiam sup ipsum, & mollescit ꝓ apertionem pororum. & lutum vocat argillam, vel bolum. & nō liquescit ꝓ terrę streitatē, & sal ecōtra, scilicet quia nō mollescit, & hoc propter clausulam pororū, & liquescit propter victoriam aqueitatis super ipsum. E

Sunt aūt & hęc quidem corporū flexibilia, & directibilia, velut arūdo, & vimen. hæc autē īflexibilia, velut fictile, & lapis. Sunt aūt flexibilia quidē, & directilia, quorū corporū potest longitudo in rectitudinē ex circunferentia, & ex rectitudine in circunferentiā transmutari. Et flecti, & dirigi ē in rectitudinē, aut circunferētiam* mutari, aut moueri. etenim quod reflectiť, & quod deflectiť curuatur. Qui igiť ad conuexitatē, aut cōcauitatē motus longitudine seruata, flexio est. Si. n. & in rectū, esset vtiq; simul flexū, & rectū: quod quidē impośe rectū flexum esse. Et, si flectiť oīno aut reflexione, aut deflexione (horum aūt hoc quidē ad conuexum, hoc aūt ad concauum trāsmutatio est) non vtiq; erit & ad rectū flexio, sed ē flexio, et directo aliud, & aliū.

Flexibilia

*a. l. cōstitui.

F

G Et hæc sunt, flexibilia, & directilia, & inflexibilia, & non directilia. Et hæc quidē frangibilia, & friabilia, simul, aut separatim. vt lignum frāgibile quidem est, friabile autem non. glacies autem & lapis friabile, frangibile aūt non. fictile aūt, & frangibile, & friabile. Differūt aūt, quia Fractio quidē est in magnas partes diuisio, & separatio. Friatio aūt, in quascūq;, & plures duabus. Quęcūq; igit sic concreuerunt, vt multos habeāt vicissitudinatos meatus, friabilia sunt:

Fragibilia.

Friabilia.

H vsq; ad hoc enim distinguūtur. quęcunq; aūt ad multū, frāgibilia. quæcūq; aūt ambo, ambo.

Et aliquæ res plicantur, & duplicantur, sicut lignum, & canna viridis: & aliqua illarū nō plicantur, neq; duplicantur, sicut lapides.

44 Et causa, pp quam plicātur res, est humiditas viscosa, quæ ē in illis. sed res viscosæ, in quibus vincit terrestreitas super aqueitatē, illa nō duplicantur, neq; plicātur, sed finduntur, & sunt scissibilia. si plicātur, aut duplicant: & plicari est approxima-

I ri extremitates vel ad an̄, vl ad post. Et corporū quædam franguntur, & quædam cōminuuntur. Sed frangi est diuidi in partes magnas: & comminui est diuidi in partes subtiles. Et corpus, cuius natura ē mollities, & vacuitas, comminuitur, vt cera, & suū simile. Sed illud, quod non est molle, nec vacuum, frangit vt lapis durus. Sed illud, quod est temperamentū ex ambobus ex mollitie, & duritie, & est in parte vna mō molle K vacuū, & in alia dispōne, & in alia parte cōtrario modo cōminuitur, & frāgit, sicut gelu, & nix. aliqua sūt, quæ nō franguntur, vt ignis, & aer.

Et hęc qdē impressibilia, vt æs, & cera. hæc aūt nō impressibilia, vt fictile, & aqua. Est autē impressio, superficiei sm partē in profundū transitus pulsione, aut percussione, in totū aūt tactu. Sunt aūt talia & mollia, vt cera, manēte alia superficie, sm partē transmutatur: & dura, velut æs. Et nō impressibilia, & dura, vt fictile. non enim cedit in profundum superficies. & humida, vt L

Impressibilia.

aqua cedit quidem, sed non sm partem, sed contra secedit.

Sed lintescere ē mutari aliquid in profundum, vt impulsi secundū superficiē. & lintescere est mollificari. & hoc, quia partes rerū mollium lentarum sunt tales, quòd secundum illas res pōt cedere in profundū. Et sunt aliquæ res duræ non molles, vt lapis durus, quia nō est aptus cōprimi. Et mollium quædā in dispōne retinent signum, & talia recipiunt formationem, sicut ce M

ræ apum masculorum, quæ sunt signum in deprehensione, & potest reuerti ad pristinam figuram: & tale in apprehensione est cedens, & recipiens multas formas. Et molle, quod in deprehensione non tenet figuram, est sicut sericum crudum, & coctum.

Quie

A Quia nullum istorũ recipit formã, nec conuertitur ad aliquã: sed,
45 si fuerit in via recipiendi aliam formam, erit per viam depressionis.

Formabilia. Impressibilium aũt quęcũq; manẽt impressa, & bene impressibilia manu, hæc quidẽ formabilia sunt: quæ aũt aut non bene ĩpressibilia, vt lapis, aut lignũ, aut bene impressibilia qdẽ, non manet aũt ĩpressio, vt lanæ, aut spõgię, nõ formabilia, sed pressibilia hæc sunt. Sunt aũt pressibilia,

Pressibilia. quęcũq; pulsa, in seipsa coire possunt, cũ in ꝓfundũ superficies ꝑmutat̃, nec diuidit̃, & non

B trãsfert̃ aliò alia particula, quale aqua facit. hæc.n. cõtra transfert̃. Est aũt pulsio, motus à mouente, q fit à tactu: Percussio autem, cũ à latione. Premunt̃ autẽ quęcũq; meat⁹ habẽt vacuos cognati corpis. Et pressibilia hæc, quęcũq; possunt ĩ ꝓpria vacua coire, aut in proprios meat⁹ (aliqñ enim nõ vacui sunt, in quos cõueniũt) velut madefacta spongia. pleni.n. sunt ipsius meatus. Sed quorũ meatus pleni fuerint molliorib⁹, q̃ ipsum, quod natũ est coire in seipsum, pressibilia quidẽ sunt, velut spõgia, cera, ca

C ro. Nõ pressibilia aũt, quęcũq; nõ sũt nata coire pulsione ĩ eos, q̃ in se sint, meat⁹, aut quia non hñt, aut qa duriorib⁹ habẽt plenos. Ferrũ enim nõ pressibile ẽ, & lapis, & aqua, & oẽ humidũ.

Et deprimi est cõstringi corpus in semetipsum, & quòd partes tãgunt se. et res, quę deprimitur, de-

primitur duabus de causis: aut pro D
pter hoc, quòd non sunt suę partes impoßibiles, et proximæ, quia non elongantur nimis, et, quãdo approximatur per actus obuenientes, dicitur tunc quòd cõdensantur in depreßione ad minus: aut per aliam causam, scilicet quòd res sit sicut vas plenum, et constringuntur partes eius in illa amplitudine.

Sed res, q̃ sunt ĩ illa vacuitate, q̃ 46
vacuitas fuit ĩ illo vase, intra quã intrabãt ptes in cõstrictione: & dr de tali q̃ sit cõprehẽsibile, q̃ñ deprimi E
tur exhalante aere, & vacuitate ei⁹.

Trahibilia aũt sunt, quorũcunq; põt ad lat⁹ trãsferri supficies. Trahibilia. Trahi.n. est trãsferri ad mouens, planũ cõtinuum existens. Sũt aũt hęc qdẽ trahibilia, vt pilus, corigia, neruus, pasta, viscũ. hęc aũt nõ trahibilia, vt aqua, et lapis. Hęc igit̃ eadẽ sunt trahibilia, & ꝑssibilia, vt lana: hęc autẽ nõ eadem. vt pituita pressibilis quidẽ nõ est, trahibilis autẽ. & spõgia pressibilis quidẽ est, nõ trahibilis aũt. Sunt aũt & hæc F
quidẽ Ductilia, vt æs, hæc autẽ Ductilia.
nõ ductilia, vt lapis, & lignum. Sunt autem ductilia quidem, quęcunq; eadẽ percussione possunt simul in lat⁹, & ĩ profundũ ẜm supficiẽ transferri ẜm partẽ: nõ ductilia ãt, quæcũq; nõ pñt. Sunt aũt ductilia quidẽ oĩa, & impressibilia: impressibilia aũt non oĩa ductilia, vt lignũ. vt tñ in vniuersum dicam cõuertunt̃,

G Pressibilium aut, hęc quide ductibilia sunt, hęc aut non, cera quidem, & lutu ductilia sunt, lana aut non, neq; aqua. Sut autem & hęc quide Fissibilia, vt lignu, hæc aut non fissibilia, vt fictile. Est aut fissibile, quod potest diuidi ad plus, q diuides diuidit. findit enim cu ad plus diuidat, q diuidens diuidit, & præcedit diuisio. in sectione aut no e hoc. Non fissibilia aut sunt, quæcuq; non possunt hoc pati. Est autem H neq; molle vllum fissibile. dico aut simpliciter mollium, & non adinuice. sic enim et ferum erit molle. Neq; dura omnia sunt fissibilia: sed qcunq; humida sunt, neq; ipressibilia, neq; friabilia. talia aut sunt, quæcunq; fm longitudinem habent meatus, fm quos adnascuntur inuicem, sed no fm latitudine. Secabilia autem sunt consistentium durorum, aut mollium quæcunq; possunt neq; ex necessitate pręcedere di I uisione, neq; comminui diuisa. Quæcunq; aut aut humida, aut talia, no secabilia. Quędam aut sunt eade & secabilia, & fissibilia, velut lignu. sed vt plurimu fissibile quide fm longitudine, secabile aut fm latitudine. cum enim diuidatur vnuquodque in multa, qua quide longitudines multæ vnu sunt, fissibile hac e. qua aut latitudines multę vnu, secabile hac. Viscosum aute est, cum trahibile, aut humidu existens, molle fuerit. Tale aut fiut alterna permutatione, quęcuq; vult catenæ coponunt corporum, hęc enim ad multu possut K extendi, & coire. Quæcuq; aute non sunt talia fragilia sunt. Comassabilia aut sunt. quæcunque pressibilium manente habet copressione. Incomassibilia aute, quæcunq; aut oino non pressibilia sunt, aut non manente habet copressionem. Et hæc quidem cobustibilia sunt, hęc aut incobustibilia, velut lignu quidem cobustibile est, & lana, & os: lapis aut, et glacies incobustibile. L Sunt aut cobustibilia, quæcuq; habet meat[9] susceptiuos ignis, & humiditate in his, qui fm directu meatibus, debiliore igne. Quæcunq; aut aut non habent, aut fortiorem, velut glacies, & quæ valde viridia sunt, incombustibilia. Exhalabilia autem sunt corporu quæcunq; humiditate habent quide, sic aut habent vt non euaporent seorsum ab ignitis: est enim Vapor, à calido cobustiuo in aere, & spiritu M excretio, ex humido madefactiua. Exhalabilia aute tpe in aere excernunt. & hæc quide euanescentia, sicca, hæc aut, terra fiut. Differt at hæc excretio, qa neq; madefacit, neq; spus fit. Est aut Spus, fluxus continuus aeris ad longitudine. Exhalatio aut est, à calido vstiuo cois excretio sicci, et humidi simul. Quapropter no madefacit, s3 colorat magis. Est aut lignei quidem corporis exhalatio fum[9]. dico autem & ossa, & pilos, & oe, quod tale e in

Fissibilia

Comassabilia.

Combustibilia.

Secabilia

Exhalabilia.

Viscosa.

A in eodem, non enim est positum nomen cõe, sed fm proportionem, tñ in eodem oia sunt. quẽadmodũ & Empedocles inqt. " Hęc pili, & folia, & auiũ plumę " spissę. Et squamæ fiunt sup solida mẽbra. ipsius aũt pinguis exhalatio, Fuligo: vnctuosi vero, Nidor. Propter hoc, oleũ nõ elixatur, neq; incrassatur, quia exhalabile est, sed non vaporabile. aqua aũt non exhalabilis, sed vaporabilis. Vinum aũt, dulce qui B dem exhalat. pingue enim, atq; eadem facit oleo. neq; enim à frigore concrescit, vritur'q; Est autem noie vinum, opere aũt non amplius. non enim vinosus: sapor. quapropter non inebriat. quodcunq; aũt vinum inebriat proculdubio. paruã autẽ habet exhalationem: quapropter & emittit flammam. Combustibilia aũt videntur esse, quęcũq; corporũ in cinerem dissoluunt. C Patiuntur aũt hoc omnia, quæcunq; concrescunt aut à calido, aut ab ambobus, frigido & calido. hæc enim videntur vinci ab igne. minime aũt lapidum, sigillum, qui vocatur carbunculus. Combustibilium aũt hæc quidem inflãmabilia sunt, hęc autẽ nõ inflãmabilia. horum aũt quędam carbonabilia. Inflammabilia igitur sunt, quęcunq; flammam præbere possunt: quęcũq; autẽ nõ possunt non inflammabilia. Sunt aũt inflammabilia, quæcunq; non humida existentia, exhalabilia sunt. pix aũt, aut

Combustibilia.

Inflãmabilia.

oleũ, aut cera magis cũ aliis, q̃ D p se sunt inflãmabilia: maxime aũt quæcunq; fumũ emittunt. Carbonabilia autẽ, quæcunq; taliũ terræ plus habẽt, q̃ fumi. Adhuc aũt quædam liquabilia existentia nõ inflãmabilia sunt, velut æs. & inflãmabilia non liquabilia, velut lignũ. alia autẽ ambo, velut thus. Causa aũt est, quia ligna quidẽ simul totũ habent humidũ, & per totũ continuum, vt perurat. æs autẽ secus E vnãquamq; quidẽ partẽ, nõ cõtinuum aũt, & minus q̃ vt flammam faciat. thus aũt hac quidẽ sic, hac aũt illo modo habet. Inflammabilia aũt sunt exhalabiliũ quæcũq; nõ liquabilia sunt, propterea q; magis sunt terræ. siccũ enim habẽt cõe igni, hoc igitur siccũ, calidũ si flat, ignis fit. propter hoc Flãma, spiritus, aut fumus ardens est. Lignorũ igit' exhalatio fumus: cerę autẽ, & thuris, & picis, & taliũ, & eorum, quæcũq; habent picẽ, aut F talia, fuligo. Olei autẽ, & eorũ, quæcunq; oleosa sunt, nidor, & quæcunq; minime ardent sola, quia paucũ sicci habẽt. trãsitus autẽ per hoc, cum altero autem citissime. hoc enim est pingue siccum, vnctuosum. Exhalantia igit' humidorũ humidi magis sunt, ardentia autem sicci.

Carbonabilia.

Sed extẽsibile est res, cuius partes sunt conuenientes aduertẽdum ad oẽs partes: sicut pannus in o'm partẽ secundũ voluntatẽ fullonis.

G *& res extensibilis aliqua extenditur, & constringitur, sicut lana, spongia, & bombix, & species serici non culti: & aliquid extenditur, & non cōprehenditur in cōprehensione, sicut viscus, & aqua cocta, & phlegma viscosū, et aqua. comprimuntur, & extēduntur in longum, latum, & profundum, sicut ferrū, & simile. & alia nō patiuntur aliquē istorū modorū, sicut lapis durus. Et extendi est extendi per partes in latū, longum, & pro*
H *fundū secundū percuti. & partes, ad quas extēduntur plus corpora, sunt amplę, & profundæ, sed in longum extenduntur corpora. Et oīa, quæ nō sunt hmōi, nō extenduntur, & quædā scißibilia sunt, et quædam nō. et quod scindit est siccum, & scindi est diuidi partē à parte. Et aliqua cōburuntur igne, & inflammātur, lignum, cāna, ossa, & lana, et similia corporum, quorum euaporationes naturales nō sunt cō*
I *trariæ ignī. et cremantur, quia ignis admiscetur cum illis. sed illa, quæ sunt humida, et habent multos excessus in humore, et condensantur partes in fine, nō cōburuntur, nec inflāmātur, sicut gelu, et sal, et aurum, et carbunculus, et similia. Et aliquando conuertuntur corpora humida ī vaporē per ignē, quia vapor est res, quæ exit ex humore corporis per calorē exteriorē*

ad aerē. Et aliquæ res terminātur, K
et destruuntur, et conuertuntur sicca terrestria, quādo humor eius fit vapor. et aliquæ res cōuertuntur in vaporē, et fumum in totum per ignē, sicut oleum, et sibi simile. Quia euaporare est aeris inclusi in corpore, a quo exit de profūdo eius, in quo submergebatur per admixtionem cum virtute illius corporis. Et dictū est quòd corpus combustibile est quod est potens conuerti in cinerem, et corpora, quæ inspissantur, et coagulantur per calorem, et L
frigus, illa comburuntur, et corpora cōdensata per calore comburuntur, vt ossa, et similia. Sed corpora cōbustibilia, quæ coagulantur per frigus, sunt sicut lapis cōbustibilis, qui cōburitur, et calefit, et prius fuit lapis cōdensatus per frigus, sicut faciunt oēs lapides, excepto lapide, qui vocatur carbunculus, qui non comburitur, s. quia ignis in eo non operatur. Et oē corpus siccum, in quo vincit terrestreitas, inflam M
matur igne, et conuertitur in cinerem. Et sunt quæda corpora, quæ liquescunt per ignē, et non inflammantur, nec cōuertuntur in cinerē, sicut æs, et suum simile. Et sunt quædā, quæ inflammantur, et conuertuntur in cinerē, vt lignum, et suū simile. Et sunt quædā, quę inflāmantur per ignē, et liquescunt, vt galbanum, et thus, et similia.

Et

A *Et causa in inflãmatione ligni, & cõbustione eius, & in impotentia aris ad hoc est, quia vincens in ligno ē humidum in oĩbus partibus suis mixtione profunda in cõtinuitate, & ideo ignis inflãmat in omnibus partibus suis. sed in are humor vincit in quibusdam partibus suis non continue in oĩbus partibus suis, nec bene mixtum: & ideo non põt inflammari in toto sed tãtũ vt detur simile ari ĩ parte, quia liquatur a ligno, quia inflammatur.*

47 Et, qñ res diuiditur ſm longũ, dr̃ findi, & qñ in latũ, dr̃ scindi. Et scindi est in corpe lento, & fissio in corpore sicco. Et aliqñ fit fissio, & scissio simul in aliquib⁹ corporib⁹, sicut ĩ ligno viridi, & quod habet cũ humore siccitatē. & nõ est humor, & siccitas in eo simul subiecta ĩ parte vna, aut ĩ his partibus, quia vnũ non est contrariũ sibi. Qñ ẽt deprimes partes corporis, & partem partis, sequitur durities, & post remanebit durum permanens, de tali re dicitur ꝙ sit alteratum.

B

SVMMA QVARTA.
De cognitione Temperaturarum corporum similarium.

C

Quo pacto cognoscantur corpora constare humido magis, aut sicco.
Cap. I.

His autem passionib⁹, & his differẽtijs, similaria corporũ, sicut dictum est, differunt ab inuicem ſm tactũ, & adhuc saporib⁹, & odorib⁹, & colorib⁹. Dico autem similaria, vt metallica, æs, aurum, argentũ, stannum, ferrũ, lapidẽ, & alia talia, & quęcũq; fiunt ex his excreta. & quę in animalibus, & plãtis, velut carnes, ossa, neru⁹, pellis, viscus, pili, villi, venę: ex quib⁹ iã cõstãt dissimilaria, vt facies, manꝰ, pes, & alia talia. & in plãtis, lignũ, cortex, folium, radix, & quæcunq; talia. Qm̃ aũt hæc quidẽ ab alia causa cõsistunt, ex quib⁹ aũt hæc materia quidem siccũ, & humidum, quare aqua & terra (hęc enim euidẽtissimã habent potentiã, vtrunq; vtriusq; facientia aũt calidum, & frigidum (hęc enim constituunt, et cõpingũt ex illis illa) accipiam⁹ similariũ quæ sunt terrę spẽs, & quę aquę, & quę cões. Sũt itaq; corporũ conditorũ hęc quidem humida, hęc aũt mollia, illa aũt dura. Horũ aũt quęcunq; dura, aut mollia concretione dictũ est prius. Humidorũ igit̃, quæcũq; quidẽ euaporãt, aquę sunt: quæcunq; aũt nõ, aut terræ, aut cõia terrę & aquę, vt lac: aut terræ & aeris, vt mel: aut aquę & aeris, vt oleũ. Et quęcũq; quidẽ à calido incrassant̃, cõia. Dubitabit aũt vtiq; aliquis de vino, humidorũ. hoc enĩ euaporauit vtiq;, & incrassat, sicut nouũ. Causa aũt est, quia nec vna specie dr̃ vinum, & quia aliud aliter. nouũ enim magis terrę ẽ, q̃ antiquũ. quapropter & incrassatur maxime calido, & cõcrescit minus à frigido. habet enim & calidum multum,

D

E

F Vinum.

G multũ, & terrę. vt quod in Arcadia fit exsiccatur à fumo in vtribus, vt derasum bibatur. Si aũt omne fecem habet, sic vtriusq; est, aut terrę, aut aquæ, vt huius se habet multitudine.

Et postquam nos notificauimus prædicta narratione completa, tũc dicamus quòd de terra exeunt corpora, quæ vocãtur homiomera, aurum, & argentũ, cuprum, & plũbum, & lapides minerales. Sed et animalia similiter habent ea, quæ
H *dicuntur homiomera, et dißimilia in partibus. et homiomera mẽbra sunt, ut neruus, et vena, et similia, et dißimilia: & nõ homogenea, vt pes, & manus, et caput, et similia membra composita ex similibus: et in arboribus sunt partes consimiles similiter, sicut lignum, & foliũ, et cortex, et fructus, & radix. & ista cõponũtur ex materia humida, & sicca aqua, & terra: sed calor, & frigus sũt operãtia. et cũ istis est substantia sua, & essentia.*
I *Et dicamus quæ sunt spẽs creatæ de terra, & quæ compositæ sunt de terra, et alijs similibus. Et dicam⁹ quòd aliqua corpora sũt creata humida, et aliqua dura, & aliqua lenia. & iam prædiximus quæ sunt humida, & quæ sunt lenia, et quæ dura. Et corpora, quæ dissoluũtur, & ascẽdunt in vaporẽ, sunt cõposita ex aqua, i. in eis vincit aqua. et quæ sunt perseuerantia, & conuertuntur taliter, sunt composita etiã ex terra, & compositum ex materia, & aqua, & lac, & compositũ ex terra, & aere, sicut lignũ. Sed corpora, quæ dissoluuntur secundũ partem in vaporem, & secundum partem perseuerant, sunt tria composita ex terra, et aqua, vt lac, & suum simile: & corpus compositũ ex terra, & aere, vt lignum, & canna: & corpora, composita ex aqua, & aere, sunt sicut oleum. Et ità põt quis quęrere de vino: quia videmus mustum inspissari, et ingrossari. Et dicamus quòd illud, quod vincit in musto, est terrestreitas, & calor, & inspissatur per calorem, & ingrossatur cum siccitate partium.* K L

Non dixit nisi vinũ, quod est in loco Vcariæ. nã illud desiccat in vasis suis p fumum, & qñ deberet bibi extrahitur p incisionẽ & dixit Auẽpace q; de musto, signũ vt vincat in eo terrestreitas, est q; accidit I vino in loco Vcariæ & oẽ vinũ, in quo ẽ nigredo spissa, & turbiditas, vincit I eo terrestreitas, & aqueitas, & forte vincent alterũ eorum, & est dicere aqueitatem vincentẽ solam, sicut in vino veteri: aut solã terrestreitatẽ, sicut vinũ, quod prædictũ est, quod inuenitur in loco Vcariæ. 48 M

Quæcunq; autẽ à frigido inspissantur, terræ. Quęcunq; aũt ab ambobus, cõia plurium: vt oleum, & mel, & dulci vinum.

Et

A *Et omnes res corporales, quæ congelantur per frigus, scilicet consimilium partium, vincit in eis terrestreitas.*

49 Et sunt vna species terræ, & vnus modus modorum eius est sicut omnes res, quæ condensantur per calorem, quæ habent excessum in siccitate, & duritie, & sunt similiter de substantia terrę, & modorum eius, sicut testa, & gypsum, & sal.

Consistentium aūt, quæcūq; quidem concreta sunt à frigido aquę: vt glacies, nix, grādo, pruina. Quæcunq; autē calido, terræ: vt fictile, caseus, nitrū, sales. B Quęcunq; aūt ab ambobus (talia autem sunt, quæcunq; frigidatione: hęc autē sunt, quęcunq; amborum priuatione, calidi, & humidi simul egredientis cum calido: sales enim humido soliꝰ priuatione concrescunt, & quæcunq; syncera terræ: glacies aūt calidi solius) hæc vtiq; amborū, quapropter & ab ambobꝰ, & habebant ambo. Quorūcūq; igitur totum exsudauit, velut fictile, aut electrum, etenim electrum, & quæcunq; dīr vt lachrymæ, ī frigidatione sunt, C velut myrrha, thus, gummi. Et electrum quoq; huius generis esse videtur, & cōcrescunt: circumprehensa enim animalia in ipso videntur.

Et omnes res, quæ congelantur per frigus, aquæ, quæ inueniuntur in illis, sunt de modis aquæ, & suarum specierum, sicut gelu, & grando, & nix. & aliqua condensantur cum calore, & frigore, & sunt res compositæ simul ex aqua, & terra, sicut oleum, & mel, & vinū dulce. Et omnes res, quæ sunt de substantia gummosa, sunt de rebus cōgelatis per frigus, sicut thus, gummi arabicum, & kakabre, & similia, & testa inspissantur per calorem, et congelantur per frigus. kakabre est inuentum super animal notum. D

Et hoc, quia approximat se istud animal arbori Kakabre, & adhæsit ei, & hoc, quod facit inspissari kakabre, est calor, qui exiuit de flumine, & kakabre est in arboribus riparum eius. 50 E

A fluuio autē calidum exiēs, vt cocti mollis, cūm in aquam dimissum fuerit, euaporat humidum, hæc aīa sunt terræ. Et hæc quidem, ineliquabilia, & mollificabilia, velut electrū, aut lapides quidā, velut tofi in speluncis. etenim hi sīr fiunt his: & non vt ab igne, sed vt à frigido, pertranseunte calido, coegredit humidum ab exeunte ab ipso calido. in alīs aūt ab extrinseco igne. F Quoruncunq; aūt nō totum, terræ quidē sunt magis, mollificabilia autem, vt ferrū, & cornu. thus autem, & alia, similiter vt ligna, vaporant.

Et, quando proijcitur in aquā illam, ascendit de eo fumus:

Et hoc dixit Aristo. & Auempace, qn̄ cadit kakabre in aquam, fumat, & omnes, quod ē hmōi, est de 51

modis

G modis terrę magis, & lapis cōgelatus per frigus, non per calorem dissoluitur, & non frangitur.

Qm igitur liquabilia ponendū est, & quæcunq; liquefiunt ab igne, hęc sunt aquosiora. quędam aūt & cōia, velut cera. quęcunq; aūt ab aqua, hæc terræ. q cūq; aūt neq; ab altero, hæc aut terræ, aut amborū. Si igitur oīa quidem aut humida, aut cōcreta, horum aūt quæ in dictis passionibus, & nō est intermediū, oēs vtiq; erunt dictę, quibus discernem⁹ vtrū terræ, aut aquæ, H aut plurium cōe, & vtrum ab igne constat, aut frigido, aut ambobus. Aurum itaq;, & argētū, & ęs, & stannum, & plumbum, & vitrū, & lapides. multi innominati aquæ sunt: oīa n. hæc liquefiunt calido. Amplius vina quædam, & vrina, & acetū, & lixiuiū, & serū, & sanies aquæ: oīa. n. concrescūt frigido. Ferrū autē, & cornu, & vnguis, & os, & neruus, & lignū, & pili, & folia, & cortex, terræ magis sunt. Amplius electrū, myrrha, thus, & oīa, quæ dicūtur lachrymæ, I & tofus, & fructus, velut legumina, & frumentū talia. n. hæc quidem valde, hæc autē minus horū, attamen terrę sunt. hęc. n. mollificabilia sunt, hęc aūt exhalabilia, & infrigidatione facta. Amplius nitrū, sales, lapidū genera, quæcunq; neq; infrigidatione, neq; liquabilia. Sanguis aūt, & genitura cōia sunt terrę, & aquæ, & aeris. Sāguis qdem habens villos, magis terræ: quapp & frigore concrescit, & humido liquescit. non habens aūt villos, aquæ: quare & non concrescit. Genitura aūt concrescit infrigidatione, exeunte humido cum calido. K

Quo pacto dignoscantur corpora participare magis calido, aut frigido. Cap. 2.

Qualia aūt calida sint, aut frigida concretorū, aut humidorū, ex dictis oportet cōsyderare. Quæcunq; igitur aquæ vt plurimū frigida. nisi alienā habeant caliditatē, vt lixiuiū, vrina, vinū. Quæcūq; aūt terræ vt plurimū calida sunt, propter calidi opificium, vt calx, & cinis. L

Et oīa, quæ liquefiunt per ignē, vincit in eis aqua. Et aliud cōponitur ex duobus elemētis materialiter, sicut cera, & suū simile. Et in aliquibus vincit terra, & aqua. Et corporū passiones vniuersaliter ostēduntur per cōplexionē vincētē, sicut aurum, & argētum, & æs, & plumbum, & stanum, & vitrū, et similia. et ī istis vīcit aqua. M *& signum huius victoriæ est quod dissoluuntur per calorem. Sed vinum, et vrina, et serum sunt de natura aquæ. et signum hui⁹ est, quia īspissantur per frigus. Sed ferrum, & cornu, & ossa, & vngula, & cān.e, & ligna, & pili, & cortices arborum, et folia, in eis vincit terra. Sed kakabre, et myrrha,*

& thus,

A *& thus, & omnia gummi, et fructus, & grana, vincit in quibusdã eorum terra, & aliquãdo indurantur aliqua ista per frigus. Sed sanguis, & sperma sunt ambo cõposita ex terra, et aere, et aqua. Et sanguis rubicundus intẽsus, et spissus, vincit in eo terrestreitas. et signum huius est, quia non arescit per frigus, & dissoluitur per humorẽ. & coagulatur per frigus, & sperma exiccatur per frigus. Sed sanguis clarus, qui non est multum rubi-*
B *cundus, vincens in ipso est aqua. et signum huius est, quia arescit per frigus. sed sperma desiccatur per frigus: quoniã recedit ab eo calor, propter humorẽ, qui est in ipso. Sed oẽs res terrestres calidæ, operatur calor in eis, vt est calx, & cinis.*

52 Et p prædictas caulas põt qs scire elemẽtũ passiuũ, qđ est vincens. Sed res, in quibus vincit calor, & in quibus vincit frigus, scitũ est p res, quæ faciũt eas inspissari, & indurari. Et scitur p naturam natura vincẽs. nã res cõpositæ ex aqua sunt frigidæ, nisi euenerit eis calor extra-
C neus extra naturam suã, sicut calor qui est in vrina, & in vino.

Oportet aũt accipere ẽm materiã frigidissima quædam esse. qm̃. n. siccum, & humidum materia sunt (hæc. n. passiua sunt) horum aũt corpora maxime terra, & aqua sunt, hæc autẽ frigiditate determinata sunt, palam est φ oĩa corpora, quæcũq; sunt vtriusq; simplr̃ elemẽti, frigida magis sunt, nisi habeãt alienam D
caliditatẽ, velut feruens aqua, aut p cinerẽ colata. etenim hæc habet eã, quę ex cinere, caliditatẽ. in oĩbus. n. ignitis est caliditas aut amplior, aut mĩor. Quapropter & in putrefactis aĩalia innascunt̃ inest. n. caliditas, quę corrumpit ꝓpriã vniuscuiusq; caliditatẽ. Quæcunq; autẽ cõia sunt, habẽt caliditatẽ. cõstãt. n. plurima à caliditate, quæ concoxit. quædã autẽ putrefactiones sunt, velut colliquamẽta. Quare habẽtia quidẽ ẽm naturã ca- E
lida, & sanguis, & genitura, & medulla, & coagulum, & oĩa talia. cùm autẽ corrumpunt̃. & egrediunt̃ à natura, nõ amplius, relinquit̃. n. materia, terra existens, aut aqua. Quapropter ambo vñr quibusdam. & hi quidẽ frigida, illi autẽ calida hæc aiũt esse, vidẽtes, cum in natura quidem fuerint, calida, cùm autem separata fuerint, concrescentia. Habet igitur sic omnino, vt determinatum est. in quibus quidem materia aquæ plurimum. frigida: opponitur. n. maxime hæc igni. ĩ quibus autẽ terræ, F
aut aeris calidiora. Accidit autẽ aliquando eadem fieri frigidissima, & calidissima aliena caliditate. quæcunq;. n. maxime concreuerunt, & solidissima sunt, hæc & frigida maxime sunt, si priuata fuerint caliditate, & vrunt maxime, si ignita fuerint: vt aqua fumo, & lapis aqua vrit magis.

Sed

G *Sed materia rerũ, quæ sunt ca-*
lidæ per calorẽ extraneũ, est frigi-
da, quia cõponitur ex aqua, & ter
ra. Et indurescũt per frigus corpo-
ra cõposita ex aqua & terra, &
corpora cõposita ex aqua & terra
sunt frigida in veritate, nisi obuiet
eis calor extraneus, vt exiret a sua
natura: sicut res, quæ calefaciunt
per ignẽ: aut sicut aqua, quæ exit
ex cinere, habet calorẽ extraneũ.
& vniuersaliter calor extraneus
cõiungitur, & continuatur cum oĩ
H *calefacto. aut aqua, & res, quæ ci-*
to putrescũt sunt frigidæ, sicut res,
in quibus nascũtur vermes. & hoc
est propter amißionẽ caloris natu-
ralis per calorẽ extraneũ, et hoc est
propter defectũ eius, s. naturalis.
53 Et, quia dixit Aris. cãm putrefa-
ctionis, ꝙ est ex victoria frigoris,
apparet Alex. ꝙ nõ põt inuenire fa-
cere animal & hoc est, quia putrefa
ctio ſm Aris. est cũ victoria caloris
extranei, aut propter remissionẽ ca-
loris naturalis, super quẽ vincit ca-
lor extraneus: & omnes res, quæ cõ
I gelantur, aut indurantur multum,
sunt frigidæ.

Continuatio ad ea, quæ dicenda sunt: Et quòd operationes in corporibus innotescant magis quàm eorum substantiæ. Cap. 3.

QVoniã autem de his deter-
minatũ est ſm vnũquod-
que, dicamꝰ quid sit ca-
ro, aut os, aut aliorũ similarium
partiũ. Habemus. n. ex quibus
similariũ natura constituta est,
genera ipsorũ, cuiꝰ generis vnũ- K
quodqꝫ ꝑ gñonem. Ex elemẽtis
.n. ea, ꝗ similariũ partiũ: ex his
aũt, vt materia, oĩa opera natu-
ræ. Sunt aũt oĩa, vt ex materia
quidẽ, ex dictis: vt aũt ſm sub-
stantiã, rõne. Semper aũt magis
manifestũ est ĩ posterioribus, &
omnino, ꝗcũqꝫ vt instrumenta,
& alicuius gratia. Magis. n. ma-
nifestũ est ꝙ mortuus hõ æqui-
uoce. Sic igr̃ & manus mortui
æquiuoce, quẽadmodũ & si fi-
stulæ lapideæ dictæ fuerint. vt
.n. & hæc, instrumẽta quædam
vñr esse. Minus aũt in carne, & L
osse talia manifesta sunt. adhuc
aũt in igne, & aqua minus. ip-
sum. n. cuius gratia, minime hic
manifestũ est, vbi plurimũ est
materiæ. Sicut. n. &, si extrema
accipiant̃, materia quidẽ nihil
aliud ꝑter ipsam: substantia aũt
nihil aliud ꝗ̃ rõ: intermedia aũt
proportionaliter, quo propè sit
vnũquodqꝫ: qm̃ & horũ quod-
cũqꝫ est alicuius gratia. Et nõ oĩ
bus modis hñs, aqua, aut ignis,
sicut neqꝫ caro, neqꝫ viscus. his
aũt adhuc magis facies, & ma- M
nus. Omnia aũt sunt terminata
opere. omnia. n. ꝗ pñt facere suũ
opus, vere sunt, vt oculus, si vi-
det. ꝙ aũt nõ põt, æquiuocę, vt
mortuus, aut lapideus. neqꝫ. n.
serra lignea, nisi vt imago. Sic
igr̃ & caro: sed opus ipsius mi-
nus manifestũ est ꝗ̃ qđ linguæ,
silr̃ aũt & ignis. sed adhuc forte
minus manifestũ naturaliter, ꝗ̃
carnis opus. Silr̃ aũt & ꝗ in plã-

tis

A tis sunt, & inaĩata, vt æs, & argẽtũ. oĩa. n. potẽtia quadã sunt aut faciẽdi, aut patiẽdi, sicut & caro, & neruus, sed rões ipsorũ nõ certę. Quare, qñ existũt, & qñ nõ, nõ facile est perspicere, nisi valde deperditũ fuerit, & figuræ solæ fuerint reliquæ, vt inueteratorũ mortuorũ corpora, q̃ subito cinis fiũt in sepulchris. & fructꝰ solũ figura, ẜm sensum aũt nõ vñr inueterati valde, & q̃ ex lacte cõcrescunt. Tales igit̃
B partes caliditate, & frigiditate, & harũ motibus cõtingit fieri, cõcrescẽtes calido, & frigido. dico aũt, q̃cunq; similares, vt carnẽ, os, pilos, neruos, & q̃cũq; talia. oẽs. n. differũt dictis differentijs, tẽsione, tractione, cõminutione, duritie, mollitie, & alijs talibus. Hæ aũt à calido, & frigido, & motibus fiũt mistis. Constitutæ autẽ ex his, dissimilares nulli vtiq; videbunẽ, vt caput, aut manus, aut pes. sed vt & q̃
C factũ sit ęs qdẽ, aut argẽtũ cã frigiditas, & caliditas, & motus: serrã aũt, aut phialã, aut arcã nõ adhuc: sed hic quidẽ ars, ibi aũt natura, vel alia aliqua cã. Qm̃ igit̃ habemus cuius generis vnũ quodq; eorũ, q̃ similarium partiũ, accipiendũ ẜm vnũ quodq; qd est, vt qd sanguis, aut caro, aut semẽ, & aliorũ vnũquodq;. sic. n. scimus vnũquodq; pp qd, & quid est, si materiã, aut rõnẽ hẽmus, maxime aũt cũ ambo, & gñonis, & corruptionis, & vñ sit principiũ motus. Manifestis aũt his, silr ea, q̃ nõ similiũ D partiũ speculãdum, & tandem ex his constituta, vt hominem, plantam, & alia eiuscemodi.

Et postquam rememorauimus quæ sunt istæ res, iã est scitũ de illis omne genus cuiuslibet mẽbri cõsimiliũ partiũ, sicut ossa, & caro. & hoc est, quia manifestũ est ĩ quolibet prædictorũ quòd ipsa sunt cõposita ex elemẽtis, et quòd elementorũ illorũ vincit super ipsum. Sed E
mẽbra organica cõposita sunt ex cõsimilibus partibus, & mẽbra cõsimilia, & organica nõ recedit ab eis hoc nomẽ, quousq; mortuũ fuerit hõ, aut aĩal, cuius fuerit membra. &, quãdo fuerit mortuus, hẽbit nomẽ hoĩs, & cõcomitãtiã, & vocabũtur mẽbra sua non noĩbus proprijs per similitudinẽ in noĩe. vt manus, & pes. Et hoc est, quia rõ pedis hoĩs mortui nõ dicit plus de pede suo, quã de pede dolati ex F
lapide. & hoc. s. est per figurã solã. Et cã huius est, quia oẽ inuẽtũ inuenitur propter operationẽ suam: quia res, quæ apparet de opere elemẽtorũ in carne, est modica, secundũ quòd apparet de opere illorũ in igne, & aere, & aqua, & terra. Sed opus, quod apparet in cupro, est alia res, pter opus elemẽtorum. & propter hoc, quãto magis cõpletior est materia, tãto minus apparet opus elemẽtorum ĩ ea. & ẽt, quãto

magis

G *magis cõpletior est, tãto hẽt altam*
passionẽ ex operatione, uel effectu:
& quãto minus cõpleta fuerit, tã-
to apparet in ea magis effectũ, &
operationẽ elementorum esse, quo
ad sensum. Et mẽbris non conuenit
nomen, nisi propter operationes ma
nifestas, quæ sunt in illis, quæ non
sunt de operationibus elementorũ.
& tunc non appellantur membra
secundũ veritatem nõibus suis, nisi
quandiu faciunt operationes natu-
rales, quæ proportionãtur ad ipsã,
non ad elemẽta. &, quãdo deficiũt
H *opera propter mortẽ, nõ remanent*
in illis, nisi opera elementorũ: & il
la sunt opera, quæ conueniunt lapi
dibus: & tunc propter hoc erit no-
men dictũ de eis per similitudinẽ:
& nõ erit differentia inter manũ
mortui, & manũ dolatã ex lapi-
de: quia vtraq; hẽt eandẽ figurã,
& idẽ opus, s. descendere. Et diffe-
rentiæ mẽbrorũ consimiliũ, quibus
diuersantur, sunt per caliditatẽ, et
I *siccitatẽ, & humorem, & frigus,*
& modos receptionum passionum
diuersarũ: & ista ẽt diuersantur
propter has differentias, & mate
ria in eis est vna. sed membra orga
nica suæ differentiæ sunt secundũ
operationes: & propter hoc habẽt
nomina diuersa a nominibus mem
brorum cõsimilium. Et causa gene
rationis partium cõsimilium, quæ K
sunt partes animalium, & cõsimi
lium, quæ exeunt de terra, sunt in
genere vno. & hoc est calor, &
frigus, & sic̃um, & humidum, et
natura operans. Res autẽ ar tificia
les factæ ex istis, & operatæ arti-
ficialiter, causæ earum materiales
sunt vna, sed operans diuersatur.
& hoc est, quia in illis supradictis
est natura operans, & in istis arti-
ficialibus est ars. Postquã cõpleui-
mus notificare gen⁹ cuiuslibet mo
di partium consimilium, & feci- L
mus scire quis fuerit ille modus, si-
cut est sanguis, & caro, & sua si-
milia, & alia huiusmodi, & pro-
pter quid est ille modus, & quomo
do est, narrabimus, si Deus volue-
rit, in quolibet istorum modorum
quo modo generatur, & quomodo
est vnum, & est vnde principium
motus in quolibet istorum, & quo
usq; est finis eius: & post quære-
mus res generatas ex istis, sicut
homo, & vegetabile: & similia M
eorum de rebus alijs generatis.

Idest perscrutabimur in tribus li 54
bris ista vltimo dicta, s. in lib. de Mi
neris, & in lib de Vegetabilibus, &
in lib. de Animalibus, & hoc, quod
adhuc ei remansit de quolibet con-
similium partium, est vt dicat qua
litatem generationis suæ in eo, qđ
est ei proprium.

Librorum Quatuor Meteorologicorum finis.

ARISTOTELIS DE PLANTIS LIBER PRIMVS,

Disceptatio de plantarum Vita, & Facultatibus, tum ex Antiquorum, tum ex propria opinione. *Cap.* I.

Auerrois doctrinā sequētes, cui dicata sūt hęc volumina, libros de B Plātis hoc I loco collocauim⁹ de quib⁹ ipse (ū th hic ille ē de Vegetabilibus liber) in Prio Meteorologicorū meminit. Capi. Prio.

VIta & in aīalibus, & ī plātis esse deprehensa est. in aīalibus quidē patens, & manifesta: in plantis verò occultior, nec adeò euidens. Ad huiusce igitur confirmationē, multā inquisitionē pcessisse est necesse. Neq; n. constat, habeant ne plantæ animā, appetendiq; facultatē: doloris itē, & voluptatis, & rerum discretionis. Anaxagoras itaq; & Empedocles desyderio eas duci aiunt: sentire item, ac tristitia, voluptateq; effici affirmant. Et C Anaxagoras quidē animalia ipsas esse, & voluptate, ac dolore moueri docuit, ē foliorum. s. defluuio, & ex incremento istud colligens. Empedocles verò sexum his admixtum esse arbitratus est. Eodē modo Plato quoq; appetitu solum illas duci, ob vehementem. s. facultatis altricis necessitatē, affirmabat. Quòd si constet eas voluptate, ac dolore affici. tum sentire quoq; rationi erit consentaneū, & vbi hoc constiterit, tum appetitu quoq; duci: siquidem somno reficiuntur, & vigilijs excitantur: rationi consentaneum erit. Ad eūdē modum, si quæramus an spiritum ducant, & sexuum mixtionem habeant, an contra sit, mul- E tam super hoc ambiguitatem, & quæstionem prolixam excitabimus. Verum talia omisisse, neq; singulorum inquisitioni, quæ operæpretiū habeāt nullū, institisse rectius fuerit. Sunt aūt qui animas habere plantas affirmarunt: quia. s. gignere eas conspexissent. alijq; & incrementum suscipere, item virescere, q̄ iuuentus quædam ipsarum sit, rursusq; senio dissolui. & q nul- F lum inanimatorum isthæc cum plātis habeat cōia. Proinde vbi eiusmodi quędam plantis adesse animaduertissent, appetitu quoque duci eas existimarunt. Nos aūt quæ manifesta sunt primum, deinde quæ latentia persequamur. Dicimus itaq; si qd alat, idem quoq; appetitu duci. & voluptate afficitur, per saturitatem: dolore autē, per famem. Et absq; sensu affectiones illę nō

fiunt.

G flunt. Paradoxa igitur est,quan
uis non adeò temere erret eius
intentio,qui plantis sensum, ap
petitumq́ tribuēdū esse ita exi-
stimauit. Anaxagoras, Demo-
critus, & Empedocles mentem
quoq;, & cognitionē eis sesse af
firmarunt. At nos, alia tanquā
falsa repudiantes, sano insista-
mus sermoni. Affirmamus igi-
tur,quod neq; appetitū plantæ
habeant,nec sensum. Appetitus
enim non aliunde q̄ è sensu est.
neq; igit̃ sensum in his deprehē-
H dimus.neq; partem quę sentiat,
nec eius similitudinem, & neq;
spēm definitā, nec quidpiā ad
hanc consequens, neq; motum
localem:neq; viam ad sensile ali
quod. & neq; signum quodpiā,
quod iudicari possit sensum ijs ĩ
esse, vt signa habentur, quibus
alij sciuntur,& incremētū om
nino accipere deprehēduntur.
Neq; vero ita à nobis hoc consti
tueretur, nisi altricē, auctricēq́
facultatem partes aīæ esse cogni
tum foret. Proinde, cùm talem
quandam huius aīę partem cō-
I tinere planta depręhēdatur, ne
cessario fit vt animā quoq; ha-
bere eā statuamus. At cùm sen-
su careat, sensilem ipsam non es
se, nequaquā non est admitten-
dum. Sensus. n. illustrandæ vitæ
cā est : vis altrix vero auctionis
rei viuentis est cā. Hæ differen-
tiæ hoc in loco procedunt,ꝙ in-
telligi nequeat vt in eodem in-
ter vitam, eiusq; priuationem
medium inueniatur aliquod.

Sed dicat quispiam, ꝙ cùm plā K
ta animata sit,animal quoq; eā-
dem esse: id, quod nos nequa-
quam affirmamus. etenim diffi
cilē est plantæ functionem attri
buere,reddereue animę functio
ni,quæ in animali habetur. Qđ
enim plantis vitam ita inesse ne
gat,est idipsum,qđ nō sentiant.
Sunt aūt animalia quoq; nōnul
la cognitione carentia. Quia ve
ro natura vitam animalis per
mortem corrumpens,suo in ge-
nere eandem rursus per genera-
tionem conseruat, prorsus con-
sentaneū rationi non est, vt in- L
ter animatum, inanimatūq́ me
dium aliud quoddam cōstitua-
mus. Scimus aūt qđ chonchilia
animalia sint cognitione caren-
tia. quapropter plantæ sunt, &
animalia. Solus ergo sensus cau
sa est,per quā hęc animalia dicā
tur. nam genera speciebus suis
nomina dant, & definitiones:
species vero suis indiuiduis no-
mina. debetq́ genus ex vna,
& cōmunicā, quæ fit in multis,
esse,non ex multis. Cęterum ra-
tio causæ, per quā genus astrui-
tur, nō cuius est manifesta. Rur M
sus aūt sunt animalia, quæ sexu
fœmineo carēt, alia itidem, quæ
non generant. alia, rursus motū
nullū habentia. Sunt præterea
diuersorū colorū alia, quēadmo
dum alia, q̄ partium sibi dissi-
milem ædunt, alia rursus è terra
crescunt, aut arboribus. Quod
igit̃ in animalis vita principiū
esse qđ nam aliud, præter: nobi
le illud

A le istud animal,q̄d cœlum, solū,
stellas,& planetas circuit? quæ
extra.s.hanc ambiguitatē sunt,
& sunt impatibilia. nā sensus co
gnoscētium passio est. Sciēdum
est aūt ꝙ, plantę motum ex sese
nō habēt,sunt.n. terrę affixę: ip
sa vero terra īmota est. Rōcinā-
dum itaqꝫ fuerit, vnde nā huic
vita accedat,vt & ipsas faciam⁹
sensum habere. neqꝫ.n.rē cōem
aliquā habēt hęc. Dicimus ergo
ꝙ animalium vitæ cōis cā sen-
sus est. is discretionē facit inter
B vitā, mortēqꝫ mediū. Cœlū au-
tē,quia functionem habet nobi-
liorē multo, digniorēqꝫ nostra,
procul ab hisce dissitum est. Est
itaqꝫ necesse, vt perfectum ani-
mal, & diminutum cōe aliquid
habeat, & is est vitę scopus. Pro
inde vbi hæc absuerit, ab eius-
modi noībus quisqꝫ recedat o-
portet,quia medium nō est. Sed
vita medium est. Q̄d.n.est ina-
nimatum, id animā non habet,
neqꝫ ex ipsius partibus habet a-
liquā. Plāta vero ex eorū nume-
C ro non habet, quę caret anima.
nā in ipsa portio quædā animæ
habetur. animal tn̄ nō est, quia
sensum nō habet. ꝓdit autē de
vita ad nō vitā paulatim, vt sin
gula quęqꝫ. Possumus autē alio
quoqꝫ modo dicere ꝙ animata
sit planta, neqꝫ dicamus inani-
matā esse. & si quid animā ha-
beat, sensum tn̄ habere nō dici-
mus. Nam res, quę alitur, absqꝫ
anima non est, & animal oē ani-
mā habet, sed planta imperfecta
res est. Rursus animal membra D
habet definita, planta indefini-
ta: et materiā habet plāta ꝓpriā
motui, qui inest ipsi. Rursusqꝫ
dicere possumus plantas animā
habere: nā ea est, quæ motus in
ipsis efficit. At desyderium, &
qui loco fit motus, absque sensu
nō sunt. Sic alimētum trahere à
principio naturali est, & idip-
sum cōe animali, ac plantæ est.
Neqꝫ cū attractione cibi sensus
vllo modo iunctus sit necesse
est. Nam quę aluntur, vniuersa
duabus alimenti qualitatibus E
solum habēt opus, caliditate, fri
giditateqꝫ, & proinde alimento
humido indigēt, ac sicco. at cali
ditas, frigiditasqꝫ in cibis repe-
riūtur siccis, ac humidis: & neu-
tra ex hisce naturis à pari suo se
iungit. Idcirco.n. primo alimen
tum cōtinuum alēti est factum,
vsqꝫ ad ipsam corruptionis ho-
rā: debētqꝫ eo vti anima, ac plā
ta tali, quale est ipsorum vtro-
rūqꝫ. Perscrutemur itaqꝫ istud
quoqꝫ, quod in oratione nostra
pręcessit, de plantæ appetitu, & F
de eius motu, animaqꝫ propria:
& si quid ab ea in spiritum resol
uat. Anaxagoras.n. illas spiritū
habere affirmauit. Et quonam
modo? siquidē inuenimus ani-
malia non pauca spiritum non
habentia. Pręterea exactē depre
hendimus neqꝫ dormire plātas,
neqꝫ vigilare: vigilia.n. nō aliū-
de q̄ ex effectu sensus est: som-
nus autem eiusdem est debili-
tas: nec inuenit aliquid horum

G in rebus hisce, quæ dum horis omnibus iuxta dispositionẽ eãdem alantur, in natura tñ sua nihil sentiant. Et, dum alitur animal, ascendit vapor ab alimento ad caput, indeq; prorsus dormire ipsum contingit. Vbi vero absumptus fuerit, qui ad cerebrum ascenderat, vapor, redit vigilia. Porrò in quibusdam animalibus vapor hic multus, q̃ tamen parum dormiunt, vt in Camelo contingit, & ceruo, &
H consimilibus, prę cerebri, s. sicci tate, & meatuum angustia. Et somnus motus statio est. hæc autẽ rei motæ est quies. Quod autẽ maximè propriissimeq; in hac scientia inquirendum est, id Empedocles dixit, an, s. in plãtis sexus fœmininus, masculinusq; reperiantur, & an sit species ex hisce duobus sexibus cõmixta. Dicimus itaq; q̃ masculus, cùm gignit, in aliud gignit: fœmina vero, cùm gignit, gignit ab alio, suntq; ambo separa
I ti à se inuicem. Cum itaq; in plãtis reperiatur q̃ vnaquæq; species masculum genus habeat, & fœmellum: & omnino qđ masculum est asperius est, ac duri⁹, rigidiusq;: fœmellum debilius, & fœcundius: quærendum rursus est inueniant ne hæc duo genera simul commixta in plantis esse, vt Empedocles dicit. Id, qđ ego sanè ita habere nõ arbitror. Nam q̃ res permiscent, primo simplices in sese esse debent, vt, s. per se sit masculus, & per se fœmina, deinde cõmisceant, & cõmixtio nõ erit, nisi per propriã generationem. Inuenta igit fuit in plantis ante mixtionem suã mixtio, quæ efficiens quoq;, & patiens cã in vna hora esse debebat. Verũ nõ inueniunt masculinitas, fœmininitasq; ĩ vlla plãta coniunctæ. &, si hoc ita esset, forte planta animali esset pfectior. At quo pacto id esse queat, qñ
L animal nõ indiget in generatione sua re quapiã extrinseca? At planta hęc temporib⁹ anni indiget. nam sole opus habet, & temperamento, & vere plurimum, & multo ẽt magis hisce indiget, quo tẽpore foras pullulat. Est aũt initium quoq; plantarũ alimenti è terra quoddã, & rursus aliud fructuũ generationis à sole est. Sed & Anaxagoras dixit q̃ earũ humiditas è terra est. Idcirco ad Lechiniũ aiebat q̃ terra mater esset plãtarum, Sol pa
M ter. Cæterũ masculi in plantis sexus, & fœmelli alio quodã modo imaginari debemus, veluti q̃ plantę semen impregnationi simile sit animalium, q̃ in cõmixtione maris, & fœminæ consistit. Et sicut in ouo vis est, dum pullus gignit, vnde alimentum quoq; eius est vsq; ad ipsam cõplementi horam, & exitum ab ea, qñ fœmella pullũ vna in hora exponit: sic & plantæ semen habet. Rursus ait Empedocles q̃ plantæ, licet pullos non generent, quia res, quæ nascit, nõ nisi ex natura seminis nascitur, &

A quod fit quod remanet ex eo in principio, nutrimentũ radicis, & nascens mouet se statim: sic itaq; in mixtione masculorũ, & fœminarum plantarũ existimare debemus, sicut & animaliũ, quia plantarum mixtio quoq; in dispositione quadã est. Sed in animalibus, qm̃ sexus miscent̃, vires quoq; sexuum, quæ prius erãt separatæ, cõmiscentur: proditq; ex ambobus illis res vna quædam. id, quod in plantis nõ fit. non. n. vbi genera, eorũq; fa-
B cultates fuerint cõmixta, postmodum separatim habentur. Si igit̃ natura masculũ cum fœmina miscuit, recte processit, quia non inuenimus functionem in plantis aliquã p̃ter fructuum generationem, neq; animal separatum est à fœmella, nisi quibus horis non congredit̃. Et hoc fit
C ob multas eius actiones, scientiasq;. Sunt aũt qui putent plantas completas esse, & integras, vitãq; ipsarum duarum facultatum gratia esse, q̃ insunt ipsis: ob alimẽtum. s. idoneum, & longitudinem suæ durationis: temporis item, quo frõdet, fructũq; adit ipsarũ vita, conuertiturq; ad illas earum iuuentus, neq; fit in eis superfluũ aliquod. Planta somno non indiget ob multas causas, quia in terrã posita est, eiq; alligata. nec motum in sese, nec terminũ finitũ in suis partibus habet, & neque sensum, nec motũ habet volũtariũ nec aĩam perfectã, sed partẽ partis aĩæ habet magis. Et plãta pp plãtam D creata non est, sed pp animal. Et si dixeris ꝙ planta cibo vili indiget, ac malo, et si tali indigeat, multum tñ stabili, & cõtinuo, & nec facilè dissolubili. Et, si ita constat ꝙ plãta p̃stantius quiddam supra animal habeat, necesse est vt res inanimatę rebus animatis sint nobiliores. Sed animalis opus nobilius est, ac melius, q̃ opera plantæ vniuersa. E Et alioqui in animali reperim⁹ virtutes oẽs, q̃ sunt in plantis, & multas insuper alias, non aũt vicissim. Rursus ait Empedocles ꝙ plantæ generationem habẽt in mũdo, diminuto tñ, et nõ suis modis perfecto, absolutoq;, & ꝙ eo cõpleto animal non generabit̃. qui sermo aptus nõ est: quia mundus integer est, ac sempiternus, & animalia generare cessabit nunquã, ac plantas, & oĩs generis spẽs alias. In omni F aũt plantarũ specie calor est, & humor naturalis, q vbi absumptus fuerit, valetudinem incurrũt plãtę, et senescũt, intereũtq;, & marcescũt. Hãc alij corruptionem dicunt, alij non.

De plantarum Partibus. *Cap*. 2.

QVædam arbores succũ habent, vt resinam, & gummi, & myrrham, & thus, & thymiama. Aliæ nodos habent, & venas, ac ventrem, & lignum, & corticem, & medullam intra se. Quædam vt plurimum è cortice sunt.

G Aliarum fructus sub cortice est inter ipsum.s.& lignũ. Et ptes arborum aliæ sunt simplices, vt humor, qui in ipsis inuenitur, et nodi, & venę: alię ex hisce compositæ sunt partes, vt rami, & virgæ, & folia. Hæc vero oĩa nõ in plantis oĩbus reperiunť. nam aliæ & has partes habẽt, & alĳ, velut radices, virgas, folia, ramos, flores, germina, & corticẽ, eũ, qui fructus circundat. Et vt in animali mẽbra sunt partiũ similium, ita & in plãtis. Et quæuis
H plãtæ partes cõpositæ, coagmẽtatęque mẽbris animalium similes sunt. Et cortex plãtę, iuxta suæ naturę modũ, cuti animalis est similis. Et radix ori aĩalis similis ē. Nodi quoq; illius, neruorum, qui sunt in animali, similitudinem habent. Eodẽ mõ, q̃ in ipsa sunt, partes cæteræ. Et diuiduntť harũ partiũ nõnullæ in partes quodãmodo dissimilares, aliæ in similares partes, veluti, s. in luto, qđ vno modo per
I terrã tm̃ diuidiť, modo alio, per elementa. sic pulmo, & caro diuiduntť primo, & sunt eorũ partes caro ac pulmo, & alio modo per elementa diuiduntť. Eodem modo plãtarum radices diuisionem accipiunt: verũ in aliã manum non diuidiť manus, nec in radicẽ aliã radix, nec folia in folia alia. In his itaq; radicibus, & folĳs cõpositio est. Fructuũ quoque alĳ ex partibus paucis compositi sunt, alĳ ex multis, vt oliuæ: illę.n. corticẽ habent, & carnẽ, & testã, ac semen. & fructuũ K
alĳ tria velamenta habẽt. Semina vero oĩa ẽ duobus corticibus sunt. Et partes plantarum sunt, quas diximus. Cæterũ summa præsentis orationis intentio est determinare has plantarũ partes, & velamenta, earũq; differentias, id quod admodũ est difficile. In primis vero ipsarũ essentiã definire, & colorẽ, & durationis tempus, impressionis item, quæ illis accidere solent. Præterea, quod nõ habent plan L
tę mores animę, nec affectũ animalis affectui similẽ. Quòd si iuxta proportionẽ, animalis partes cum plantæ partibus proposuerimus, extendeť oratio hæc, & fortasse neq; percurrere singula licebit,, vt insigniorib⁹ vniuersas suis differẽtĳs plantarum partes recenseamus. quia pars rei cuiusq; de genere eius ꝓprio deq; substantia ipsius propria est. Et qñ generabitur plantæ species, remanebit in propria sua dispositione, nisi longa infir M
mitate quapiã ex eadẽ dispositione sua exciderit. E florib⁹ igitur, & fructibus, & folĳs plantarum alia toto anno sunt, alia vero non sunt, nec remanent, vt cortex, & corpus à re abĳciente ipsum, ob aliquam causam decidens. Hæc in planta non remanent, quia multoties ab ipsa decidunt partes multæ non finitę, vt pili hominis, & vngues, sed pro illis nascunť partes aliæ, vel eo ipso in loco, ẽ quo exciderũt,

vel

A vel in alio extra illum. Et iã palàm est q partes plantę nõ sunt definitæ, sint ne partes, nec ne, sed indefinitę solum sunt. Nobis vero absurdum vr̃ affirmare res quaspiam, cum quibus crescit animal, & complet̃, non esse ipsius partes, sed esse ceu folia sũt, & eiusmodi, quæ in plantis habent̃ alia. quãquã definitæ non sint tales animalis partes, & si paulatim decidant, vt cornua ceruis solent, & comæ animalibus quibusdam, & pili alijs, quę B sese per hyemem cauernis occultant, & sub terram cadunt, licet inquã passionẽ talem habeant similem folijs deciduis. Loquẽdũ itaq; nobis de ijs rebus est, quas primum tradidimus, & exordienda enumeratio partium est plantarum, quę propriæ sint, & quę cões, itẽ earũdẽ dr̃iarum.

De plantarum Differentijs. Cap. 3.

DIcimus igit̃, q in plantarum partibus magna diuersitas inest, in multitu C dine & paucitate, magnitudine & paruitate, in fortitudine debilitateq;. Id aũt fit, quia humor, qui in magnis arboribus est, in quibusdam est, vt lac, vt in ficubus, in quibusdam similis est picę liquidę, velut humor, qui in vite est, in alijs est originalis, vt in origano, & in planta, quã opigaida dicunt. Item planta est, quę partes siccas habet, alia quę humidas. Rursus alia est, partes habens discretas, & nec similes, nec æquales. Alię rursus partes similes ad inuicem habent, inæquales autem: quędam D ęquales habent partes, dissimiles autem: & neque locus in his est definitus. Differentię vero plantarum in suis partibus cognoscuntur pulchre, vt & figurę ipsarum tum è colore tum è raritate ac spissitudine, asperitate, ac lenitate, tum alijs omnibus q ipsis accidunt differentijs, inæqualitate. s. & augmento naturali in decremento, in magnitudine ac paruitate. Et alia non est vnius modi, sed differẽtias multas habet, quemadmodum prædiximus. E Et plantarum rursus aliæ super folijs fructus producunt suos, quædam sub folijs. Et aliarum fructus à stipite suo suspensus est, aliarum è radice, velut arbores Aegypti, quas dicunt Margaritas. Item aliarum fructus in medio sunt earũ, quarundam vero fructus, & folia, & nodi indiscreta sunt. Et quarundam folia ad inuicem similia sunt, quarundã non sunt. Et alię ramos habent æquales, alię F tales nõ habent. Sunt etiã quas partes nominabimus in plantis omnibus, quę auctionem. s. accipiunt, & appositionem, veluti radix est, & nigræ, & stipites, & rami. & hęc mẽbrorũ in animalibus similitudinem habẽt, partes cæteras omnes continentiũ. Et radix quidem plantæ media est inter plantam, & alimentũ, & vocamus eam non radicem solum, sed & vitæ causam, quòd

G vitam plātis adducat. Et ſtipes plantæ eſt, quæ ſola è terra naſcitur, & ſtaturæ hominis eſt ſimilis. Surculi ſunt, qui è radice arboris pullulant: rami vero, q̃ ſupra ſurculos naſcuntur. nec reperiuntur in omnibus plantis hæc. Plantarum rurſus habētiū ramos, aliæ ſunt perpetuæ, aliæ non ſunt, ſed in ſingulos annos durant. Item plantæ ſunt nec ramos habentes, nec folia, vt fun- a.l. ſiria. gi, & tubera. Et rami, qui in ar- H boribus naſcuntur, vt & cortices, & ligna, & medullæ nō aliū de, q̃ ex humore arborum naſcuntur. Vocant medullam arboris alĳ matricem, alĳ viſcera, quidam vero cor. Hæc aūt vt & venæ, & caro totius arboris è quatuor elementis ſunt. Partes quoq; ſæpe reperiuntur ad folia gignenda, & flores idoneæ, ſic virgæ breues quædam ſunt ad foliorum procreationem aptæ, velut in ſalicibus. Quædā præ- I ter flores fructus quoq; in arboribus, & quæcunq; alia è ſemine naſcuntur, quę q; ipſa ambiunt. Plantarum item aliæ arbores ſunt, aliæ inter arbores & herbas mediæ, & frutices dicuntur: aliæ herbæ ſunt, aliæ olera. Et plantæ ferè omnes ſub hæc nomina cadūt. Sunt item arbores, quę è ſua radice ſtipitem habēt, & naſcuntur ex eo rami multi vt oleæ, & fici. aliæ non habent. Sunt & plantæ inter arbores & herbas minutas mediæ, quæ fruttices dicuntur, in radicibus ſuis multos ramos habētes, vt quæ K dicuntur virgulta, & rubus. Olera ſunt, quæ multos ſtipites habent ex vna radice, & ramos multos, vt ruta, & caulis, & eiuſmodi. Sunt & herbæ, quæ ſtipitem è radice ſua non habent, ſed folia mox producunt. Quædam omni anno naſcuntur, & areſcunt, vt triticum & ſimilia. Neque poſſumus hæc omnia nouiſſe, niſi per ſimilitudines, & L exempla, ac deſcriptiones. Quædam herbæ in duo extrema declinant, vt olus, quod regium dicitur. Aliæ ſunt, quæ eædem & herbæ dicuntur, & olera. Aliæ per initia dum naſcuntur ſpicarum formam videntur habere, poſtmodū in arbores euadunt, velut benteli Arabicæ, & quod helioſcopion dicitur. Myrtus quoq;, & malus, ac pyrus ſylueſtris, & eiuſmodi reliquæ arbores ſub hoc genere continentur, è quibus multi ſuperflui ſunt M ſtipites è radicibus earum nati, eòque determinare illas operæ pretium eſt, vt exemplum præſtent, & ratiocinationem. neque enim omnium definitiones ſūt perſcrutandę. Plantarum quoq; alia domeſtica eſt, alia hortēlis, & alia ſylueſtris. Ad quem modum vero pyros & alias eiuſmodi plantarum ſpecies, ſylueſtres appellare conſueuimus, quia culturam nullam acceperunt. Rurſus plantarum alię fructum faciunt, alię nō faciunt, veluti ſalices, et nonnulla quercuū ſpecies.

A species. Quædam oleum faciũt, quędam non. & aliæ folia producunt, aliæ non. & aliarum folia decidere solent, aliarum non solent. Et de diuersitate plantarum in magnitudine & paruitate in pulchritudine & deformitate, bonitate fructuum ac malitia multa dicere licet. Item arbores syluestres magis fructificant, quàm hortenses, sed hortensiũ fructus meliores sunt, quàm syluestrium. Et aliæ plantarum in locis siccis nascuntur, quædam in B mari, in fluminibus aliæ, quædam in mari rubro. Item nonnullæ in locis quibusdam magnæ fiunt, in locis alijs paruæ. Et aliæ in fluminum ripis nascuntur, aliæ in stagnis. Et quæ in locis siccis nascuntur, aliæ nascuntur in mõtibus, aliæ in planitie, & aliæ in locis aridissimis viuunt, vt in regione Aethyopum, & illic melius proueniũt, quàm alibi. & quædam in locis altis viuunt, quædam contra. & quædam in locis humidis vi- C uunt, quædam in aridis, aliæ in vtrisq;, vt salix. Plantæ igitũ magnam diuersitatem habent pro locorum differẽtijs: quapropter horum quoque differentiæ sunt inspiciendæ. Plantarum itidem aliæ terræ ita affixæ sunt, vt separari ab ea nolint, aliæ in meliora loca transferri possunt. Eodem modo fructuum alij meliores sunt in vno loco quàm in alio. Et quarundã plantarum folia aspera sunt, quarũdã lenia. Et aliarum folia sunt parua, aliarũ scissa, vt vitis, & ficuum. D Aliarum multas fissuras habẽt, vt pinus folia. Quædam totę cortex sunt medianus. Et quædam nodos habent, velut cannæ: quædam spinas, vt rhamnus. Quędã multos ramos habent, vt morus syluestris: quædam hæc non habent. Et alię multas differentias habent alias, sicut ex quibus prodeunt surculi, & ex alijs non, id quod non aliunde, quàm è differentia radicum prouenit. Quædam E vnam tantum radicem habent, vt squilla. hæc è solo nascitur, & rarò procedit, quia in inferius dilatando sese, & progressa magis Sole discernitur. cùm enim accesserit, auget illam Sol. Ideóq; surculos ex infernis elicit. Succorum quoque qui in fructibus sunt, alij potabiles sunt, velut vuarum succus, & malorũ granatorum, & multorũ aliorum: quorundam non sunt potabiles. Et aliorum vnctuosi sunt, F vt oliuæ succus, & nucis, & pinei, quidam non sunt. Aliorum item dulces mellei, vt dactylorum & ficuum: alij calidi & acuti, vt origani, & sinapis. alij amari, vt absynthij, & centaurij. Quidam fructuum compositi ex carne sunt, & osse, & grano, ac pruna. alij è carne & grano, vt cucumeres: quidam ex humore & granis, vt malagranata. Et alij corticem foris habent, carnem intus, vt poma, pyra. quidam carnem foris,

G os intus. Sunt quoque alij, quibus statim semen fit cum tegumento, quo operiuntur, vt dactyli, & amygdala: quidam non tales sunt. Et fructus alij edendo sunt, & per accidens nō edendo sunt. & alij fructus nobis nō sunt edendo, alijs vero sunt, velut hyocyamus, & helleborus; quæ hominibus sunt venena, coturnicibus vero alimentum. Item fructuum alij in siliquis sunt, veluti fabæ grana: alij in
H tegumentis, & veluti telis, vt triticum visitur & cæteri: alij in carne, vt dactylorum fructus: quidam velut in calis multis, & tela, ac testis, vt sunt nuces. Et quidam cito maturescūt, vt mora, cerasa: alij tarde, vt fructus agrestes aut omnes, aut plerique. Et aliæ plantarum cito producunt folia, ac fructus, aliæ tarde. Et earum quædam hyemem cō sequuntur, priusquam maturescant. Colores præterea & fructuum & florum, & quæ illis in
I nascuntur operimentorum, admodum diuersi sunt. Et plantæ quædam totæ sunt virides: quædam ad nigredinem vergunt: aliæ ad albedinem, ad rubedinē aliæ, ob calorem adurentē, eū, qui partibus terreis cōmistus est, aerem. Item figuræ fructuū, si fuerint syluestres, differentes habent positiones. neque .n. omnes sunt angulares, neque linea recta omnes sunt. Arborum præterea aromaticarum, aliarum radix aromatica est, aliarum cortex, quarundam flos, quarundā K lignum, aliarum vero partes omnes sunt aromaticæ, vt balsami. Arbores rursus, aliæ è semine nascuntur, aliæ ex sese ipsis. Et aliæ è radice euelluntur, & transplantantur: aliæ è stipite, aliæ è ramis, vel è semine. Quædam per se paulatim extenduntur, quædam in terra. Quædam plantātur in arboribus. vt quæ inserūtur. Est autem insitio melior similium in similia. est & alia quoque proportio, per quam L optima cōmittuntur dissimilia, velut mali cum pyris. in similibus velut ficus cum ficu, & vitis in vitem, & amygdalus cum amygdalo. est & alia insitio in generibus diuersis, velut artemisiæ in artemisiam syluestrē, & oleæ satiuæ in syluestrē oleā, & mori in arbores multas. Item arborum syluestrium in hortenses. Et nulla planta semen producit simile semini, a quo est orta. quædam .n. melius faciunt semen, quædam peius. Et è qui- M busdam malis seminibus arbores bonæ proueniunt, vt ex amygdalis amaris, & malis granatis acidis. Quarundam arborum semen, cum fuerint debiles, deficit, velut pini, & palmæ. Et non prouenit facile è semine malo arbor bona, nec è bono semine mala arbor. Verum in animali multoties contingit, vt è malo bonum nascatur, & contra quoque. Arbor præterea, dum corticem habet durum ad

modum

A modum, sterilis fit: & si scindat radix eiꝰ, & fissurae illius immittatur lapis, iterum fiet fertilis. In palmis quoq;, si folia, vel foliorum puluis, vel palmę masculinę cortex folijs fœmellę palmae apponātur, vt cohœreant, cito maturescēt eius fructus, casusq; eorum prohibebitur. Discerniturq; masculus à fœmella, quia prius pullulant eius folia, suntq; minora q̃ illius. itidē ē fragrantia discernūtur. Alicubi vero ex aliquo horum, vel ex omnibus istud contingit. Quòd si forte ex
B odore masculi abduxerit quippiam ventus ad fœmellam, sic quoq; maturescēt ipsiꝰ fructus, quemadmodum cūm folia masculi ex illa fuerint suspensa. Ficus quoq; syluestres, per terrām expansae ficubus hortēsibus cōferunt. Eodem modo balaustia oleis conducunt, qn̄ vnà plantantur. Rursus plantarum nonnullae in aliam speciem transmutantur, veluti nux, dū senuerit.
C Sic dicunt q calamentū in mentam vertatur, & tragium item abscissum, & iuxta mare plantatum, sisymbrium fiat. Triticum quoq;, & linum transmutari in aliam speciem aiunt. Belenium vero quod perniciosum est, in Persia natū, in Aegyptum transplantatum, & Palęstinam, fit edendo. Amygdala quoque, & mala granata suā malitiam per culturam amittunt. Et mala granata stercore porcino radicibus iniecto, & aqua dulci frigida rigata, meliora redduntur. Sed D
amygdali clauis confixae, gummi per multum tempus stillantes, meliores reddūtur. multęq; syluestres plantae per hoc artificium hortenses fiunt. Locus vero, & cultura terrae huic rei conferunt plurimum, maxime anni tempus, quo quae plātantur magis indigent. Et plantarū plures in vere plātantur, in hyeme paucae, & autūno, paucissimae aestate post ortum caniculae. Nam in paucis locis eiusmodi plantatio fit, & nusquā nisi Romae, & per- E
raro eo tēpore. In Aegypto non fit plantatio nisi per annum semel. Arborum aliae è radicibus suis folia producunt, aliae è gemmis, aut è ligno suo. quaedā prope terram, quaedam longe, quędam in medio. Et aliae semel in anno fructum ferūt, aliae sępius, sed non maturescunt fructus earum, sed crudi manent. Quaedā multū sunt fertiles, multo tempore, vt ficus. quaedam altero quoq; anno fructum ferunt, alte- F
ro reficiuntur velut oleae, licet multos ramos producant, quibus velantur: quaedā per iuuentam fertiliores sunt q̃ per senectam: aliae contra, vt amygdali, pyri, populi. Differentia quoq; syluestrium plantarum, & hortensium per masculos discernit, & fœmellas, vbi quęq; ipsarum per proprietatem, quę eis inest, cognita fuerit. nā masculus spissior ē, ac durior, plurimis ramis abūdans, minus humectus, celerior

G rior in maturationem, habetq; folia differentia, & furculos. fœmella vero oīa hæc minus hēt. Oportet igitur, vbi hæc cognouerimus, rursus coniecturam facere, quo pacto cognoscam⁹ genera per se, & arbores itidem. Et eodem modo in herbis, quo pacto accipienda sint, quę dixerūt de hisce Antiqui, quomodo inspectis eorum libris, quos scripsere, perscrutari queam⁹ medullam harum rerū īquisitione cōpendiosa, idest vt cōsideremus

H herbas oleares, & herbas, quę solum semen habent, & quæ auxilium præstāt, & medicinales, & mortiferas plantas. Eodem modo arbores vnà cum herbis. Sed & ad cognoscendas causas, ipsarum generationē inquirere debemus, & quare nōnullę in quibusdam locis nascantur, in quibusdam non. Item plantationes earum, & radices, & succorum differentias, atq; odorum, & lactis, & gūmi bonitatem & malitiam cuiusq;, ac durationē, quā

I ob causam aliarum fructus durent, aliarum nō. Item cura quarundam fructus citò, quarundā tarde. Et inquirēdæ plantarum proprietates, & radicum maxime, vt quo pacto aliarum fruct⁹ molles fiūt, aliarū nequaquam. Et quo pacto quidam venerem prouocent, quidam somnum, alij etiam interficiant, & multas differentias alias. Item quo modo aliarum fructus lac generāt, aliarum minime.

ARISTOTELIS DE PLANTIS LIBER SECVNDVS.

De Plantarum Generatione. *Cap.* I.

ARbor tres vires habet, primam è genere terræ, alteram ex aquæ genere, tertiā ex ignis genere. A terra enim fixio plantæ est. ab aqua coagulatio. ab igne fixionis vnio. videmus multa ex his

L in fictilibus quoque. Sunt enim in illis tria, lutum, quod est tanquam cementum fictilis: deinde aqua, qua vniuntur fictilia: postremum ignis, qui partes illius congregat, donec per ipsa absoluatur eius generatio. Manifestatio itaq; totius illorum coniunctionis ab igne est, nam raritas inest fictilibus secundū suas partes. &, cūm vsserit illas ignis, fi-

M nitur humoris materia, & conglutinantur limi partes, prouenitq; siccitas in loco humidi, & propter victoriam sequitur in omni animali, & planta, ac metallo, concocta. Est enim concoctio, quādo humor, & calor proprium terminum consequunt. Id autem in cōcoctione lapidis, & metallorum manifestum est, in animali vero & planta non ita: nam eorum partes nō ita in vnum compactæ sunt, vt in lapidib⁹. & quia ab his profluuiū quoddā

In Quarto Meteorologicorū.

A quoddam prodit. E metallis, ac lapidibus non exit profluuium quodpiam, neq; sudor, quia partes earum non sunt raræ, idcirco nihil ab ipsis exit, vt ab animali & planta excrementa quædam exeunt. Neq; alius quispiam prę terquàm à raritate fit exitus. In quo enim raritas non est, ab eo nihil prorsus exit, idcirco solidum est, in quod augeri quippiam nō potest. Quod enim potest augeri, loco indiget, in quo dilatetur, finiaturq;. Lapides au

B tem, & testæ, ac talia vniusmodi semper sunt, & neque augentur neq; extenduntur. Rursus plantæ secundo modo inest motus, & attractio, quæuis est è terra humorem attrahens, & est in attractione motus, qui ad locū tendit, & finitur quodam modo concoctio, idcirco vt plurimum herbæ minutæ in vna hora diei vnius generantur. Id in animali non fit, materia enim in animalibus per se, & se parata ē, neque est concoctio, nisi in vsu

C maxime & hæc sit. At plantæ materia illi vicina est, & idcirco celerior est huius generatio. Nascitur autē & crescit, quod subtile in ea est, citius quàm quod spissum, spissum enim multi iugis īdiget viribus, tum propter diuersitatem suæ figurę, tum ob distantiam inter se partium ipsius. Vnde velocior quoque est plantæ generatio, propter tenuitatem alterius ad alterum, & celerior profectio. Partes planta-

rum vt plurimū raræ sunt, quia D calor humorē ad extrema plantæ trahit, spargiturq; nutriens materia per omnes ipsarum partes: quod autem superest, effunditur. Quemadmodum autem in balneis calor humorē trahit, & in vaporem conuertit, qui eleuatus, quando superfluus fuerit, in guttas vertitur: sic in animalibus quoque, ac plantis superfluitates ab infernis ad superna ascendunt, & è supernis ad inferna descēdunt. Eodē quoq; modo fluuij, qui sub terra sunt, E è montibus generantur. Horum enim materia sunt pluuię, et vbi auctæ fuerint aquæ, & intus in angustias redactæ, fit ex eis vapor copiosus, qui propter compressionem intus factam, terram scindit, quo modo fontes, ac flumina apparent, quæ prius non apparebāt, sed occulebant. Verum causas generationis fontium, ac fluuiorum, in libro nostro de Sublimibus exposuim[9]: quo loco ostendimus, quòd & F terręmotus sæpenumero fontes ostendit, & flumina, quæ prius non apparuerant, scissa scilicet terra per vapores. Sæpe quoq; fontes, ac flumina cōiuncta fuisse deprehendimus, facto terræmotu, sed istud plantæ non contingit, quia aer per raritatē partium eius est. Eiusdem quoq; signum est, ꝙ terręmotus in locis arenosis non fit, sed in densis, ac duris, qualia sunt aquatū loca, & mōtuū. Siquidē in talib[9] locis terr-

In secūdo Meteorologicorū.

G terræmotus cōtingunt, ꝙ aqua
sit solida, vt & lapides quoque,
aeris autem calidi natura sit ob
suam lenitatem ascendere. cūm
ergo ei⁹ partes coierint, inualue
rintq́;, impellunt locū, vnde va-
por mox violenter erumpit. ꝙ
si locus rarus fuisset, non ita pro
rupisset vapor, sed vt ī arena fit,
è qua ipsa quoq; vapor egredit̃
sed paulatim, eaq́; ꝑpter terræ
motus nullus tum editur. Id igi-
tur in nullis corporibus, quæ so
lida sūt, fieri solet: scilicet vt aer
H paulatim exeat. sed cōgregatus
per suas partes, terrā ipsam pro-
scindere annixus valet: quę sanè
terræmotus in corporibus soli-
dis causa est. In partibus itaque
plantæ, & animalis terræmotus
non fit, in alijs omnibus fit, &
multoties, sic in fictilibus, & in
nitro, & metallis reliquis. Sed ī
quo corpore multa raritas fue-
rit, ascendere consueuit vapor.
subleuat enim ipsum aer. Multo
ties id videmus, dum aurum in
I aquā proijcimus, aut aliud quip
piam graue, quod fundum petit
statim. Et rursum si lignū proij-
ciatur rarū, aut paruum, super-
natat, neq; petit fundum. Vnde
non propter folia fundum non
petit, quod sępe fundum petere
solet lignum, nec propter graui-
tatē: sed quia aliud solidum est
ac densum, aliud rarum. Quod
itaq; rarum est, prorsus fundum
petere non solet. Hebenus vero,
& quæ illi sunt vicina, fundum
petunt, quia in illis pauca est ra-
ritas, neq; aer in illis est, qui ea K
attollere posit. Merguntur aūt,
fundūq; petunt, quia partes eo-
rum multum densæ sunt, & soli-
dæ. Sed oleū omne, & folia om-
nia supernatant aquæ, id quod
ostēdimus iam. Nouimus enim
humorem illis inesse, & calorē:
& quod humoris cōsuetudo est
aquæ partibus adhærescere. ca-
lor autem humidum ascendere
facit, quod quidem partes con-
sequitur. Et aquę mos est, vt om
nia ad suam superficiem eleuet.
Aeris superficiei mos est, vt ip- L
sum ascēdere faciat. Ipsius vero
superficiem aqua non conscen-
dit, quia tota ipsius superficies
cum aeris superficie est vna. Id-
circo oleum quoq; supra aquā
ascēdit. Sūt & lapides, qui aquę
supernatant, vt pumex, & simi-
les. propter inanitatem scilicet,
quæ in eis maior est, ꝙ̃ ipsarum
partes. Vnde aeris locus maior
est loco corporis terrę. aquæ.n.
natura est supra terram ascende
re, vt aeris super aquam. Aeris
itaq; in lapide inclusi natura su- M
per aquam ascendit, vt aeri toti
iungatur. vnūquodq; enim suū
attrahit simile, sequiturq́; partis
natura toti, cum quo iungitur.
Si ergo saxum aliquod leue sit,
mergitur ei⁹ medietas in aquā,
altera supernatabit: ꝙ maior sit
qui ipso continetur aer, ꝙ̃ lapi-
dis pars reliqua. ea propter ar-
bores omnes talibus lapidibus
sunt grauiores. Qui in aqua sūt
lapides è forti vndarū collisione
fiunt

A fiunt. Nam primum spuma fit, mox coagulatur hæc in molem, lactis vnctuoso non absimilem. Dũ vero vnda arenæ alliditur, cõgregat arena hanc, veluti vnctuositatẽm spumæ, & desiccat illam maris siccitas cum multa salsedine, quo modo partes arenæ coguntur, temporeq; procedente lapides fiunt. Significatio vero, ꝙ mare per sese arenam faciat, ea est, ꝙ terræ omnes gustu dulces non sunt. Cùm igitur in ea steterit aqua, prohibebitẽ aer
B ne ipsam alteret. Cæterum diutius immorante loco eidẽ aqua, cùm hanc sibi similem efficere aer non possit: excellent enim in ipsa terræ partes, quę salsæ sunt: necesse est plus excalsacta paulatim ambo lutum efficiant natiuum. Id ipsum in dulcibus fluuijs fieri non potest, quia in illis siccitas terræ obtinuit, & aut cõuertit aquam in suam speciem, vel vicinam illi hanc reddit, & alterationem vtrunq; suscipit.

C Duriorem quoq; efficiens terræ durities, ꝓ facultate scilicet propriæ fixionis, aquæ substãtiam, lutum in partes exiguas diuidit. quapropter terra mari vicina arenosa est. Sic campi, dũ nõ habent quod à Sole eos operiat, & ab aqua dulci procul absunt. siccat enim Sol dulcis humiditatis partes, remanetq; quod de genere terræ est. & quia Sol in eo loco non tecto perseuerauit, separãtur luti partes, & inde arena fit. Huius rei signum est, ꝙ, cum in huiusmodi loco in pro- D fundũ foderimus, inueniemus lutum natiuum, & erit is arenæ radix. nec arena fiet, nisi per accidens. Contingit autẽ istud, quia motus Solis illic moretẽ diutius, & ab aquis dulcibus longa distantia est. Eodem modo de salsedine aquarum maris est intelligendum. radix enim aquarum omnium dulcis est, nec accidit eis salsedo aliter q̃ modo prædicto. Et signum sensatum hoc ẽ, ꝙ terra sub aqua, aqua vero sup terra necessario, & naturaliter E est. indeq; proprius aquæ contigit vt elementum sit q̃ terræ.

Arbitrati vero sunt quidam ꝙ commune omnium elementum sit, quæ plurima est aqua: est autem plurimum aqua maris: quare aquarum quoq; omnium elementum id esse existimatũ fuit.

Porrò aqua per naturam super terram eminet, & tenuior ea est, ac per istud ostendimus ꝙ aqua dulcis omnino leuior sit, q̃ salsa.

Accipiamus itaq; duo vasa æqualia, ponamusq; in illis aquã dul- F cem, & salsam, postea sumpto ouo in aquam dulcẽ ponamus, & submergetur illico. postmodum in aquam salsam ponatur, & supernatabit. Ascendit ergo super partes aquæ salsę, quia nõ ita disiunctæ sunt, vt aquæ dulcis partes. hæ enim, ob tenuitatem, pondus istud sustinere nõ poterunt: illæ vero, ob crassitiẽ, possunt. eaq; propter fundum nõ petit quod illi fuerit iniectũ.

Sic

G Sic naturaliter in mari mortuo non mergitur animal, neque gignitur, quia vincit ī eo ſiccitas: vt neq; in alia quæcunq; formæ terræ propior eſt. Patet inde, q aqua craſſior ſub tenuiore eſt, nam craſſa ė genere terræ eſt, tenuis aūt, & rara de genere aeris. & ideo aqua dulcis aquis omnibus ſupereminet, eſt enim à terra cæteris omnibus remotior. Iam igitur ſciuim⁹, q aqua, quæ à terra remotiſſima eſt, naturalis eſt: & q dulcis maritimā excedit, naturalem itaq; illam eſſe
H hoc ſigno certum eſt, ac neceſſarium. Naſcitur autē ſal in lacunis quoq;, quib⁹ aqua dulcis ſalſa fit. Superat autē terræ ſalſedo illam ſalſedinē. in illa enim aer incluſus remanet, in hac nō ita, & idcirco non omnino eſt illud terræ corpus dulcedine aliqua modis oībus participās: licet ex aqua hoc genus ſit, quæ ė terra tanquā ſudor exit. Eodem modo cognoſcere debemus, q herbæ, earumq; ſpecies nō aliunde
I q̃ ė compoſitione ſunt, nō ė materia ſimplici, ſed vt ſalſedo ex aqua maris, & ſubſtantia arenæ eſt. Vapores enim aſcendētes, cū fuerint coagulati, amplecti poſſunt cauſam herbarū ſubſtātiæ. excidit enim aer eò, & locum rore madefacit, prouenitq; ex eo, virtute ſtellarum ſcilicet, illorū ſeminū ſpecies. Sed materia neceſſaria aqua eſt, quamuis dr̄ia ſit in aquæ genere. Quod enim aſcēdit, aliud q̄ aqua dulcis nō eſt, ſalſa aūt grauior eſt, nec vnā K
cum dulci aſcendit, quod autem aſcendit, id tenuius ex aqua eſt, quod cūm attractū ab aere fuerit, attenuatur magisq; aſcēdit. & inde fontes fiunt, ac flumina in montibus, & per longa ſpatia decurrunt. Et ſignum huiuſce ē pituita, & ſanguis ad cerebrum aſcendens. Vt enim ex alimento vnà cū vaporibus aſcēdit quippiam, ita in aquis oībus: etenim ſalſæ aquæ non nihil vna cū eo aſcendit, quod calor in aeris naturam ſiccarit, qui ſupra aquā L
dulcem omnem ac ſalſam exquiſite eſt. Cuius rei exemplum in balneis ſæpenumero deprehendimus. Nam, cūm aquā dulcem oppreſſerit calor, attenuabūtur partes eius, aſcēditq; vapor, qui in fundo balnei erat, & recedūt denſæ partes ſalſedinis, neq; eī ex aeris ſunt genere, vt ſequant vaporē, qui vnus poſt alium ſurſum pergit. Cūm itaq; multi acceſſerint, abſorbet eos tectum, inde cogūtur, ſpiſſanturq;, & redit deorſum guttatim ſtillans M
aquā dulcis. Sic in omnibus balneis ſalſis aqua dulcis ē. In aqua itaq; ſalſa naſcentes herbæ non debēt eſſe plenę ob ſiccitatem. Etenim planta duobus indiget, materia ſcilicet, & loco naturæ ſuæ conuenienti. Cum itaq; hæc ambo adfuerint, prouenit plāta, vbi vero deprehēderimus materiem à temperamento eſſe remotiſſimā, inanis eſt, nā impedimēto eſt vt ſit locus nō tēperatus.

Ita

A Ita ferè non inuenitur planta in niue, licet in ea visa sit nonnunquã prouenisse, vt & animalia quędam, præcipue lumbrici, hi enim in niue gignuntur, & flomus, & herbæ amaræ omnes. Sed nix nõ exĩt ꝓgressum hũc, nisi alia quoq; causa illi iuncta sit. Et hoc est, quia nix descendit nonnunquam fumo similis, & congelat ventus illã, astringitq; aer. Est tamen raritas inter partes eius, retinetur enim in ipsa aeris aliqua pars calida, manetq;
B de ea putrida aqua. Cùm igitur aer inclusus fuerit multę amplitudinis, affueritq; Sol, erumpit aer in niue comprehensus, apparebitq; humiditas putrida, quæ cum calore Solis coagulabitur, ad quẽ modum herbę quædam nascuntur. Quòd si locus fuerit opertus, non fient in eo plantæ, aut sine foliĩs fient: recessit enim inde terræ tẽperies, quæ eiusdẽ cũ illa generis est. Inde fit vt flores, et folia ĩ herbis minutis mix
C tim reperiantur in locis tẽperatis aere, & aqua, in aliĩs, quæ talia non sunt, veluti in plãtis, quę per niuẽ nascuntur rari sunt flores, & folia. Eodẽ modo in locis multum salsis, ac siccis ferè non apparẽt plantæ, quia eiusmodi loca, à temperamento longe absunt, minuitur enim terra, à qua longe absunt humor, & calor, q̃ aquę dulcis sunt propria. Fit autem q̃nq; terra dulcis mortua, & tum non nascuntur mox in ea plantę, sed ĩ calidis locis, vbi dulcis aqua est, & calor multus, prouenit concoctio è partibus duabus, tum ex loci dispõne, tum ex aere in eo existente, cõcoctio vero aeris è calore solis est, qui calor in eo loco est. Inde montes quoq; humores attrahũt, & adiuuat illos aeris caliditas, acceleratq; concoctio, & idcirco plantæ vt plurimũ in montibus nascunt. In arenis, vt ante diximus, salsedo vincit, remanentq; inter arenæ partes raritates ad inuicẽ similes. Sol igitur virtutẽ nõ habet vt continuationẽ substantię D
in istis efficiat, idcirco in arenis ferè non fiunt plantæ: q̃ si fiant, tum nõ iuxta species proprias, ac differentes, sed ad inuicẽ similes fiunt. Quæ vero per superficiẽ aquæ nascuntur plantæ, non aliũde q̃ è crassitie aquæ fiunt. Nã dũ calor aquã attigerit, quæ cursum nõ habet, quò moueat, prouenit super ea quiddã nubi simile, parũq; aeris continet, ac putrescit humor ille, attrahitq; ipsum calor, qui per superficiem aquæ est expansus, hinc planta fit, radicẽ vero nõ habet. nam in duris terræ partibus fixæ sunt radices, neq; folia hẽt, nã à tẽperie multũ abest: & neq; partes ipsius inter se cohęrent. Hęc planta ad similitudinẽ foliorũ nascit. Quę vero è terra nascunt plãtæ, quia terrę partes cõpactę sunt, ipsarũ quoq; partes necessario sunt tales. Quæ itaq; in terra cõcrescũt plantę, è putrefactione in hũido loco, & halituoso facta nascunt. E F

nam

G nam putredines aerē occupant. & dum pluuiæ frequentes fiūt, ac venti, Sol apparere illas facit, & ad siccitatem, coagulationē'q; cogit: & terrę siccitas radices earum facit. inde plantæ fiunt, ac fungi, & tubera, ac similia. Hæc aūt omnia in locis proportione calidis fiunt: nám calor aquam in interioribus terræ cōcoquit, detinet'q; illum Sol. Fit igitur vapor, cōtingit'q; inde in plantam alteratio. Eodem modo in locis calidis omnibus vt plurimum
H absoluitur plantæ artificiū. Loca vero frigida, quamuis hæc simile quandoq; faciant, tamē ex contrario. Nam aer frigidus calorem deorsum comprimit, cogit'q; ipsius partes, & locus elixa tionē patitur cum humiditate, quæ in eo pręsens est. absumpto deinde, desiccato'q; humore superfluo finditur locus, & prodit ex eo planta. In dulcibus autem locis, in quibus non admodum separatur aqua, cū aer terræ in-
I clusus fuerit exiccatus, humiditas'q; aquæ concreuerit, aerq; in interioribus aquę manserit, prodeunt plantæ, vt nenuphar medicum, & species herbarum minutarum, quæ eodem modo nascuntur, aliæ multę. verum non sunt erectæ, quia radices earum per terræ superficiem tantūmodo hærent. In locis quoq; quib9 aqua calida currit, multoties plātæ nascuntur, quia aquę caliditas vapores attrahit recentes in terra, frigida vero hūoris aquei natura subtus manet, coagula- K tur'q; aer ī eo humore. & vbi cōcoctus fuerit aeris calor, rursus in eo planta fit, sed non nisi per longū tempus. Herbæ vero pusillæ, quę in aquis sulphureis apparent, tum fiunt, cūm venti vehementer flauerint, cōtrarios'q; flat9 fecerint, excitatusq; fuerit, qui in eis est, aer, & calefactus locus sit, excitatus'q; inde ignis fuerit, postmodum nascatur, quod in fundo est, auripigmentum, quòd è fæce aeris descēdit, attra- L hiturq; ignis cum putredine. id enim auripigmentum est. Tum enim ex eo planta fit. & non habent multa folia hę, vt añ quoq; diximus, quia temperies ab his abest pcul. quæ vero fert, alumna arbor est, et in locis calidis nascitur, ac leuibus & altis, maxime vero ī climate tertio, & quarto. Item quæ vicinum quiddam alimento edit arbor, ea nascitur in locis excelsis, ac frigidis. Idcirco frequentes sunt species in lo- M cis eiusmodi, ob humorū attractionem, & temperiem è calore Solis ac diebus vernis nascentē. Ita quoq; lutum natiuum plantas pingues statim producit. nā cōstrictio humoris eius in locis dulcibus fit, vt pdiximus. Planta itidem, quæ in solidis lapidibus nascitur, longo tempore cōtingit. qui enim in illis comprehensus aer est, ascendere nititur. dum aūt viam non inuenit ob lapidis fortitudinem, redit, se'q; ipsum aer calefacit, & humorē, qui

A qui in lapidibus est, reliquũ trahit sursum, exitq; vapor cũ humore illo cum partium lapidis minimarũ resolutione. Etenim frequẽs mos lapidibus est, vt eos Sol iuuet per suã cõcoctionem. & ad hunc modum ex illis planta fit, quæ non ascẽdit, si non ꝓpinqua terræ vel humori fuerit. nam plantæ substãtia terra indiget, & aqua, atq; aere. Considere tur itaq; planta. &, si prope Solem fuerit, nascetur celeriter. si vero ad occasũ Sol sit, tardabit.

B Et plãta, cũ in ea excellat aqua, retinebit aerem, nec permittet eam ascendere: & ita non nutrietur planta. Eodem modo, quãdo siccitas obtinuerit, vertit calor naturalis ad extrema, & vias obturat, per quas aquæ meatus erant: & inde non nutritur planta. In vniuersum autem quæuis planta quatuor quibusdã indiget, semine terminato, loco conueniẽte, aqua moderata, aere cõsimili. Cùm itaq; omnia hæc perfecta fuerint, nascitur planta, &

C crescit. ꝙ si abscesserint, imbecillior, pro abscessu scilicet, planta fit. Item quæ in altis mõtibus ꝓuenit planta, si fuerit species, perfectior erit, & aptior ad medicinam. Fructus autẽ ad concoctionem durior vt plurimũ nõ alit. Loca vero à Sole remota nõ sũt multarũ plantarũ productiua. Similiter, dum Sol longitudinẽ diei motu suo addit, & humorẽ vicerit, non habet planta producendi fructus, & folia facultates,

Quid aũt de plantis statuendũ, D quæ in locis aquosis nascuntur? In his dũ aqua quieuerit, fit veluti fæx, nec est vis in aere, vt aquæ partes attenuet. detinetur enim in terræ interioribus aer, prohibetq; aquæ crassitiẽ ascẽdere, ꝙ si vẽtus ingruat in locũ illũ, & constringatur terra, reprimatq; se aer inclusus, & coagulet ventus humorem illũ, proueniunt ex ea humiditate plantæ, nõ multũ in figura, & forma differentes, ob perseuerantiã scilicet, & crassitudinẽ aquæ, & Solis calorẽ è supernis incũbẽtem. E

Rursus de plãtis quę in locis humidis sunt, & quarũ superficies insuꝑficie terrę apparet virescẽs id dico, ꝙ in locis illis exigua fit raritas. Cùm itaq; Sol incidens illius humiditatem mouerit, locumq; motu suo excalfecerit, calore itidem in interiora terræ compresso: id, quod non accidit in quibus locis planta non habet vnde crescat: humorque sua expãsione fit diffusus, tum fumus fit sup terra, veluti tela virescẽs, F & inde planta gignit nõ habens folia, è genere scilicet plantarũ, quæ per superficiem aquarũ visuntur. Est autem maior ꝙ̃ illa, quia propior terræ est, licet ascẽdere, & extendi non possit. Sępe quoq; in plantis planta alia nascit, nõ eiusdẽ speciei, & similitudinis absq; radice. Id ita fieri solet dũ plãta spinarũ plurium in pingui aqua moueri t se. aperiunt enim partes eius tum, hau

G ritq; Sol ipsius putredines, & cõ coctionem præstat ei, & natura sua in locũ putridum auxilium suppediat cum calore temperato & inde ita crescit planta, vt si la super totam extendi videant. Hoc propriũ plantis est multas spinas habentibus, sic itaq; lino zostis gigni solet, & quæ huic si miles sunt cęteræ. Herbę autem oẽs, & quicquid super terra crescit, & in terra, ex aliquo quinq; istorũ prouenit: & sunt, semen, aquę humor, locus idone⁹, aer, H & plãtatio. & hæc quinq; veluti radices plantarum sunt.

De Partium, & Accidentium generatione in ipsis plantis. Cap. 2.

TRiplex itidem arborũ fecunditas est. aut enim fructus producũt ante folia, vel vnà cũ folijs, vel post folia. Est quoq; planta, quę radicẽ nõ habet aut folia. Et est, quæ stipitẽ habet sine fructu, & folio, vt chrysocomos, aut chrysitis. sed quę fructũ ante folia producũt, multam habent vnctuositatem. I Cùm itaq; concoxerit eã calor, qui naturalis plantæ est, accelerat ei⁹ maturatio, roboraturq;, ac deferuescit i ramis plãtę, prohibetq; humorẽ, ne ex eo ascendat: & inde procedunt fructus, ac folia. In plãtis aũt, quę citius folia producunt quid statuendũ est? effect⁹ humorũ multi erunt. Cùm itaq; Solis calor aquę partes dispergere cœperit, sursum trahit Sol illius humoris ptes, & tardat maturatio, quia fruct⁹ concoctio nõ aliunde q̃ ẽ coagu- K latione est: & pcedunt folia fructus, copiosi humoris appositione. Multoties vero accidit ei vnctuositas, vbi humor, q in planta est, cõcoctionẽ acceperit, ascẽderitq; ab ea vapor densus, quẽ aer cũ sole trahat. Tum enim ex humore illo pinguedo, et fruct⁹, & folia prodeũt eadem ex positione. Prisci autem sapiẽtes folia oĩa fructus esse asserebãt. Sciendum igit est, q dũ humor tãtus est vt nõ maturescat, nec coagu- L letur pp aeris explicationem, & tractionis studium, à Sole, tum humor, in quẽ nõ perfecta cõcoctio est, in folia alterat, quæ aliã intentionẽ pręter humoris attractionem nõ habent, & vt operimentũ fructib⁹ sint à Solis vehementia. Non igit ita necesse ẽ vt folia sint, queadmodũ fructus. humor enim ascẽdens, & alteratus, is folia est, vt diximus. Eodẽ modo in oliuis iudiciũ est, quæ sępe fructu suo priuant. Cum. n. natura concoctionẽ absoluerit, ascẽdit primo præ tenuitate id, M quod non maturuerit. & est humor ille folia: cõcoctio vero flos est. Cũ aũt maturuerit altero anno, fruct⁹ nascunt, & ad finẽ exibit materia ßm locũ, qui i eis ẽ. Spinę vero eodẽ modo ẽ genere plãtę sunt, nõ tñ eiusdẽ naturę. Alio itaq; quod in plãta raritas est, & in principio naturæ eius decoctio est, et ascẽdit humor frigidus, & cũ ea parua discretio raritatẽ illã peruadẽs. facit itaq;

Sol

A Sol illā coagulari, & inde spinæ fiunt. Et idcirco earū forma pyramidalis est. incipiēs enim earum basis à gracili in crassitudinem ꝓcedit. Id aūt fit, quia aer paulatim ꝑ plantā extensus, partes eius auget cū extensione materiæ. Eodē modo omnis arbor, vel planta fit, cuius caput fuerit pyramidale. Color aūt virescēs res communissima in arborib⁹ esse debet. Videmus.n. ꝙ quēadmodum cōmunis est albedo intus, ita viriditas foris. & idest, B quia materia vtuntur propinquiore, ac magis concocta. oportet ergo vt sit viriditas in plātis oībus, quia materiæ attrahunt, & lignum arboris rarificāt, breuemq́ calor concoctionē facit, remanetq́ humor illic quispiā, foris apparēs. & id est viriditas in plantis, nisi maior insit cōcoctio. Debet aūt media esse in folijs, & in lignis potestate. Viriditas aūt nō corrumpit, si humor in illa sit, qui de genere terræ ē. ex ambobus igit̄ hisce calor vi- C ridis fit. Huius signū est, ꝙ cortices arboris, cūm aruerint, denigrātur, intus aūt albi sunt. in arboribus itaq; inter duos colores viridis color fit ꝑ ipsarū superficiem. Figurarū autē plantæ tres modi sunt: quædā enim sursum prodeunt, quædā deorsum, quædam inter hæc mō medio. Quæ igitur sursum tendūt causam habent, quia natura ipsarū in meditullio apparet, attrahitq́ calorem, & cōprimit ī sese aera, qui inter raritates ipsius est, in pyra- A midē veræ exeunt, sicut ignis in materia ꝓpria ī pyramidē tolli, & leuari solet. Quæ aūt deorsū tendūt, earū meatus coguntur. cū enim cōcocta materia fuerit, inspissat̄ aquæ materia, in qua plātæ medulla est, indeq́ subtile sursum procedit, verticurq́ humor ad ꝑtes illas deorsum, mouet enim ipsum grauitas eius. Quæ vero inter has mediæ sunt plantæ, ita habent, attenuat̄ humor, quia tēperiei natura cōcoctioni vicina est, & sunt meatus B medij, tenditq́ materia et sursū, & deorsum. Est aūt prima cōcoctio sub plāta. Secūda in medulla, quæ à terra exit: est & in media plāta. Postmodū diuisio fit, quæ à secunda, nō prima concòctione fit. Tertia vero concoctio in aīali est, quę sanè non aliunde ꝙ ob diuersitatē membrorū, & distantiā naturarū inter se fieri solet. Sed plātæ vicinæ adhuc cē sūt, & ideo in locis multis abundant. Vt plurimū vero plantarū materia deorsum tendit. Figuræ C itaq; plātarū in quātitate, & natura seminū sunt. Flores autem plantarū, & fructus in aqs sunt, & materijs. Positus itaq; est motus primus in oībus animalib⁹, & maturatio quoq;: neque recedunt inde aīalia oīa. sed in plāta prima concoctio est, deinde maturatio iuxta nutrimētū ipsorū. Quælibet itaq; arbor ascendit semꝑ, donec cōpleatur. causa vero ē, qa cuiuslibet aīalis lōgitu-

G do latitudini suę propinqua est, in planta vero longe abest, quia radix eius, ignis scilicet, & aqua in ascensum festinant, vt planta fabricet. Diuersitas vero plantæ in ramis est, de superflua raritate. Cùm.n.compressi humores fuerint, calefit natura, & in concoctionem festinat, & inde rami formantur, & apparent folia, vt pdiximus. Arborū aūt folia cadere solent ob fluxibilitatē velocis raritatis. cùm enim concocta aqua fuerit cum materia,
H in pyramidem tollitur, postmodū gracilia fiūt. & qn̄ apparuerit materia per concoctionē absoluta, tum obturantur penitus extrema meatuum superius: vnde, cū folia materiā nō habeant, siccant & decidunt. q̄ si contrà q̄ꝫ diximus cōtingat, non cadit planta in foliorum suorum priuationē. Cùm aūt plantam frigus vicerit, calefacit eā inclusa illi caliditas, & manifestatio frigoris foris fit per ipsius extrema.
I inde folia glauca fiunt, neq̄ cadūt, vt in oleis, ac myrtis, similibusq̄. Sed, cū habuerint arbores, vel plantæ virtutē vehementer attrahētē, fructus quoq̄ vnà editur, id, quod fit, quia natura cōcoctione per successionē crebra vtitur, & per vnāquāq̄ concoctionē fructū multū producit. Et ideo q̄dā plātę sępe in anno fructificāt. Plāta vero, q̄ veluti natura aquæ est, vix fructificat pp dn̄iū humiditatis suæ, & meatuū amplitudinē, fluxibilitatē q̄ radicū. Cū aūt calor in- K caluerit, acceleratur eius concoctio, & attenuat̄ humor, coagulaturq̄. Et istud inueniť in herbis minutis oībus, & in quibusdā oleribus. Color aūt venetus in terris vehemēter calidis fieri consueuit. & est in talibus exiguus fructus ex humore, q̄ meatus angusti sint. Dum itaq̄ natura concoctionē molitur, non habētē humorē, qui materię sufficiat, fient tum meatus angusti. Vertiť itaq̄ concoctio, continentēq̄ eam calor facit, vt vide- L tur, tum inter albedinem, & nigredinē color medius. Et, cùm istud hoc pacto fiat, tum lignū in nigredinē properat, & quicquid colori veneto fuerit vicinū. Istud videre licet ab hebeno & vlmo. Eaq̄ propter in aqua hebenus mergiť, quia ptes eius cōpactæ sunt, & meatus angusti, nec illos aer ingrediť. Q̄d vero è lignis albis mergiť: ꝑpter angustiam meatuū erit, & humorē superfluū, qui ipsos obturat, vt non exeat aer. Flos ē sub- M tili materia tantū est, cùm cōcoctio incipit, et ideo fructū in plātis præcedit, vt ostendimus. Indidem cām quoq̄ docuimus, ob quā plātæ folia prius producant, q̄ fructus. Qui vero in plāta strictos meatus habēte color fit, sub ceruleo est. & qn̄ partes eius cōprimūtur, in albedinem declinat. cùm fuerit mediocritas, glaucus erit. Quòd aūt plantę q̄dā flores non habeāt, vt plurimum

A rimum fit ob diuersitatē suarū partium, & subtilitatē ipsarum, asperitatemq;, & crassitiem. Flores aūt nō habent ficus, palma, & similes. Planta vero, quę crassos habet cortices, pro extensione humoris, & caloris impulsione extenditur. & hoc in picea est, & palma. Sed planta, quæ lac emittit, in medio ipsum habet. Et est calor subtus fortis, manetq; illic vnctuositas. Cùm itaq; calor ille cōcoctionem in-

B cœperit, vertetur vnctuositas in humorē proprium, & coagulat ipsum parua coagulatione. & dum locus calefit, humor fit vnctuosus, lacti similis, leuaturq; vapor ab humore trahente lac istud ad extrema, retinetq; humor calorem apparētē, & ita lac istud cogitur. natura .n. caloris est, vti lac coaguleт. Qualecunque vero lac sit, multam coagulationem accipit, cùm frigus in arbore apparuerit. coactum.n. mox è proprio loco exit, & in-

C de gūmi nascitur. Gummi vero calidum stillando procedit. Vbi igitur aerem contigerit, coagulatur, & defluit in loco temperato, & aquæ simile est. Aliud vero funditur, & coagulatͤ quo modo lapides, & conchæ. quod vero guttatim manat, in forma sua manens, tale fit, qualis est q̄ ꝓpolida dicūt. quod aūt alteratur, vt lapis, id valde frigidū apparet, facitq; calor ipsum tale. cùm aūt per frigidam constitutionē manauerit, in lapidē abit.

Arborū quædam hyeme alterantur, & qñq; virides sunt, qñq; glaucæ. Et non corrumpuntur nec earum folia, nec fructus. Nā arbores, quibus hoc accidit, supra colorem crassum habent, in radicibus humorem tenuem. vnde in progressu anni retinet humor illum colorem ꝓpter aeris frigiditatem. Et, qñ accesserit calor ad frigus, impellit calor humiditatē foras vnà cum colore, quo arboris superficiem tinxerat. dum vero rursus frigiditas, & siccitas ad actionē vertuntur, & humor calorem detinet, tum calor glaucus apparet. D E

Fructus vero amarus fit, dum calor, & humor non sunt in cōcoctione completi. nam frigus, & siccitas perfectionem prohibēt, & vertuntur ita fructus in amaritudinem. huius signum est, q; amarum in ignem missum dulcescit. Arbores autem, quæ in aqua acida nascuntur, fructum dulcem faciūt, quia acor trahit cum calore Solis id, quod proprię qualitatis est. & hoc frigus est, & siccitas. Inde humores exigui quidā dulces intus remanent, calefitq; arboris vēter, qñ super eo Sol pseuerauerit. Hoc modo succus, qui in fructu est astringens parumper fit. Et qñ plus concoctus fuerit, dissoluetͤ paulatim acor, donec absumatͤ, & dulcedo appareat. erit itaq; fructus dulcis, folia aūt eius, & extrema acida. Cùm aūt perfecta magis fuerit maturitas, erit F

amarus

G amarus fructus, et hoc est ꝓpter abundantem calorē cum humore pauco, absoluit nanque humor facitque fructus calorem ascendere, eritque amarus fructus tū. Fiūt autem & nuclei pyramidis forma, propter attractionem caloris, & abundantē frigiditatem, humiditatemque intus sitā, quæ é genere sunt aquæ acidę. Manet enim humor in medio, inspissaturque medium, & gracilia fiunt extrema. Arbores autē, quæ in terris temperatis fiunt, matura- H tionem accelerant ante dies vernales. Nam dum calor prope tēperiem fuerit, & humor manifestus, aerque clarus, nec egeat fructus multo calore in concoctione, accelerabit tū eius maturatio, & ante dies vernales prouenit. In oībus itaque arboribus, cum primum plantę fuerint, excellit amaritudo, vel sapor astringēs. Causa est, ꝙ humor, dū per extrema illarum fuerit, loca, quæ in medio arborum sunt, concoquit, é quibus materia quoque I fructuum est: vnde siccitas procedit & humorem consequitur, fitque concoctio acida, vel amara ita prima, vel astringente sapore. Causa est, quia cum calore, & humore concoctio est: & cum humor, vel siccitas calorē vicerit, erit inde fructus initio nō bene concoctus. Idcirco generatio fructuū in principio absque dulcedine est. Myrabolanorum vero arborum fructus, cùm initio apparuerint, dulces sunt, cōmuniter autem astringente sapore sunt. Causa vero est, ꝙ arbor ipsorum raros habet ramos. In hora concoctionis autem, cū meatus ampli fuerint, sequit̃ calor humorem, & maturat fructum, L & in principio dulces sunt, postmodum consequenter per raritatem meatus suos arbor cōtrahit, vincitque frigiditas, & siccitas, calorem, & humorem: vnde fructus in astringentem saporē alteratur, vincitque Sol rursus cū calore, per attractionem superfluę siccitatis in illo semine, quod in superficie arborum est, vincitque frigus siccitatem, & erit fructus vehementer astringentis saporis, inde rursus sursum ascendit naturalis calor, iuuatque ipm Solis calor foris, vincentque calor & siccitas, & fructus amari fiunt. M

Librorum de Plantis finis.